APPENDIX AD SANCTI GREGORIJ EPISCOPI NYSSENI OPERA GRÆCE ET...

Gregorius : Nyssenus santo (santo), Jacob Gretser, ...

Digitized by Google

37
15 C
4.bis

APPENDIX AD SANCTI

GREGORII EPISCOPI NYSSENI

OPERA GRÆCE ET LATINE,

NON ITA PRIDEM EVVLGATA.

Editore & partim quoque interprete IACOBO GRETSERO Societatis IESV Theologo.



PARISIIS,
EX OFFICINA NIVELLIANA.
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, via Iacobæa, ſub Ciconijs.
CIↃ IↃ C XVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

H.L.

Illuſtriſsimo ac Reuerendiſsimo

D. D. IACOBO DAVY

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI PERRONIO ARCHIEPISCOPO SENONENSI, Magno Franciæ Eleemoſynario.

IACOBVS GRETSERVS, Societatis IESV.

IGNOSCE audaciæ, ILLVSTRISSIME CARDINALIS, cum viderem tibi inſcriptos eſſe libros B. Gregorij Nyſſeni contra Eunomium, à doctiſsimo viro F. Ioanne à S. Franciſco, Monacho Fulienſi, nolui, vt primus liber eiuſdem operis, qui Pariſienſi editioni deerat, & alia nonnulla Gregoriana nunc primùm Græcè publicata, alium præter te, patronum quærerent, qui non ſolum dignitate, ſed & eruditione ſummus es: cuius gloria Gallicani Regni finibus, tametſi ampliſſimis, contineri non potuit, ſed omnes alias Chriſtiani nominis Prouincias, & in his quoque Germaniam noſtram peruaſit, vt cum orthodoxorum applauſu & mirifica approbatione, ita cum heterodoxorum ſtomacho grauique indignatione.

Liceat dicere ILLVSTRISSIME PRÆSVL, abſque vlla adulationis nota: Quemadmodum ſingulari prouidentia Dei Gregorius Nyſſenus, vir eruditiſsimus, eloquentiſsimus, acutiſsimus, ſimulque vita & moribus integerrimus, exortus eſt, cum variæ hæreſes, nominatim Eunomiana, aduerſus Catholicam Eccleſiam furerent, vtq; idem ſanctiſs. Pater, peculiari quodam numinis nutu

poſt mortem S. Baſilij impio & terque quaterq; execrando Eunomio oppoſitus eſt: ita Tu his temporibus, quãdo tot ſectæ paſsim bacchantur, Galliæ & toti Chriſtiano orbi diuinitus datus videris iiſdẽ, quibus Gregorius Nyſſenus vitæ & ingenij ornamẽtis cumulatiſsimus, obiectus eiuſdem Dei ſingulari cura & benignitate cum aliis Nouatoribus, vineam Domini demolientibus, & miſerandum in modum deuaſtantibus, tum famoſo, illi Myſtæ Salmurienſi, ne pernicioſis ſuis chartis & conatibus, Sponſæ Chriſti tantum damni inferret, quantum, vt inferret, ipſi omnibuſque eius adiutoribus & adminiſtris in optatis erat. Cæterum, vt Nyſſenus Eunomium, ita tu Pleſſæum excepiſti: adeo, vt ſi Pleſſæus ſapuiſſet, in tenebras perpetuas poſt pugnam illam coram Rege Maximo tecum cominus pugnatam, ſeſe abdidiſſet, imitatus Eunomium, qui licet ingẽs Thraſo, & popularis auræ deuotiſsimum mancipium eſſet, editiſ tamen Nyſſeni noſtri antirrheticis & Apologeticis libris, ſiluit & quieuit, nec eandem aleam denuo tentare vel ſubire voluit, abſterritus, opinor, partim propria ſua infantia & inſcitia; partim aduerſarij ſecum commiſsi doctrina vberrima, & facundia diſertiſſima.

Quia verò plerumque vt quis variarum rerum ſcientia excultiſſimus eſt, ita ſimul humanitate excellit, certam in ſpem vocor, Te ſanè ad Nyſſeni aureas lucubrationes Appendiculam, tibi conſecratam, humano & beneuolo vultu dignaturum, etiam hoc nomine, quòd proficiſcitur à profeſſore eius ordinis, quem benefactis tuis æternùm tibi deuinxiſti, quique vt palam prædicat ſe tibi plurima debere, ita nec illud diſſimulat, ſe ſoluendo non eſſe: dum enim ſoluere incipit, debita magis atque magis ſemper creſcere cernit. Vale, Illuſtriſſime Cardinalis. Ingolſtadij Boiorum XIX. die Auguſti. Anno M. DCXVI.

PROLEGOMENA
IN S. GREGORII NYSSENI APPENDICEM.

QVIS quantuſque vir fuerit Gregorius Nyſſenus, docet Martyrologium Romanum IX. Martij. *Nyſſæ depoſitio S. Gregorij Epiſcopi, fratris Baſilij Magni, vita & eruditione clariſsimi, qui ob fidei Catholicæ defenſionem ſub Valente Imperatore Ariano ciuitate ſua pulſus eſt.*

MENÆVM GRÆCORVM X. IANVARII.

Οὗτος ἦν ἀδελφὸς τοῦ μεγάλου Βασιλείου λαμπρὸς ἐν λόγοις καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ζηλωτής. διό τοι τοῦτο καὶ τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ προέστη καὶ μετὰ τῶν συγκροτούντων τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει δευτέραν σύνοδον κατὰ τῶν δυσσεβῶν αἱρέσεων ἐπανισταμένων ἐλθὼν ἀπρόσμαχος εὑρέθη πρὸς ἐναντίους λόγων δυνάμει καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι ἀπωσάμενος. διὰ γὰρ πάσης ἐλθὼν ἰδέας λόγων καὶ ἀρετῆς εὐδοκιμήσεως τὸ κράτος ἐδέξατο. καὶ φθάσας ἐν γήρει καλῷ ἐκοιμήθη, καὶ πρὸς κύριον ἐξεδήμησεν. ἦν δὲ κατὰ τὸν τοῦ σώματος τύπον κατὰ πάντα τῷ ἀδελφῷ Βασιλείῳ προσεοικώς, πλὴν τοῦ πολιοῦ τε καὶ χαριεστάτου ἐπὶ βραχύ.

Hic erat frater Baſilij Magni, eloquentia præclarus & orthodoxæ fidei æmulator, propterea etiam Eccleſiæ Dei præfuit; & cum illis, qui Conſtantinopoli ſecundam Synodum celebrarant contra impias hæreſes tunc exſurgentes, inuictum pugilem ſeſe præbuit, aduerſariis dicendi potentia & ſcripturarum demonſtrationibus, profligatis. In omni enim orationis genere exercitatus, & virtutis gloria illuſtris, vim & robur obtinuit, & ad iuſtam ſenectutem prouectus, obdormiuit, & ad Dominum abijt. Erat autem corporis conſtitutione & figura ſimilis per omnia fratri ſuo Baſilio, excepta canicie & minus gratioſo aſpectu.

S. HIERONYMVS LIB. DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

Gregorius Nyſſenus Epiſcopus frater Baſilij Cæſarienſis, ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros: qui & multa alia ſcripſiſſe, & ſcribere dicitur.

Vt verò tota hæc cum Eunomio controuerſia melius intelligatur, ſciendum eſt, Eunomium Arianæ ſectæ anteſignanum, & Cyzici Epiſco.

pum, peſtilentiſſimum librum aduerſus orthodoxam de Trinitate ſenten-
Volum.137. tiam edidiſſe: de quo libello Photius in ſua Bibliotheca. *Legi libellos Eunomij, quo ſuam ipſe prodit impietatem, cuius hic eſt titulus. Libellum hunc, quod Eunomianis in admiratione eſſet, de induſtria, ne ad alios perueniret, occultatum, vix tandem nactus Baſilius Magnus, fortiter eum ac ſplendidè, omnémque adeo dicendo vim ac facultatem peruadens, euertit ac iugulauit, diceres eum Babylonicum infantem ad firmam fidei petram allidendo contudiſſe, ac putidi cadaueris inſtar, riſu dignum oſtendiſſe, quod tantam ante ſui admirationem aliis concitarat.*

Exſtant adhuc quinque libri S. Baſilij aduerſus Eunomium, & ipſe etiam impius Eunomij commentariolus in Bibliothecis reperitur, nominatim in Bauarica, & in codice Liuineij poſt Nyſſeni in Eunomium libros ſubiungitur Eunomij libellus, hac inſcriptione: ἡ τοῦ δόγματος Εὐνομίου ἔκθεσις. *Expoſitio dogmatis Eunomij*, vnde fortaſſis explere licebit lacunam Photianam. Præpoſuit huic titulo quidam hæc verba. σίγα μιαρὲ καὶ ψυχὴν καὶ καρδίαν. *Sile & animo & corde execrabilis.* Impij huius ſcripti principium eſt. τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ δικαίαν κρίσιν φήσαντος ὁμολογεῖν ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρός.

De eodem Eunomio S. Hieronymus in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum. *Eunomius, Arianæ partis, Epiſcopus Cyzicenus in apertam hæreſeos prorumpens blaſphemiam: vt quod illi tegunt, iſte publicè fateretur, vſque hodie viuere dicitur in Cappadocia, & multa contra Eccleſiam ſcribere. Reſponderunt ei Apollinarius, Didymus, Baſilius Cæſarienſis, Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyſſenus.*

Sed hæc minus diſtinctè S. Hieronymus, priora & poſteriora ſimul iungens. Vt ergo confuſionẽ vites, ſic habeto, vbi contra primum Eunomij fœtum diſputationes S. Baſilij in publicum exiuerunt, tum ille furere, & inſtar calcati ſerpentis colla contria attollere, arreptoque calamo virulentius tàm in Baſilium, quàm in doctrinam orthodoxam bacchari cœpit, & quidem triplici inuectiua, S. Baſilio interim ad cœleſtem beatitudinem
Volum.138. tranſlato. Audi Photium. *Lectum eiuſdem impij hominis tres libros continens volumen, quod velut confutatio eſt illarum ineptiarum, quas in ipſius reperiri blaſphemiis S. Baſilius demonſtrat. Hoc in opere parturiendo, multas eum annorum Olympiadas ædiculæ incluſum ſuæ abſumpſiſſe ferunt; ac vix tandem poſt multorum annorum interuallum abortiendo improbum illum ac prodigioſum, quem furtiuis congreſſibus conceperat, fœtum in lucem eieciſſe. Quin tunc etiam miſerum illic fouendo partum, ipſis quoque ſectæ aſſeclis non temerè exhibuiſſe, veritum nimirum maximè, ne quando & hoc opus in Baſilij manus prius veniens, quàm coaleſceret, diſſiparetur, & antequam floreret, præmaturè corruptum marceſſeret. Igitur ſtudioſè velut alter in fabulis Saturnus, natum deuorando texit, atque abſcondit, quamdiu quidem Baſilius in fluxa iſta vita degens metum incuteret. Poſtquam verò vir ille diuinus, peregrina habitatione relicta, in ſuam, hoc eſt, in cœleſtem commigrauit hæreditatem, & ingenti illo metu diſcuſſo, vix tandem ſerò edendi aduenit occaſio, ne tunc quidem omnibus, ſed amicis duntaxat, euulgare auſus eſt. In quem incidentes Theodorus, & Gregorius Nyſſenus, atque Sophronius (quorum ſupra eſt à me habita mentio) multis verborum plagis, non ſecus quam priorem (illum eiuſdem) Baſilius conſi-*

cientes, iugulatum iam, & præ impuritate olidum in auctorem ſuum coniecerunt. Has itaque tum impietatis pœnas dedit.

De ſingulis hiſce Eunomij oppugnatoribus ſpeciatim Photius. De Phot. vol. 4 Theodoro iſta. *Lecti ſunt Theodori Antiocheni pro Baſilio aduerſus Eunomium libri viginti quinque. Eſt illi phraſis non vſquequaque perſpicua, ſenſibus tamen & argumentis nimium quantum denſus, S. Scripturæ teſtimoniis egregiè abundat. Ad verbum ferè Eunomij rationes refellit, imperitum eum valdè externarum diſciplinarum multoque magis noſtræ Theologiæ pluribus oſtendens. Hic verò Mopſueſtiæ, vt puto Epiſcopus fuit.*

De Sophronio idem Photius. *Lectus ſimiliter Sophronij liber pro Baſilio* Phot. vol 5. *contra Eunomium, Theodoro apertior & multo doctior & breuior. Neque enim per omnia Eunomium perſequitur; ſed illa potiſſimum exagitat, atque refellit, quæ ſumma capita hæreſis Eunomij continere videbantur, charactere vſus eſt diſtinguente ac definiente, & vt plurimum ſolutus illi, miniméque iunctus ſermo, non ingratus tamen, imò & logicis argumentationibus perquam floridus eſt.*

De Gregorio Nyſſeno idem Photius. *Lectus eſt Gregorij Nyſſæ Epiſco-* Ib. Vol. 6. *pi ſimiliter pro Baſilio aduerſus Eunomium liber. Stylus illius ſi cui Rhetorum, illuſtris, & iucunditatem auribus inſtillans. Sed nec ipſe quidem ordine Eunomij ſcriptum reprehendit. Quamobrem & Theodoro conciſior eſt, & Sophronio latior: abundat enim Enthymematis, atque exemplis. Illud autem verè pronunciauerim, quantum Gregorius venuſtate, ſplendore, & mirifica lucunditate antecellit Theodoro, tantum etiam argumentorum copia & vbertate eundem vincere connititur. Lectum eſt alterum eiuſdem Gregorij Nyſſeni opus, de eadem ipſa re: in quo rationibus validioribus cum Eunomio manus conferens, eum vi expugnat, omnia impietatis firmamenta labefactans. Venuſtas verè orationis & ſplendor iucunditate mixtus, etiam hoc opere decenter ſe oſtendit.*

Loquitur Photius de longiſſima illa oratione, quæ in opere contra Eunomium, ſecundum quoſdam, duodecimum: ſecundum alios, decimum tertium locum tenet, cuius hæc eſt in Bauarico Codice inſcriptio. τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἀντιρρητικὸς πρὸς τὸν Εὐνομίου τοῦ δυσσεβοῦς δεύτερον λόγον. cuius principium eſt, τὰ μὲν δὴ πρῶτα τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀγώνων.

In iudicio de ſtylo Eunomiano planè concinit Photius cum Gregorio Nyſſeno: Id intelliges ex primo libro Nyſſeni, & ex his Photij verbis. *Ad ſtylum (Eunomij) quod attinet, tantum is ab omni gratia & iucunditate remotus eſt, vt ne cognouiſſe quidem, an tale quid exſtaret, videatur. Iactantiam tantummodo quandam prodigioſè oſtentat, ſonumque diſſonum ſtridendo edere affectat, tum conſonantium alterna viciſſitudine, tum vocibus pronunciatu difficilibus, & quæ multis abundent conſonantibus: idque Poëtico more, vel, vt verius dicam, dithyrambico potius ritu. Compoſitio ipſius coacta eſt, & vi compreſſa atque extuſa, vt neceſſe habeat illius ſcripta legens, aërem vehementer labiis verberare, ſi modo aperte pronunciare velit, quæ fortè nanciſcens atque contorquens, aut collidens etiam, ac temerè interijciens, imò & truncans, vix tandem ille coniunxit. Longas quoque interdum, & immodicè productas periodos facit: obſcuritatem inſuper atque incertitudinem per omne opus offundens. Cum vt vulgo videatur ipſa ſua eloquentiæ vi eorum longè captum excedere; tum vt, quod in eius ſenſis atque cogitatis imbecillum eſt, (vt eſt ſanè plu-*

rimum) hac ipſa obſcuritate, & intelligendi difficultate obtegere, ſententiaque celare vitium poßit. Videtur verò & logicis inniti argumentis, dum partim alios hoc nomine inſectatur, partim ipſe libentißimè iis vtitur. tametſi frequenter (cum ſerò hoc ſtudium arripuerit, neque ad eius intima penetrarit) in multis ſæpe meritò erroris notatur. Hæc Photius de genere dicendi Eunomiano.

Viſus eſt S. Gregorius Nyſſenus fauere opinioni Origenis & Origeniſtarum de communi omnium tam dæmonum, quàm hominum damnatorum ex inferno liberatione. Sed Nyſſenus validum & tam eruditione, quàm ſanctitate potentem hyperaſpiſten reperit S. Germanum, Patriarcham Conſtantinopolitanum; ex cuius pro Gregorio lucubratione Volum. 233 hæc excerpta Photius nobis reliquit. *Legi librum, auctore Germano, qui primum Cyzici ordinatus, poſt Conſtantinopolitanus Patriarcha fuit, qui liber inſcribitur, Retribuens & legitimus: quod perinde eſt, ac ſi dixeris: De vera & legitima retributione, quod rependatur hominibus, prout vixerint. Et hæc quidem tituli inſcriptio. Contendit verò Gregorium Nyſſæ Epiſcopum, eiuſque ſcripta ab Origenis errore eſſe immunia. Etenim quibus delirium illud placet, dæmonibus & hominibus in æternam pœnam coniectis liberationem inde expectandam: illi quod virum doctrinâ ſingularem, & eloquentia inſignem eum agnoſcerent, claramque ſanctitatis exiſtimationem, per omnium ora decantatam viderent, aggreßi ſunt claris & ſalutaribus eius ſcriptis, obſcura & pernicioſa Origeniani ſomni venena admiſcere, virtutique hominis, & doctrina celebri hæreticam occultè amentiam ſubijcere. Quare partim additamentis falſis, partim rectis argumentis violenter detortis, multa ex irreprehenſibilibus eius monumentis calumniari conati ſunt. Contra quos Germanus pietatis patronus, acutum veritatis gladium ſtringens, & vulnere proſtratos hoſtes relinquens victorem ſuperioremque eum conſtituit, in quem hæretica colluuies inſidias ſtruxerat & poſuerat.*

Nonnullis interiectis idem Photius. *Vt breuiter dicam omnia; Sancti huius patris ſcripta ab omni hæretica prauitate, & à calumnia, quæ in impietatem vergit, immunia eſſe declarat. Hæc porrò immunitas & improbitatis refutatio, & ex antecedentibus locis deprauatis, & ex conſequentibus conficitur & demonſtratur; & ex aliis ſexcentis B. Gregorij Nyſſeni libris, qui orthodoxè & legitimè ſentiunt, rectè excutiens, vt nemo melius in ſalutares preces & laudes Dei laborem finierit. Libri autem, quos inſidiis excipere hæretici moliti ſunt, & quos Germanus veritatis propugnator primarius ab latronum inſultu ſine noxâ ſeruauit, ſunt, Dialogus ad Macrinam ſororem de anima, & liber catecheticus, & ille qui de perfecta vitâ narrationem continet.* Hæc pro Nyſſeno Germanus. Ex quibus euaneſcit calumnia Caſauboni, qui in Scholiis ad Epiſtolam quandam Nyſſeno adſcriptam; & Euſtathiæ, Ambroſiæ, & Baſiliſſæ inſcriptam, criminatur, Nyſſenum in in catechetica Oratione næuos quoſdam contraxiſſe ex lectione Origenis.

Eandem Origenicam labem ab eodem Nyſſeno depellit Auctor Anonymus, qui vitam eiuſdem in literas retulit.

Illud tamen monuerim, finem orationis catecheticæ non eſſe Gregorij Nyſſeni: cum enim Seueri mentionem faciat, & opus de diſtinctione vocabulorum contra illum promittat, clarum eſt totum illud nihil aliud,

quàm

quàm aliunde adſcitum aſſumentum eſſe, cum Seuerus Acephalorum Anteſignanus multis annis demùm poſt Nyſſeni obitum exſtiterit; quod rectè etiam obſeruauit Fronto Ducæus noſter in Annotationibus ad magnam Catecheticam orationem.

Porrò licet tam multi contra impium Eunomium ſcripſerint, paucorum tamen monumenta æui longæua vetuſtas reliqua nobis fecit. vbi enim Sophronij, Theodori, Didymi, & Apollinarij diſputationes? Ipſe etiam Nyſſenus, nimium quantum in tenebris delituit: quem iam olim in lucem vindicare aggreſſi eramus: verum aliis atque aliis negotiis ſemper incidentibus, deſiſtendum fuit, ſed ceſſationem meam ſuppleuerunt nuper Pariſienſes, qui Opera Nyſſeni Græcè & Latinè duobus Tomis eleganter euulgarunt, additis etiam libris contra Eunomium; ſed omiſſo primo, cuius exemplari editores carebant: quem nunc ex Bauarico Codice publicamus, vt & alia nonnulla, quibus editio Pariſienſis caret; vt plene confidam hoc noſtrum ad Pariſienſem editionem Auctarium ſeu Additamentum lectoribus non fore ingratum.

QVOTNAM S. GREGORIVS NYSSENVS LIBROS CONTRA EVNOMIVM SCRIPSERIT.

Alij aiunt duodecim; quot ſcilicet Bauaricus Codex continet, alij tredecim; quot in Liuineij Codice nominantur: nam qui Bauarico Codici duodecimus eſt; is Liuineiano eſt tertius decimus, cuius initium: τὰ μὲν δὴ πρῶτα τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀγώνων. Cauſſa diuerſitatis eſt, quia codex Liuineij & editio Pariſienſis librum quintum, cuius initium eſt: περὶ δὲ τῆς πίστεως τοῦ ἀποστόλου φωνῆς. diuidunt in duos, ſexti libri initio ducto ab illis verbis: Ἀλλ' αἰσθάνομαι πέρα τοῦ δέοντος ἐμφιλοχωρήσας τῷ τόπῳ. quem Bauaricus non diuidit, ſexti libri initio ſumpto ab eo, qui aliis eſt ſeptimus: cuius exordium: ἐπεὶ δέ φησι, τὴν κυρίως λέξιν τῆς οὐσίας. Ex hac ergo libri quinti diuiſione, neceſſariò tredecim libri conficiuntur. Et vt in poſterum omnis occaſio dubitandi vel hallucinandi amputetur, prima ſingulorum librorum verba adſcribam: editio enim Pariſienſis rectam numeri rationem non iniit: Nam cum primo libro omiſſo, poſuerit pro primo ſecundum, neceſſariò in numero errandum fuit, donec tandem diuiſione libri eius, qui nobis eſt quintus, omiſſionem primi libri suppleuit; & quinto libro ab illis verbis inchoato: ἀλλ' αἰσθάνομαι πέρα τοῦ δέοντος. tandem cum Codice Bauarico in ſexto libro, cuius initium: ἐπεὶ δέ φασι τὴν κυρίως λέξιν. concurrit.

In Codice doctiſſimi viri Ioannis Liuineij, quem ex collegio Antuerpienſi huc ad me iam pridem miſit R. P. Andreas Schottus Societatis noſtræ, deerant primus & ſecundus liber. Vtrumque ipſemet ſua manu ex Vaticanis exemplaribus deſcribere aggreſſus fuerat anno ſalutis MDLXXIX. prout ipſe in ſuo apographo annotauit: ſed totum primum librum non abſoluerat, neſcio quo caſu impeditus. certè quæ deſcripſit, non tantum accuratiſſimè, ſed & elegantiſſimè deſcripſit, ita vt manus eius prope ad

venuſtatem fuſilium typorum Græcanicorum, & quidem non vulgarium accedat. Sed audiamus ipſa doctiſſimi & vita longiore digniſſimi verba: *Deſcripſi Romæ ex Codice Vaticano, in quo duodecim duntaxat legebantur; & cum altero exemplari, in quo erant orationes tredecim contuli an.* 1579. Hæc ille: cauſſam diuerſitatis in numero iam aperuimus.

Annotauit idem Liuineius horum librorum duplicem inſcriptionem: quarum prima ſic habet. *τῶν ἐκδοθέντων παρ' Εὐνομίου δύο λόγων μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἀντιῤῥητικὸς εἰς πρῶτον τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης.* Altera eſt iſta. *τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης λόγος ἀντιῤῥητικὸς κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου εἰς τοὺς ἐκδοθέντας παρ' αὐτοῦ δύο λόγους μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἁγίου Βασιλείου.* Photius tres libellos aduerſus S. Baſilium iam mortuum ab Eunomio euulgatos dicit. Sed inſcriptiones iſtæ & ipſe adeo Nyſſenus duos tantum libros fuiſſe indicant. Itaque duodecim Nyſſeni libri, prout nos numerum inimus; refutationem primi libri Eunomiani continent: liber decimus tertius ſecundum librum Eunomianum refutat; vt ex titulo & primo ingreſſu ipſius libri liquet.

In apographo ſæpius iam nominati doctiſſimi & laborioſiſſimi Liuineij reperi etiam epiſtolam S. Gregorij Nyſſeni, ad Petrum fratrem ſuum Epiſcopum Sebaſtenum, & alteram Petri ad Gregorium; vtraque deerat in Codice Bauarico, vt & Summaria Græca ſingulorum librorum, quæ idem Liuineij apographum ſuppeditauit. Vtraque Epiſtola ad hoc opus pertinet: cum Nyſſeni Epiſtola totum opus Petro fratri dedicet; quorum in S. Baſilium fratrem admirabilis obſeruantia in primis obſeruanda eſt, qui eum non aliter, quàm *patrem, doctorem*, & *magiſtrum* nominant, imitabili fraternæ concordiæ & charitatis exemplo.

ORDO

ORDO ET DISPOSITIO TREDECIM LIBRORVM CONTRA EVNOMIVM.

LIB. I.	Init.	Οὐκ ἦν ὡς ἔοικε.
II.		Τῶν χριστιανῶν πίστις.
III.		Εἰ τῷ νομίμως ἀθλοῦντι.
IIII.		Κέρδος δ' ἂν εἴη, vel vt habet C. B. Καιρὸς δ' ἂν εἴη.
V.		Περὶ δὲ τῆς τοῦ Πέτρου.
VI.		Ἀλλ' αἰσθάνομαι πέρα τοῦ δέοντος.
VII.		Ἐπειδὴ δέ φασι τὴν κυρίως λέξιν.
VIII.		Τὰ μὲν οὖν ἱστορικὰ τῶν Εὐνομίου τοιαῦτα.
IX.		Ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ὑψηλοτέρους μετέρχεται λόγους.
X.		Ἀλλὰ τῶν προκειμένων ἐχόμεθα.
XI.		Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ἐφεξῆς τοῦ λόγου.
XII.		Ἀλλ' ἴδωμεν καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἀκολούθου.
XIII.		Τὰ μὲν δὴ πρῶτα.

Nec ab hoc numero & computu differt Codex Bauaricus, niſi quòd quintum librum non diuidit in duos, quo fit, vt qui codici illi eſt ſextus; ſit ſeptimus, & ita deinceps vno ſemper numero ordo noſter Bauaricum Codicem anteuertit.

EVNOMIVS HOSTIS SANCTARVM RELIQVIARVM.

S. Hieronimus, lib. I. contra Vigilantium. *Rides* (Vigilantium alloquitur) *de reliquiis Martyrum, & cum auctore huius hæreſeos Eunomio, Eccleſiis Chriſti calumniam ſtruis, nec tali ſocietate terreris, vt eadem contra nos loquaris, quæ ille contra eccleſiam loquitur. Omnes enim ſectatores eius Baſilicas Apoſtolorum & Martyrum non ingrediuntur, vt ſcilicet mortuum adorent Eunomium, cuius libros maioris auctoritatis arbitrantur, quàm Euangelia, & in ipſo credunt eſſe lumen veritatis, ſicut aliæ hæreſes Paracletum in Montanum veniſſe contendunt, & Manichæum ipſum dicunt eſſe Paracletum.* Hæc S. Hieronymus.

INDEX EORVM

QVAE IN HOC AVCTARIO GRÆCOLATINO INSVNT.

I. PROLEGOMENA, in quibus de S. Gregorio Nyſſeno, ipſiúſque aduerſus Eunomium opere.
II. Epiſtola Nyſſeni ad Petrum fratrem Epiſcopum Sebaſtenum, de ſuſcipiendâ refutatione Eunomij. pag. 1.
III. Reſponſio Petri ad Nyſſenum. 4.
IIII. Summaria ſeu periochæ duodecim librorum aduerſus Eunomium. 5.
V. Liber primus contra Eunomium. 20.
VI. Oratio de pœnitentia. 165.
VII. Vita S. Macrinæ virginis ſororis Nyſſeni. 177.
VIII. Oratio tertia in XL. Martyres. 205.
IX. Oratio aduerſus eos, qui differunt baptiſmum. 215.
X. Oratio contra Vſurarios. 225.
XI. Oratio de pauperibus & beneficentia. 235.
XII. Oratio in principium ieiuniorum. 247.
XIII. Oratio contra fornicarios. 260.
XIV. Lacunæ quædam in libris contra Eunomium ex cod. Bauarico & Liuinciano ſuppletæ. 265.
XV. Addenda Notis Frontonis Ducæi Soc. Ieſu Theologi.
XVI. Index rerum & verborum memorabilium.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΔΕΛΦΟΝ

αὐτοῦ Πέτρον ἐπίσκοπον Σεβαστείας.

Sanĉti Patris noſtri

GREGORII EPISCOPI NYSSENI EPISTOLA AD PETRVM FRATREM SVVM, EPISCOPVM SEBASTENVM.

MΟΛΙΣ ἐπιτυχὼν βραχείας σχολῆς, τοῦτο τοῦ σώματος θεραπείᾳ προσέχειν ἠδυνήθην μετὰ τὴν ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἐπάνοδον, καὶ συναγαγεῖν τὰ σχεδάρια τὰ πρὸς ΕΥνόμιον κατὰ συμβουλὴν τῆς σῆς συνέσεως ὑπηγορευμένα· ὥστε μοι λοιπὸν εἰς λόγου σύνταξιν ἐναρμοσθῆναι τὸν πόνον, καὶ πυκτίον ἤδη γεγενῆσθαι τὸν λόγον. γέγραπται δέ μοι οὐ πρὸς ἀμφοτέρους τοὺς λόγους· οὐδὲ γὰρ ἐπέτυχον τοσαύτης σχολῆς τοῦ χρήσαντός μοι τὸ τῆς αἱρέσεως βιβλίον, κατὰ πολλὴν ἀπειροκαλίαν εὐθὺς ἀνακαλεσαμένου πρὸς ἑαυτόν, καὶ οὔτε μεταγράψασθαι, οὔτε κατὰ σχολὴν ἐνδιατρίψαι ποιήσαντος. ἐν ἡμέραις γὰρ ἑπτακαίδεκα μόναις σχολάσας οὐχ οἷός τε ἤμην ἐν οὕτως ὀλίγῳ τῷ χρόνῳ πρὸς ἀμφοτέρους ἀρκέσαι τοὺς λόγους.

PAVLVLVM otii nactus valetudini operam dare potui, poſt reditum ex Armenia, & colligere ſchedulas, quas contra Eunomium, tuo ſuaſu compoſui; vt iam labor meus in orationis formam, & oratio in volumen euaſerit. Scripſi autem non contra vtrumq, Eunomii librum: neque enim tantum temporis conceſſum eſt, cum is, qui librum hæreticum commodato dederat, eum valde importunè, & inciuiliter repetiuerit, & neque tranſcribendi, neque per otium euoluendi ſat ſpatii dederit: nam ſeptemdecim tantum dies huic lucubrationi impertiens, fieri non potuit, vt tam breui tempore vtrumque librum refellerem.

Sæpius verò interpellatus à multis, A qui aliquo veritatis zelo tenebantur; quòd fama iam neſcio quomodo vulgauerat, me aduerſus blaſphemum Eunomium refutationem confeciſſe; è re fore iudicaui, ante omnia te ſuper hac re conſiliario vti: num ſcilicet opus euulgandum, an aliud conſilium capiendum ſit. Quod ancipitem me reddit, eſt iſtud; cum ſub ipſam ſancti Baſilii mortem, librum Eunomii accepiſſem, corde adhuc deſiderio illius æſtuante, & ob communem Eccleſiarum calamitatem admodum dolente: Eunomius autem non ſolùm ea, quæ ad ſui dogmatis peruerſitatem ſtabiliendam conducunt, attulerit: ſed B plus diligentiæ, in conuitiis aduerſus Patrem noſtrum eiaculandis ſtudioſè poſuerit, exaſperatus contumeliis ab illo effuſis, alicubi nonnihil iræ & bilis contra ſcriptorem oſtendi. Cum autem plerique aliam fortaſſis perſuaſionem habeant, quaſi eo ſimus ingenio, vt eos qui petulanter in nos inſurgunt, æquo & patiente animo ſuſtinere, & ex diſciplina S. Baſilii moderationem in moribus, quoad licet, exhibere ſoleamus; metui ne ex his, quæ contra hunc aduerſarium ſcripſimus, lectoribus noui C appareremus, tanquam qui ad calumniatorum conuitia facilè inflammemur. An fortè ne tales habeamur, obſtabit, quòd non pro nobis, ſed pro probroſis in Patrem noſtrum dictis iraſcimur. Nam in huiuſmodi rebus maiorem forſitan veniam meretur ſuccenſere, quam moderatè agere.

Si verò primordia orationis quaſi à certamine aliena exiſtimantur, ſpero eum, qui iudicio pollet, non grauatè orationis noſtræ inſtitutum probaturum. Neque enim decebat, vt magni D Baſilii famam & exiſtimationem ab aduerſario maledicè laceratam, indefenſam relinqueremus; neque vt hæc talia diſputationi ſparſim inſpergeremus; quanquam & hæc accuratè perpendenti pars pugnæ videri queant: cum enim aduerſarii quoque diſputatio in duas partes tributa ſit; in calumnias ſcilicet, & in doctrinæ ſanæ reprehenſionem: neceſſe erat, vt & nos aduerſus vtramque partem defenſio-

Πολλάκις δὲ παρὰ πολλῶν ἐνοχληθεὶς ἀνθρώπων τῶν τινα ζῆλον ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐχόντων, διὰ τὸ περιττὲ θρυλληθῆναι, οὐκ οἶδα ὅπως, τὸ πεποιῆσθαι ἡμῖν πρὸς τὸν βλάσφημον ἀντίρρησιν· καλῶς ἔχειν ᾠήθην πρὸ πάντων τῇ σῇ συνέσει περὶ τούτου συμβούλῳ χρήσασθαι, εἴτε χρὴ καταπιστεῦσαι τὴν τῶν πολλῶν ἀκοαῖς, εἴτε τι, καὶ ἄλλο βουλεύσασθαι. ὃ δέ μοι τὴν ἀμφιβολίαν ποιεῖ, τοῦτό ἐστιν. ἐπειδὴ κατ' αὐτὴν τοῦ ἁγίου Βασιλείου τὴν κοίμησιν τὸν τοῦ ΕΥνομίου λόγον ὑπεδεξάμην, ἔτι τῆς καρδίας περιζεούσης τῷ πόθῳ, καὶ πρὸς τὴν κοινὴν τῶν ἐκκλησιῶν συμφορὰν ὑπεραλγούσης· γέγραπται δὲ τῷ ΕΥνομίῳ, οὐχ B ὅσα μόνον τοῦ καθ' ἑαυτὸν δόγματος ἔχειν ἐδόκει τὴν σύστασιν, ἀλλ' ἡ πλείων αὐτῷ σπουδὴ περὶ τὰς λοιδορίας ἦν, ἃς κατὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν φιλοπόνως συνέγραψε, τούτου ἕνεκεν ὑποτραχυνθεὶς ἐκ τῶν ἐφ' ὕβρει παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων, ἔστιν ὅπου θυμόν τινα κατὰ τοῦ συγγραφέως καὶ φλεγμονὴν καρδίας ἐνεδειξάμην. ἐπεὶ οὖν ἄλλα ἴσως ἡμῖν οἱ πολλοὶ συνεγνώκασιν, ὅτι δὴ πρὸς ὑπομονὴν τοὺς ἀτάκτως καθ' ἡμῶν θρασυνομένους ἐπιτηδείως ἔχομεν, ὡς ἔστι δυνατὸν, ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου ἐκείνου διδασκαλίας ἀσκήσαντες ἐν C τῷ ἤθει τὸ μέτριον, δέδοικα μὴ ἐκ τῶν πρὸς τὸν ἀντίπαλον ἡμῖν γεγραμμένων νεοφανεῖς τινες τοῖς ἐντυγχάνουσι δόξωμεν, ὡς εὐκόλως πρὸς τὰς τῶν ὑβριστῶν λοιδορίας ἐκτραχυνόμενοι. ἢ τάχα παραιτήσεται ἡμᾶς πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν εἶναι τοιούτους, τὸ μὴ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν κατὰ τοῦ πατρὸς εἰρημένων ὀργίζεσθαι. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις τάχα τὸ μετριάζειν τοῦ χαλεπαίνειν ἐστὶν ἀσυγγνωστότερον.

ΕΙ δὲ τὰ πρῶτα τοῦ λόγου ἐξαγώνιά πως εἶναι δοκεῖ, λογίζομαι τὸν κρίνειν ἐπεσκεμμένον ἀποδέξασθαι ἂν τὴν τοιαύτην περὶ τὸν λόγον οἰκονομίαν. οὔτε γὰρ ἀσυνηγόρητον ἔδει περιεθῆναι D τὴν τοῦ μεγάλου ὑπόληψιν ταῖς τοῦ ἀντιδίκου βλασφημίαις σπαρασσομένην, οὔτε πόρτη καταμιγνύειν τῷ λόγῳ, σποράδην παρενείροντα τὴν περὶ τούτου μάχην. ἄλλως τε τῷ ἀκριβῶς λογιζομένῳ καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῶν ἀγώνων ἐστίν. ἐπειδὴ γὰρ εἰς δύο σκοποὺς καὶ ὁ τοῦ ἐναντίου λόγος μεμέρισται, εἴς τε τὰς καθ' ἡμῶν διαβολὰς, καὶ εἰς τὴν κατηγορίαν τοῦ ὑγιαίνοντος δόγματος, ἔδει πρὸς ἑκάτερα καὶ τὸν

ἡμέτερον ἀντιπαρθεῖναι λόγον. Σαφηνείας δὲ χάριν, καὶ τοῦ μὴ διακοπῆναι τὸν εἱρμὸν τῶν κατὰ τὸ δόγμα ζητουμένων, ταῖς παρενθήκαις τῶν πρὸς τὰς κατ᾽ αὐτοῦ διαβολὰς λεγομένων, ἀναγκαίως εἰς δύο τεμόντες τὴν πραγματείαν· κατ᾽ ἀρχὰς μὲν περὶ τὴν ἀπολογίαν τῶν ἐπιφερομένων ἡμῖν ἠσχολήθημεν, μετὰ ταῦτα δὲ τοῖς κατὰ τοῦ δόγματος εἰρημένοις κατὰ τὸ δυνατὸν συνεπλάκημεν. ἔχει δὲ ὁ λόγος οὐ μόνον ἀνατροπὴν τῶν αἱρετικῶν ὑπολήψεων, ἀλλὰ καὶ διδασκαλίαν, καὶ ἔκθεσιν τῶν ἡμετέρων δογμάτων· αἰσχρὸν γὰρ εἶναι καὶ παντάπασιν ἀγεννὲς ὑπελαβόμεν, τῶν ἐχθρῶν οὐκ ἐπικρυπτομένων τὴν ἀτοπίαν, ἡμᾶς μὴ ἐμπαρρησιάζεσθαι τῇ ἀληθείᾳ.

A nem noſtram dirigeremus. Claritatis porrò gratia, & ne ſeries eorum, quæ de ipſa doctrina diſſeruntur, calumniarum interpoſitione interrumperetur; neceſſariò in duas partes opus diſtribuimus: initio quidem iis, quæ nobis obiiciuntur contumeliis amoliendis, poſtea defenſioni dogmatis orthodoxi pro viribus intenti. Continet verò diſputatio non modò hæreticæ prauitatis euerſionem, verum etiam inſtitutionem & explicationem noſtro- B rum dogmatum: Turpe enim & generoſo animo prorſus indignum arbitrati ſumus, cum hoſtes ſuam abſurditatem non occultent, nos veritatem libertimè non profiteri.

A

Sancti Patris noſtri

PETRI EPISCOPI SEBASTENI AD S. Gregorium Nyſſenum fratrem ſuum.

Religioſiſſimo Fratri Gregorio, Petrus in Domino ſalutem.

B

CVM legiſſem litteras ſanctitatis tuæ, & intellexiſſem tuum pro fide aduerſus hęreſin, & pro ſancto Patre noſtro feruorem, non tuarum virium, ſed eius, qui veritatem ſuis in dogmatis loqui diſpoſuit, id opus eſſe exiſtimaui. Sicuti autem veritatis patrocinium ad ipſum ſpiritũ veritatis referre addecet; ita, me iudice, diligentia in recta fide oppugnanda, non Eunomio, ſed ipſi mendaciorum parenti & architecto adſcribi debet. Ac videtur *illc ab initio homicida*, qui in Eunomio locutus eſt, contra ſeipſum accuratè gladiũ exacuiſſe; niſi enim ille tantos ſpiritus aduerſus veritatem ſumpſiſſet, nullus te ad piorum dogmatum propugnationem permouiſſet. *Qui igitur ſapientes in ſua aſtutia deprehendit*, dedit illis (licet maximè infirmitas, & inconſtantia dogmatum, quæ tuentur, redargueretur) & contra veritatem armari, & per inanem iſtam, verboſamque ſcriptionem inania meditari.

C

Ioan. 8.

Iob 5. 1. Cor. 3.

Cæterum, cum par ſit, vt qui bonum opus cœpit, id perficiat, oportet, vt virtuti ſpiritus alacriter ſubſeruias; neque imperfectè, & dimidiatè tantum eorum, qui contra Christi gloriam militant, iactantiam & inſolentiam refutatam relinquas: ſed imitare genuinum tuum patrem, qui more æmulatoris Phineęs, vna redargutionis plaga diſcipulum ſimul cum magiſtro transfodit; ita & tu for-

Num. 25.

D

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΠΕΤΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΕΒΑΣΤΕΙΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ πρὸς τὸν ἅγιον Γρηγόριον Νύσσης τὸν αὐτοῦ ἀδελφόν.

Τῷ θεοσεβεστάτῳ ἀδελφῷ Γρηγορίῳ Πέτρος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΕΝΤΥΧΩΝ τοῖς γράμμασι τῆς ὁσιότητός σου καὶ κατανοήσας ἐν τῷ κατὰ τῆς αἱρέσεως λόγῳ τὸν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν ζῆλον· οὐ τῆς σῆς δυνάμεως ἔργον εἶναι τὸν λόγον ᾠήθην, ἀλλὰ τοῦ τὴν ἀλήθειαν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ δόγμασι λαλεῖσθαι οἰκονομήσαντος. ὥσπερ δὲ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας συνηγορίαν αὐτῷ τῷ πνεύματι τῆς ἀληθείας ἀναθεῖναι καλῶς ἔχειν φημί, οὕτω μοι δοκεῖ δεῖν καὶ τὴν κατὰ τῆς ἐναντιούσης πίστεως σπουδὴν οὐκ εἰς ΕΥνόμιον, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸν ἀναφέρειν τὸν πατέρα τοῦ ψεύδους. καὶ ἔοικεν ὁ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος, ὁ ἐν ἐκείνῳ φθεγξάμενος, καθ᾽ ἑαυτοῦ σπουδαίως ἠκονηκέναι τὸ ξίφος. Εἰ γὰρ μὴ ἐκεῖνος τοσοῦτον κατὰ τῆς ἀληθείας ἀπεθρασύνετο, οὐδεὶς ἄν σε πρὸς συνηγορίαν τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων ἐκίνησεν. ὁ οὖν δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, ἔδωκεν αὐτοῖς, ὡς ἂν μάλιστα τὸ σαθρόν τε, καὶ ἀσύστατον τῶν δογμάτων αὐτῶν διελεγχθείη, καὶ φράξασθαι κατὰ τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ κενὰ μελετῆσαι διὰ τῆς κενῆς ταύτης λογογραφίας.

Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ ἐναρξάμενος ἔργον ἀγαθὸν ἐπιτελέσει, καὶ μὴ ἀποκάμῃς ὑπηρετῶν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος, μηδὲ ἡμιτελῆ ποιήσῃς τὴν ἀριστείαν τῶν κατὰ τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ στρατευομένων, ἀλλὰ μίμησαι τὸν γνήσιόν σου πατέρα, ὃς κατὰ τὸν ζηλωτὴν Φινεὲς τῇ μιᾷ πληγῇ τοῦ ἐλέγχου τὸν μαθητὴν τῷ διδασκάλῳ συναπεκέντησεν· οὕτω καὶ σὺ

A εὐτόνως τῇ χειρὶ τοῦ λόγου δι᾽ ἀμφοτέρων τῶν αἱρετικῶν βιβλίων ὦσον τὸ τοῦ πνεύματος μάχαιραν, ἵνα μὴ τὴν κεφαλὴν συντεθλασμένος ὁ ὄφις κατὰ τὴν οὐρὰν ὑποσπαίρων τοὺς ἀκεραιοτέρους φοβῇ. τῶν γὰρ προτέρων τοῦ λόγου ἀναιρεθέντων ἐὰν τὸ τελευταῖον ἀνεξέταστον ἀφεθῇ, ἰσχύν τινα κατὰ τῆς ἀληθείας ἔχειν παρὰ τοῖς πολλοῖς νομισθήσεται.

Ὁ δὲ ἐμφαινόμενος τῷ λόγῳ θυμὸς τὴν τοῦ ἅλατος χάριν τοῖς τῆς ψυχῆς αἰσθητηρίοις παρέχεται. ὡς γὰρ οὐ βρωθήσεται, κατὰ τὸν Ἰώβ, ἄρτος ἄνευ ἅλατος, οὕτως ἄπληκτος ἂν εἴη καὶ B ἀκίνητος εἰς ἐπιθυμίαν ὁ λόγος μὴ τοῖς μυστικωτέροις τῶν τοῦ Θεοῦ ῥημάτων ἐφηδυνόμενος.

Θάρσει τοίνυν, ὦ καλὸν ὑπόδειγμα τοῖς μετὰ ταῦτα βίῳ γενόμενος, διδάσκων ὅπως χρὴ τοὺς εὐγνώμονας παῖδας πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς ἔχειν πατέρας. εἰ μὲν γὰρ περιόντος ἔτι τῇ αἰσθητῇ ζωῇ τοῦ ἁγίου τὴν τοιαύτην ἐπεδείκνυσο κατὰ τῶν ἀποθρασυνομένων εἰς τὴν ὑπόληψιν ἐκείνου σπουδήν, οὐκ ἂν ἴσως διέφυγες τὸ τοῦ δοκεῖν κόλαξ τις εἶναι διαβολήν. νυνὶ δὲ τὸ γνήσιον καὶ ἀληθὲς τῆς ψυχῆς, ὅπως ἔχεις εὐνοίας C περὶ ἐκεῖνον τὸν διὰ τῶν πνευματικῶν σε ὠδίνων εἰς φῶς ἀγαγόντα, ἥ τε περὶ τὸν κατοιχόμενον σπουδή, καὶ ἡ κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ ἀγανάκτησις σαφῶς ἐπιδείκνυσιν. ἔρρωσο.

fortiter, quaſi orationis manu, per utrumque hæreticum librum, gladium ſpiritus tranſadige; ne ſerpens capite iam contuſo, cauda adhuc palpitans, imperitiores terrefaciat. Nam cum prima pars diſputationis Eunomianæ refutata ſit, ſi poſterior intacta remaneat; non deerunt, qui ei aduerſus veritatem aliquid virium ineſſe ſuſpicentur.

Porrò bilis, & acrimonia orationi inſperſa, ſalis vicem & gratiam ſenſibus animæ præbet. Quemadmodum enim teſte beato Iob, *quod inſulſum eſt, comedi nequit*, ita & oratio ad excitandam cupiditatem inefficax eſt, niſi diuinarum literarum arcanis oraculis condiatur. Iob 6.

Bono igitur animo eſto, ceu præclarum exemplum poſteris factus, dum doces, quomodo probos filios erga bonos parentes affectos eſſe oporteat. Etenim ſi ſuperſtite adhuc Sancto, tale ſtudium in eius exiſtimatione ab aduerſariorum ſpiculis vindicanda poſuiſſes, forſan adulationis ſuſpicionem non effugiſſes. Nunc verò candorem & ſinceritatem mentis tuæ, & quæ ſit tua affectio erga illum, & opinio de illo, qui te ſpirituali partu in lucem edidit, perſpicuè docent partim ſtudium, quo vita functum proſequeris, partim indignatio, qua in hoſtes eius inflammaris.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. Προοίμιον, ὅτι οὐ συμφέρει τοὺς μὴ καταδεχομένους τὴν ὠφέλειαν εὐεργετεῖν πειρᾶσθαι.

β'. Ὅτι δικαίως πρὸς τὴν ἀντίρρησιν ἤλθομεν, τοῦ ἀδελφοῦ κατηγορηθέντος ὑπεραλγήσαντες. D

γ'. Ὅτι οὐδὲν μέγα κατὰ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν εὑρόντες τῷ βιβλίῳ τοῦ Εὐνομίου, εἰκότως κατεθαρρήσαμεν τὴν ἀντίρρησιν.

δ'. Ὅτι πολλῇ ματαιότητι καὶ περιττολογίᾳ ἐχρήσατο Εὐνόμιος, μὴ πάνυ σπουδάζων περὶ τὰ καίρια.

ε'. Ὅτι οὐ καλῶς ἐποίησεν, Εὐστάθιον τὸν Ἀρμένιον, καὶ Βασίλειον τὸν Γαλάτην, τοὺς ἐπισκόπους, ἐν τοῖς ἰδίοις κωμῳδήσας λόγοις.

ϛ'. Μνήμη τοῦ προστάτου τῆς ἀσεβείας Ἀετίου καὶ τοῦ Εὐνομίου, δι᾽ ὀλίγων, καὶ τὰ γένη καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνδρῶν περιέχουσα.

CAPITA SEV SVMMARIA PRIMI LIBRI.

1. PRÆFATIO, *qua oſtenditur, è re non eſſe, vt quis beneficio afficere tentet eos, ad quos nulla inde vtilitas redit.*
2. *Se iuſtè ad defenſionem acceſſiſſe, permotum dolore ob accuſationes fratri intentatas.*
3. *Se nulla re memorabili in Eunomij libro deprehēſa, fidenti animo refutationē ſuſcepiſſe.*
4. *Eunomium multa vanitate & maniloquentia vſum eſſe, ſeriis, & ad propoſitum facientibus non valde intentum.*
5. *Eunomium haud rectè feciſſe, cum in ſuis libris Euſtathium Armenium, & Baſilium Galatam velut in theatro traduxit.*
6. *Mentio Aetij, impietatis anteſignani, & Eunomij; vbi etiam breuiter genus, & ſtudia eorum deſcribuntur.*

7. *Ipſum Eunomium à ſeipſo conuinci, quod à nemine accuſatus apologiam ſcripſerit.*

8. *Conuitia ab Eunomio in Baſilium iacta, magis Eunomio, quam Baſilio competere, ex rebus ipſis demonſtratur.*

9. *Arguens Baſilium, quaſi tempore neceſſitatis & certaminis doctrinam ſuam indefenſam reliquerit, ipſemet huius culpæ reus eſſe oſtenditur.*

10. *Omnia conuitia & iniurioſe ab Eunomio in Baſiliũ dicta rebus ipſis falſitatis conuinci.*

11. *Eunomium frigidè admodum ex vocula* Athli, *ſeu præmij, ſophiſmate exſtructo, probare velle; nos fateri ipſum ſubijſſe iudicium, atque adeò ſine accuſatione non inſtituiſſe apologiam ſeu confeſſionem.*

12. *Ab Eunomio fruſtra obijci timiditatem & trepidationem ei, qui tempore perſecutionis & erga Imperatorem, & erga præfectos tot & talia fecerit.*

13. *Recitatio eorũ, quæ de dogmatib. attulit, & ſecundũ diuiſionem oppugnatio eorundem.*

14. *Perperam feciſſe, cum ſalutaris doctrinæ mentione iniecta, non Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum, prout accepimus nominauit; ſed alia nomina ad libitum conficta vſurpauit.*

15. *Perperam feciſſe, cum ſolam Patris ſubſtantiam maximè propriam, & ſupremam appellauit; tacitè inde concludens, impropriam & inferiorem eſſe Filij & Spiritus ſancti ſubſtantiam.*

16. *Diſcutitur ſubiectionis ſignificatum, quo ait, naturam Spiritus ſancti ſubijci Patris, & Filij ſubſtantiæ, probaturq; Spiritũ ſanctum Patri & Filio coordinari non ſubordinari.*

17. *Diſcuſsio operationum, quas ipſe ſequi dicit, ad Patris & Filij ſubſtantiam.*

18. *Eunomiũ ſine ratione dogma in plures ſubſtantias diuidere, neq; vllã demõſtrationẽ, qua ita rem ſe habere, planum faciat, adducere.*

19. *Diuinam naturam ſimplicem eſſe concedens, id ſolum nomine tenus concedere.*

20. *Perperam illum agere, cum operationẽ quandam exiſtentiæ Filij priorem concipit, per quam Chriſti hypoſtaſis efficiatur.*

21. *Blaſphemiam Eunomianorum grauiorem eſſe Iudaïca perfidia.*

22. *Maius & minus in diuina natura nõ debere cõſtitui, vbi etiã Eccleſiaſticorum dogmatum accurata expoſitio continetur.*

A ζʹ. Ὅτι αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ ἐλέγχεται ὁ Εὐνόμιος ἀκατηγόρητον τὴν ὁμολογίαν ποιησάμενος.

ηʹ. Ὅτι αἱ λοιδορίαι, αἷς κατὰ Βασιλείου ἐχρήσατο, τούτῳ μᾶλλον ἐκείνῳ πρέπουσαι, ἐκ τῶν πραγμάτων δείκνυνται.

θʹ. Ὅτι ἐγκαλῶν Βασιλείῳ τὸ μὴ παραστῆναι τοῦ λόγου ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀγώνων, οὐδὲ αὐτὸς ἐπιδείκνυται ἀλλότριος ὢν τοῦ ἐγκλήματος.

ιʹ. Ὅτι ὅσα πάντα ὀνόμασιν αὐτὸν ὑβριστικὰ ῥήματα ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ψευδῆ ἐλέγχεται.

B ιαʹ. Ὅτι ψυχρῶς ἐχρήσατο τῷ κατὰ τὸ ἆθλον σοφίσματι, δι' οὗ κατασκευάζει, παρ' ἡμῶν ὁμολογεῖσθαι τὸ κεκρίσθαι αὐτὸν καὶ μὴ ἀκατηγόρητον τὴν ὁμολογίαν ποιήσασθαι.

ιβʹ. Ὅτι μάτην ἐπονειδίζει τὴν δειλίαν τῷ τοσαύτην ἀνδρείαν ἐπὶ τῶν ἀγώνων πρὸς Βασιλέα τε καὶ ὑπάρχους δείξαντι.

ιγʹ. Μνήμη τῶν δογματικῶς αὐτῷ εἰρημένων, καὶ κατὰ διαίρεσιν πρὸς τὰ εἰρημένα μάχη.

ιδʹ. Ὅτι κακῶς ἐποίησε μνημονεύων τοῦ σωτηρίου δόγματος, μὴ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον C πνεῦμα καθὼς παραδέδοται, ὀνομάζων, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ὀνόμασι χρησάμενος κατὰ τὸ ἴδιον βούλημα.

ιεʹ. Ὅτι κακῶς ἐποίησε μόνην τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν κυριωτάτην εἰπὼν καὶ ἀνωτάτω, κατασκευάζων κατὰ τὸ σιωπώμενον ἀκυρωτέραν τε εἶναι τὴν τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος τὴν οὐσίαν, καὶ κάτω.

ιϛʹ. Ἐξέτασις τοῦ τῆς ὑποταγῆς σημαινομένου, καθ' ὃ λέγει ὑποτετάχθαι τῇ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίᾳ τὴν τοῦ πνεύματος φύσιν. ἐν D ᾧ κατεσκευάσθη, ὅτι συντέτακται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πατρὶ καὶ υἱῷ, οὐχ ὑποτέτακται.

ιζʹ. Ἐξέτασις τῶν ἐνεργειῶν, τίνες κατὰ τὴν φύσιν εἰσίν, ἃς ἕπεσθαι αὐτὸς λέγει τῇ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ οὐσίᾳ.

ιηʹ. Ὅτι οὐ κατὰ λόγον ποιεῖ εἰς πλῆθος οὐσιῶν τὸ δόγμα διαμερίζων, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν τοῦ ταῦτα οὕτως ἔχειν παρεχόμενος.

ιθʹ. Ὅτι ἁπλῆν λέγων τὴν θείαν οὐσίαν, μέχρις ὀνόματος συγχωρεῖ τὴν ἁπλότητα.

κʹ. Ὅτι κακῶς ποιεῖ τῆς τοῦ μονογενοῦς ὑπάρξεως ἐνέργειάν τινα προεπινοῶν, ἀπεργαστικὴν τῆς τοῦ Χριστοῦ ὑποστάσεως.

καʹ. Ὅτι χαλεπωτέρα τῆς Ἰουδαϊκῆς πλάνης ἡ τούτων βλασφημία.

κβʹ. Ὅτι οὐ χρὴ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον ἐπὶ τῆς θείας οὐσίας δογματίζειν. ἐν ᾧ καὶ ἔκθεσις τεχνικὴ τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων.

κγʹ. Ὅτι οὐκ ἀμάρτυρός ἐστιν ἡ τῆς πίστεως διδασκαλία τῆς γραφικῆς μαρτυρίαις ἠσφαλισμένη.

κδʹ. Ὅτι ματαιολογεῖ, μεγέθη καὶ διαφορὰς ἔργων καὶ ἐνεργειῶν ἐν τοῖς δόγμασι τῆς εὐσεβείας τεχνολογῶν.

κεʹ. Ὅτι ὁ πρεσβύτερον κατά τι διαστηματικὸν νόημα τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα κατασκευάζων, ἀναγκασθήσεται μηδὲ τὸν πατέρα ἄναρχον λέγειν.

κϛʹ. Ὅτι οὐχ ἁρμόσει καὶ τῇ κτίσει τὸ τοιοῦτον θεώρημα, ὃ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς ἐξητάσθη, ὅπερ ἐκεῖνοι βιάζονται, ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν υἱὸν ἰδίως σὺν τῷ πατρὶ θεωρεῖσθαι, τὴν δὲ κτίσιν ἀπό τινος ὡρισμένης τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι ὁμολογεῖν.

κζʹ. Ὅτι μάτην ὑπέλαβε τὰς αὐτὰς ἐνεργείας τὰ αὐτὰ ἔργα ποιεῖν, καὶ τὴν παραλλαγὴν τῶν ἔργων παρηλλαγμένας τὰς ἐνεργείας ἐνδείκνυσθαι.

κηʹ. Ὅτι μάτην ὑπέλαβεν ἀπαράβατον εἱρμὸν ἐν τῇ τῶν φύσεων συμφωνίᾳ δύνασθαι συστῆναι.

κθʹ. Ὅτι μάτην ᾠήθη τὴν ἐν ταῖς ἐνεργείαις ἀμφιβολίαν διαλύειν ἐκ τῶν οὐσιῶν, καὶ τὸ ἔμπαλιν.

λʹ. Ὅτι οὐδεὶς ἐστὶ λόγος θεῖος ὁ τὰ τοιαῦτα ζητεῖν κελεύων, ἐν ᾧ κατεσκευάσθη καὶ τὸ μάταιον τῆς ἐν τούτοις φιλοσοφίας.

λαʹ. Ὅτι ἱκανή ἐστιν εἰς γνῶσιν τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ταυτότητος ἡ διὰ τῆς προνοίας κατανόησις.

λβʹ. Ὅτι ἀδιανόητος ἡ ἀπόφασις τοῦ εἰπόντος, ἀκολουθεῖν τὸν τρόπον τῆς γεννήσεως τῷ τρόπῳ τῆς ὁμοιότητος.

λγʹ. Ὅτι μάτην ἀπεφήνατο τῇ φυσικῇ τοῦ γεννῶντος ἀξίᾳ διαδείκνυσθαι τὸν τῆς γεννήσεως τρόπον.

λδʹ. Μνήμη τῶν ἐπὶ διαβολῇ τοῦ ὁμοουσίου παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων, καὶ πρὸς τὰ εἰρημένα μάχη.

λεʹ. Κατασκευὴ τοῦ πρὸς Μανιχαϊσμὸν ῥέπειν, τὸ δόγμα τῶν ἀνομοίων.

λϛʹ. Μνήμη πάλιν τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ δόγματος ἐν παραδρομῇ.

λζʹ. Συνηγορία τῶν παρὰ τοῦ μακαρίου Βασιλείου ῥηθέντων, παρὰ τούτου δὲ διαβαλλομένων, ἐν οἷς φησιν ὁ ἡμέτερος, τὴν πατρὸς προσηγορίαν καὶ τὴν τοῦ ἀγεννήτου δύνασθαι τὴν αὐτὴν σημαίνειν διάνοιαν.

ληʹ. Μάχη πρὸς τοὺς σοφισματώδεις αὐτοῦ συλλογισμοὺς δι' ἐπιχειρημάτων πλειόνων.

λθʹ. Ἀπόκρισις πρὸς τὸ ἐπιφερόμενον παρ' αὐτοῦ ἐρώτημα, εἰ ὁ ὢν γεννᾶται.

23. Doctrinam fidei non carere teſtimoniis, quippe quæ diuinarum litterarum oraculis munita ſit.

24. Eunomium nugas agere cum magnitudines & differentias operum & operationum in diuinis dogmatibus comminiſcitur.

25. Eum qui Patrem ſecundũ temporale quoddam interuallum Filio antiquiorem facit, neceſſariò cogi, vt ne Patrem quidem principij expertem eſſe exiſtimet.

26. De creatura tale quid affirmari non poſſe, quale de Patre & Filio, (quod illi vrgent) affirmatur, ſed neceſſe eſſe, vt Filius, vna cum Patre ſpectetur, credaturque omnem creaturã à definito aliquo tempore incœpiſſe.

27. Eunomium inſipienter putaſſe, iiſdem operationibus eadem quoque opera produci, & diuerſitatem operationum diuerſorum operum indicem eſſe.

28. Eunomium fatuè exiſtimaſſe, inuiolabilem naturarum ſeriem poſſe concorditer ſubſiſtere.

29. Eunomium fruſtra credidiſſe ſe ambiguitatem in operationibus diſſoluere poſſe ex ſubſtantiis, & vice verſa.

30. Nullum eſſe diuinum præceptum, quod talia ſcrutari iubeat; vbi etiam demonſtratur vanitas ſtudij in his inſumpti.

31. Ad ſubſtantiæ identitatem cognoſcendam ſufficere intellectionem, quæ eſt per prouidentiam.

32. Non poſſe intelligi Eunomianum illud effatum; modum generationis ſequi modum ſimilitudinis.

33. Fruſtra Eunomium aſſeruiſſe, naturali generantis dignitate, modum generationis oſtendi.

34. Commemoratio eorum, quæ calumnioſè aduerſus homoouſion ſeu conſubſtantiale effutiuit, cum refutatione.

35. Probatur doctrinam Anomœorum ad Manichæiſmum vergere.

36. Iterum recenſio, quaſi in tranſcurſu Eccleſiaſtici dogmatis.

37. Defenſio eorum, quæ à beato Baſilio dicta, ab hoc autem contumelioſè impetita ſunt: illo nimirum noſtro aſſerente: Patris & ingeniti appellationi eandem notionem ſubiici poſſe.

38. Oppugnatio ſophiſticorum ipſius ſyllogiſmorum per plura Epicheremata.

39. Reſponſio ad propoſitam ab ipſo quæſtionem: num qui eſt, generetur.

40. *Eunomium à Beato Baſilio refutatum, admodum frigide ſibi opem tuliſſe.* A

41. *Id quod ſequitur, non eſſe idem cum illo, ex quo ſequitur.*

42. *Explicatur Ingeniti ſeu innaſcibilis ſignificatio cum diſquiſitione de æternitate.*

CAPITA SEV SVMMARIA LIBRI SECVNDI.

1. SECVNDVS *liber Diuini Verbi Incarnationem, & traditam à Domino diſcipulis fidem explanat; & hæreticos, qui hanc euertunt, & alia dogmata cudunt, ex patre diabolo eſſe oſtendit.* B
2. *Deinde Patris & Filij, & Spiritus ſancti æternitatem pluribus explicat.*
3. *Poſtea ineffabile nomen SS. Trinitatis, & perſonarum mutuam habitudinem, eſſentiæ ignotam rationem, Verbi ad nos condeſcenſionem, ex Vergine natiuitatem, ſecundum eius aduentum, & à mortuis reſurrectionem & retributionem exponit.*
4. *Eunomij de Ente inanem & blaſphemam expoſitionem redarguit.*
5. *Obſcura, & quæ intelligi nequeunt verba Eunomij dicentis: ſubſtantiam Patris neque ſeparari, neque diuidi; mirabiliter euertit.*
6. *Patris cum Filio vnitatem, & Eunomij in ſacris literis imperitiā, & ruditatē oſtendit.* C
7. *Adhæc demonſtrat, vnigenitum non ſolum ex Patre, ſed & ex Virgine impaſſibiliter natum, ſubſtantiam ſeu eſſentiam diuiſiſſe; cum neque hominum natura genita à genitoribus diuidatur aut ſcindatur; quemadmodum exemplo Adami & Abrahami perquam ſapienter comprobat.*
8. *Deinde vnigeniti & primogeniti ſignificationem qualiter ab Apoſtolo poſitam admodum ſcitè, & appoſitè exponit.*
9. *Rurſus de Vnigeniti generatione, deque varijs partim materia conſtantibus, partim à materia liberis generationibus differens; Filium ſplendorem gloriæ diuinæ, & non creaturam eſſe, egregiè demonſtrat.* D
10. *Poſtea explanat dictum illud:* Dominus creauit me, *mox de principio Filij diſſerit, & fraudes ſub Eunomij verbis latentes aperit. illúdque dictum:*

Prou. 8.

μ'. Ὅτι ψυχρῶς συστῆναι ἑαυτῷ ἐπεχείρησεν, ἐλεγχθεὶς παρὰ τοῦ μακαρίου Βασιλείου.

μα'. Ὅτι τὸ ἐπακολουθοῦν οὐ ταὐτόν ἐστιν ἐκείνῳ, ᾧ ἐπηκολούθησε.

μβ'. Ἑρμηνεία τῆς τοῦ ἀγεννήτου σημασίας, καὶ τοῦ ἀϊδίου θεωρία.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. Ὁ δεύτερος λόγος τὴν σάρκωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τὴν δοθεῖσαν παρὰ κυρίου τοῖς μαθηταῖς πίστιν ἐκδιδάσκει, καὶ τοὺς ταύτην ἀνατρέποντας αἱρετικούς, καὶ ἕτερα προσεπινοήσαντας ὀνόματα, ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου εἶναι λέγει.

β'. Εἶτα περὶ τοῦ ἀϊδίου πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος διὰ πλειόνων ἑρμηνείαν διέξεισιν.

γ'. Ἔπειτα τὰ τοῦ ἀκατονομάστου τῆς ἁγίας τριάδος ὀνόματος, καὶ τὴν τῶν προσώπων πρὸς ἄλληλα σχέσιν, ἔτι τε τὸ τῆς οὐσίας ἄγνωστον, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ συγκατάβασιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς παρθένου γέννησιν, καὶ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασίν τε καὶ ἀνταπόδοσιν.

δ'. Μετὰ τοῦτο τὴν κατὰ μέρος τοῦ Εὐνομίου περὶ τοῦ ὄντος κενὴν καὶ βλάσφημον ἔκθεσιν πανσόφως διελέγχει.

ε'. Εἶτα τὸ ἀδιανόητον τῶν τοῦ Εὐνομίου ῥημάτων, τῶν τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς μὴ χωρίζεσθαι, ἢ μερίζεσθαι, ἢ ἄλλο τι γίνεσθαι λεγόντων, θαυμαστῶς ἀνατρέπει.

ϛ'. Εἶθ' οὕτως τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἑνότητα, καὶ τοῦ Εὐνομίου τὸ τῶν γραφῶν ἀνόητον καὶ ἀμύητον δείκνυσι.

ζ'. Πρὸς τούτοις δείκνυσιν ὅτι οὐ μόνον ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ μονογενής, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς παρθένου ἀπαθῶς ἐκ πνεύματος ἁγίου γεννηθείς, τὴν οὐσίαν οὐκ ἐμέρισεν. ἀλλ' οὐδὲ ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις γεννωμένη ἀπὸ τῶν τικτόντων μερίζεται, ἢ σχίζεται. καθὼς ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Ἀβραὰμ πανσόφως ἀπεδείχθη.

η'. Ἐπὶ τούτοις τὴν τοῦ μονογενοῦς, καὶ τὴν τοῦ πρωτοτόκου ἑρμηνείαν τετράκις παρὰ τοῦ ἀποστόλου ῥηθεῖσαν πάνυ ἁρμοδίως διέξεισιν.

θ'. Εἶτα πάλιν τὴν τοῦ μονογενοῦς γέννησιν, ἑτέρας τε διαφόρους ὑλικάς τε καὶ ἀΰλους γεννήσεις τεχνολογήσας, ἀπαύγασμα δόξης, καὶ οὐ κτίσμα τὸν υἱὸν μεγαλοπρεπῶς ἀποδείκνυσιν.

ι'. Ἔπειτα τὴν τοῦ, κύριος ἔκτισέ με, ῥῆσιν, καὶ τὸν περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ υἱοῦ λόγον, τότε ἀπατηλὸν τῶν Εὐνομίου ῥημάτων, καὶ τήν τε λεγομένην ῥῆσιν,

τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω, ποικίλως A
διεξετάσας, καλῶς διηρμήνευσεν.

ια'. Εἶτα τὴν τοῦ παντοκράτορος ἀξίαν, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς ἀϊδιότητα, καὶ τὸ, γενόμενος ὑπήκοος, διασαφήσας, τὸ τοῦ Εὐνομίου ἀνόητον ἐν τῷ λέγειν, οὐκ ἐκ τῆς ὑπακοῆς αὐτὸν προσλαβεῖν τὸ εἶναι υἱὸν δείκνυσιν.

ιβ'. Εἶθ' οὕτως τὴν τοῦ μεσίτου ἑρμηνείαν, τοῦ τε ὁμοίου, καὶ ἀγεννήτου, καὶ γεννητοῦ, τήν τε εἰκόνα, καὶ σφραγῖδα τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας, καὶ τῶν ἔργων, πάνυ καλῶς διέξεισιν.

ιγ'. Μετὰ τοῦτο τὴν εὐαγγελικὴν διερμηνεύων ῥῆσιν, ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἔτι τοῦ μετὰ ψυχῆς B καὶ σώματος ἀναληφθέντος ἀνθρώπου παρὰ τοῦ κυρίου, τήν τε παράβασιν τοῦ Ἀδὰμ, καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἐξανάστασιν διεσάφησε.

ιδ'. Πρὸς τούτοις τὴν δόξαν, ἣν ἡ ἐκκλησία, ὅ, τε Εὐνόμιος περὶ τοῦ ἁγίου ἔχουσι πνεύματος διεξέρχεται· καὶ ὅτι οὐ τρεῖς θεοὶ, ἀλλ' εἷς, ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· πρὸς οἷς καὶ διαφόρους παραγωγὰς ἐκτίθεται. ἐν οἷς καὶ τὴν παρὰ πάντων πρὸς τὸν υἱὸν ὑποταγὴν C τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ταὐτὴν ἀπέδειξεν.

ιε'. Εἶτα τὸ ἀδιανόητον τοῦ Εὐνομίου διὰ πολλῶν ἀποδείξας ποτὲ μὲν κτιστὸν τὸ ἅγιον λέγοντος πνεῦμα, καὶ τοῦ υἱοῦ ἔργον κάλλιστον, ποτὲ δὲ ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν αὐτοῦ Θεὸν ὁμολογοῦντος τελειοῖ τὸν λόγον.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. Ὁ τρίτος οὗτος λόγος τρίτην παρανοίαν τοῦ Εὐνομίου δείκνυσι, ὡς ἑαυτὸν διελέγχοντα, καὶ ποτὲ μὲν λέγοντα, ὅτι διὰ τὸ γεννηθῆναι κατὰ φύσιν δεῖ υἱὸν τὸν μονογενῆ ὀνομάζεσθαι, ὡς τῆς ἁγίας γραφῆς, φησι, ἄνωθεν τοῦτο δηλούσης, ποτὲ δὲ ὅτι διὰ τὸ κτισθῆναι μηκέτι υἱὸν, ἀλλὰ ποίημα λέγεσθαι. D

β'. Εἶτα πάλιν τὴν τοῦ, κύριος ἔκτισέ με, ῥῆσιν πάγκαλως καὶ ἁρμοδίως καὶ ἀκριβῶς διεξετάσας ἐκτίθεται.

γ'. Ἔπειτα τὴν τοῦ γεννητοῦ καὶ ἀγεννήτου οὐκ ἀλλοτρίωσιν οὐσίας ἔκ τε τοῦ Ἀδὰμ καὶ Ἄβελ καὶ ἑτέρων παραδειγμάτων δείκνυσιν.

δ'. Εἶθ' οὕτως τὴν τοῦ ἀϊδίου πρὸς τὸν πατέρα ἑνότητα, καὶ τὸ ταὐτὸν τῆς οὐσίας, καὶ κοινὸν

A Gloriam meam non dabo alteri, *variè* *Iſa. 4. vel 48.*
excutiens; optimè interpretatur.

11. *Omnipotenti dignitatem, & vnigeniti æternitatem, & illud:* Factus obediens, *Philip. 2.* *explanans; Eunomij ſtuporem redarguit dicentis: Filium ex obedientia non accepiſſe, vt Filius eſſet.*

12. *Deinceps Mediatoris, æqualis, ingeniti, & geniti, notionem imaginem inſuper & ſigillum omnipotentis operationis, & operum, perquàm pulchrè exequitur.*

13. *Poſtea Euangelicum illud exponit dictum* B Pater non iudicat quenquam: *Addit,* *Ioan. 5.* *hominis cum corpore & anima aſſumptionem à Domino factam, præuaricationem Adami & ex mortuis reſurrectionem.*

14. *Deinde exiſtimationem, quam Eccleſia, & quam Eunomius de Spiritu ſancto habet, proponit; docétque, non tres deos eſſe, ſed vnum, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum; & inſuper ſubiectionem qua res omnes ſubijciuntur Filio, eandem eſſe cum illa, qua Filius ſubijcitur Patri.*

15. *Ad extremum inconſtantem intricationem, & obſcuritatem Eunomij dicentis ali-* C *quando Spiritum ſanctum eſſe creaturam, & Filij pulcherrimum opus; aliquando autem ex operationibus Deum eſſe confitentis, coposè patefacit, & ſic libro finem imponit.*

CAPITA SEV SVMMARIA LIBRI TERTII.

1. TERTIVS *iſte liber tertiam Eunomij hallucinationem oſtendit, velut eius, qui ſeipſum redarguat; & interdum quidem dicat, Filium vnigenitum eſſe nominandum, eò quòd ſecundum naturam ex Patre natus ſit, ſacris litteris, vt ait, ſupernè hoc teſtantibus; interdum verò propter creationem non Filium, ſed creaturam nominet.*

2. *Iterum dictum illud:* Dominus creauit me, *admodum ſcitè, appoſitè, & accuratè exponit.* *Prou. 8.*

3. *Deinde geniti & ingeniti ſignificationem non peregrinam naturam ingerere, ex Adami, & Abelis, aliorumque exemplis demonſtrat.*

4. *Poſtea æterni ad Patrem veritatem, & identitatem eſſentiæ, & communionem*

naturæ demonſtrat: vbi etiam diſſertatio de generatione vini; quodque Filius & genimen de vnigenito pronunciata, inter ſe cognata ſint. A

5. Ad hæc, diuinæ eſſentiæ incomprehenſibilitatem exequitur, illudque ad Samaritanam: Vos adoratis, quod neſcitis, *interpretatur.*

Ioan. 4.

6. Poſtea appellationem Filij & geniminis, pluréſque differentias filiorum Dei, hominum, arietum, perditionis, lucis & diei exponit.

7. Tandem vnigeniti appellationibus diuinis & humanis enodatis; & genito, atque ingenito diligenter excuſſo, librum terminat. B

τῆς φύσεως, ἐν ᾧ καὶ φυσιολογία περὶ γεννήσεως οἴνου, καὶ ὅτι ὅ,τε υἱὸς καὶ τὸ γέννημα ἐπὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς προσηγορείας ὁμογενῆ τὴν οἰκειότητα ἔχουσιν.

ε'. Πρὸς τούτοις τὸ ἀκατάληπτον τῆς θείας οὐσίας διέξεισι, καὶ τὸ πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ῥηθέν, ὑμεῖς προσκυνεῖτε, ὃ οὐκ οἴδατε, ἑρμηνεύει.

ς'. Καὶ μετὰ ταῦτα τὴν τοῦ υἱοῦ κλῆσιν καὶ τοῦ γεννήματος, διαφοράς τε υἱῶν Θεοῦ πλείστας, καὶ ἀνθρώπων, καὶ κριῶν, καὶ ἀπωλείας, φωτός τε καὶ ἡμέρας ἐκτίθεται.

ζ'. Πρὸς οἷς τὰς τοῦ μονογενοῦς προσηγορείας θεϊκάς τε καὶ ἀνθρωπίνας διερμηνευούσας, τὸ γεννητὸν καὶ ἀγέννητον διεξετάσας τὸν λόγον πληροῖ.

CAPITA SEV SVMMARIA LIBRI QVARTI.

1. QVARTVS *liber diſſertationem de genimine, & tractationem de impaſſibili generatione vnigeniti continet. Et illud:* In principio erat Verbum; *præterea natiuitatem ex Virgine, dilucidè explanat.*

Ioan. 1.

2. *Deinde oſtendit, Eunomium cum ea, quæ creatæ & terrenæ hypoſtaſi congruunt, ad vnigeniti hypoſtaſin accommodarit, id conatum eſſe, vt faceret vnigenitum mutabilem, & in creaturarum cenſum referret.* C

Rom. 8. Coloſſ. 4. Hebr. 1.

3. *Poſtea* Primogeniti *rationem ab Apoſtolo quater commemoratam, mirabiliter explanat.*

4. *Rurſus de impaſſibilitate generationis Chriſti tractat, & ſtultitiam Eunomij refellit, dicentis: ſubſtantiam generatam appellatione Filij aſſici; qui mox ſui ipſius immemor habitudinem Filij ad Patrem negat: vbi etiam de Circes & Mandragoræ pharmaco ſermo eſt.*

5. *Iterum oſtendit Eunomium ab ipſa veritate coactum orthoxæ doctrinæ patrocinari; cum non modo Patris, ſed & Vnigeniti ſubſtantiam maximè propriam & primam confitetur.* D

6. *Deinde de Genito, factura, & creatura diſſerit: & immediatum vt impartibili ſubſtantiæ, & habitudinem ad Creatorem & factorem, impiè ab Eunomio & Theognoſto doceri demonſtrat.*

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. Ὁ τέταρτος λόγος τὴν περὶ τοῦ γεννήματος φυσιολογίαν, καὶ τὴν περὶ τῆς ἀπαθοῦς γεννήσεως τοῦ μονογενοῦς, καὶ τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ἔτι τε τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν σαφῶς διερμηνεύει.

β'. Εἶθ' οὕτως τὰ ἁρμόζοντα περὶ τῆς ὑποστάσεως τῆς γῆς ταῦτα περὶ τοῦ μονογενοῦς τὸν Εὐνόμιον εἰρηκέναι διελέγξας, τρεπτὸν αὐτόν, καὶ κτιστὸν βουλόμενον δεῖξαι ἀποδείκνυσιν.

γ'. Εἶτα τὸν περὶ τοῦ πρωτοτόκου λόγον πάλιν ὡς περὶ τοῦ ἀποστόλου τετράκις μνημονευθέντα θαυμασίως διέξεισιν.

δ'. Μετὰ τούτων πάλιν τὸ ἀπαθὲς τῆς τοῦ κυρίου γεννήσεως, καὶ τὸ τοῦ Εὐνομίου ἀνόητον, ὡς τὴν γεννηθεῖσαν οὐσίαν τὴν τοῦ υἱοῦ προσηγορίαν ἔχειν εἰπόντος, πάλιν δὲ ἐπιλαθομένου, καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς πατέρα σχέσιν ἀρνουμένου. ἐν οἷς καὶ τὸ κατὰ Κίρκην, καὶ τὸ μανδραγόρου διέξεισι φάρμακον.

ε'. Πάλιν τε τὸν Εὐνόμιον ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀναγκαζόμενον τῷ ὀρθῷ συνηγοροῦντα δείκνυσι δόγματι, κυριωτάτην καὶ πρώτην, οὐ μόνον τὴν τοῦ πατρός, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς οὐσίαν ὁμολογοῦντα.

ς'. Εἶτα τὸν περὶ τοῦ γεννητοῦ καὶ ποιήματος, καὶ κτίσματος γυμνάζει λόγον, καὶ τὸ ἀμεσίτευτον, καὶ ἀμέριστον τῆς οὐσίας, καὶ τὴν πρὸς τὸν κτίσαντα καὶ πεποιηκότα σχέσιν ἀσεβῶς παρά τε Εὐνομίου, καὶ Θεογνώστου λεγόμενα ἀποδείκνυσιν.

ζ'. Πρὸς τούτοις τὸ ἀσύγκριτον τῶν μετὰ τὸν υἱὸν γενομένων, καὶ τὴν κακούργως παρὰ τοῦ Εὐνομίου ἐπινοηθεῖσαν διὰ τῆς τοῦ μονογενοῦς, καὶ τῆς υἱοῦ ὀνομασίας εἰς ἀπάτην τῶν ἀκροωμένων ἐπικεκρυμμένην εἰδωλολατρείαν σαφῶς καὶ ἐντέχνως διελέγχει.

η'. Εἶθ' οὕτως τὴν τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐσίαν ἀπαράλλακτον δείκνυσιν· ἐν ᾧ καὶ πολλὰς παραλλαγάς, καὶ ἁρμονίας ἐκδιδάσκει, τήν τε μορφήν, καὶ σφραγίδα, καὶ χαρακτῆρα διασαφῶς.

θ'. Ἔπειτα οὐσίαν τε καὶ γέννησιν διασαφήσας, τοῦ Εὐνομίου κενολογίαν καὶ φλυαρίαν κροτάλῳ ἐοικέναι ἀποκαλεῖ. Εἶτα τὰ περὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς γεννήσεως παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥηθέντα ὡς παρὰ Εὐνομίου κακῶς διαβληθέντα σαφῶς διελέγξας τὸν λόγον πληροῖ.

A 7. *Adhæc perſpicuè oſtendit ea, quæ poſt Filium condita ſunt, cum Filio comparari non poſſe: ſimul etiam eruditè & clarè redarguit idololatriam; quam ſub fictitia Filij appellatione ad ſimpliciorum deceptionem Eunomius nefariè commentus eſt.*

8. *Poſtea Patris & Filij ſubſtantiam inuariatam eſſe monſtrat; varios ſimul variationis & conuenientiæ modos adferens, deque figura, ſigillo, & charactere dilucide diſputans.*

B 9. *Subſtantiæ & generationis ratione declarata, Eunomij inaniloquentiam, & garrulitatem cymbalo ſimilem pronunciat. Quibus peractis ea, quæ à magno Baſilio de vnigeniti generatione dicta fuerunt, ab Eunomio perperam reprehenſa eſſe, planum facit; & ita libro finem imponit.*

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. ΟΔΕ πέμπτος λόγος τὰ παρὰ τῆς τοῦ ἀποστόλου Πέτρου φωνῆς ῥηθέντα ἐπαγγέλλεται εἰπεῖν, ἀναβάλλεται δέ, καὶ πρότερον μὲν περὶ τῆς κτίσεως διαλέγεται, ὅτι μηδὲν αὐτῆς ἐστι σεβάσμιον, ἀλλ' ἀπαιδεύτῳ καὶ ἀσθενεῖ διανοίᾳ πλανηθέντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς θαυμάσαντες, τὰ μέρη τοῦ κόσμου ἐθεοποίησαν. ἐν ᾧ καὶ τὴν Ἡσαΐου ῥῆσιν τό, ἐγὼ θεὸς πρῶτος, παγκάλως διερμηνεύει. C

β'. Εἶτα τὴν Πέτρου διέξεισι ῥῆσιν, ὅτι κύριον καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς αὐτὸν ἐποίησεν. ἐν ᾧ καὶ τὴν παρὰ Εὐνομίου ἀντίρρησιν, ἣν κατὰ τοῦ ἁγίου Βασιλείου διὰ τὴν τοιαύτην ῥῆσιν ἐποιήσατο, D τάς τε λοιδορίας καὶ ὕβρεις ὑφαινούσας ἐξέθετο.

γ'. Πρὸς αὖ ἀπάντησις θαυμαστή τις καὶ ξένη καὶ ἀπόδειξις τῆς τοῦ σταυρωθέντος δυνάμεως, καὶ ὅτι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, οὐ τῆς τοῦ μονογενοῦς παρὰ τοῦ πατρὸς ἡ ὕψωσις γέγονε· καὶ ἑρμηνεία τοῦ σταυρικοῦ σήματος, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ προσηγορίας, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀνακραθείσης θεότητος τῷ ἀνθρωπίνῳ χαρισθέντα ἀγαθά.

δ'. Εἶτα τὴν Εὐνομίου συκοφαντίαν, ὡς ἄνθρωπον εἰς ἄνθρωπον κεκενῶσθαι τὸν μέγαν Βασίλειον λέγοντα, ψευδῆ ἀποδείκνυσι, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς

CAPITA SEV SVMMARIA LIBRI QVINTI.

1. QVINTVS *liber explanationem dicti cuiuſdam ſancti Petri Apoſtoli promittit, ſed differt. Ac primùm quidem de creatura differit; nullam ſcilicet illarum venerandam eſſe; (nempe inſtar Dei) ſed homines partim inſcitia, partim mentis imbecillitate in errorem abductos, partes mundi ob earum pulchritudinem in deorum numerum retuliſſe. Vbi etiam dictum illud Iſaiæ:* Ego Deus primus ſum, *admodum ſcite interpretatur.*

2. *Illud D. Petri dictum explicat;* quod Deus ipſum Dominum & Chriſtum fecerit. *Vbi etiam Eunomij oppugnationem, qua ob dictum hoc S. Baſilium aggreſſus eſt, conuitia inſuper & triuiales contumelias ab Eunomio eructatas cõmemorat.* Act. 2.

3. *Quibus ipſe mirabili quadam & noua demonſtratione virtutis ac potentiæ Crucifixi occurrit, addens, ſubiectionem illam fuiſſe naturæ humanæ, non eius, quam vnigenitus à Patre acceperat. Vbi etiam ſignum Crucis, & Chriſti appellationem, vt & dona ex vnione diuinæ naturæ cum humana nobis conceſſa, explicata reperias.*

4. *Falſam eſſe oſtendit calumniam Eunomij dicentis, magnum Baſilium aſſeruiſſe; hominem in hominem exinanitum eſſe, & vnigeniti exinanitionem*

contigiſſe, quando in paſſione homo Chriſtus paſſus eſt, declarat. A

5. *Poſtea non duos Chriſtos, neque duos dominos, ſed unum Chriſtum, & unum Dominum eſſe docet, naturaſque diuinam & humanam coniunctas, & utramque inconfuſè & impermixtim proprietates ſuas conſeruaſſe, & propter unionem communes etiam operationes appellari, Deúmque in ſe ſerui etiam affectiones & paſſiones ſuſcepiſſe: & naturam humanam pariter cum diuina honorari & cōglorificari, quòd unita natura diuina humanam quaſi in ſe tranſtulerit, copioſè, & eruditè oſtendit.*

κένωσιν ἐπὶ ἀνακλήσει τοῦ πεποιθότος ἀνθρώπου γεγενῆσθαι ἀποφαίνει.

ε'. Μετὰ τοῦτο οὐ δύο Χριστούς, οὐδὲ δύο κυρίους, ἀλλ' ἕνα Χριστόν, καὶ ἕνα κύριον ἀποδείκνυσι, καὶ ὅτι ἡ θεία φύσις τῇ ἀνθρωπίνῃ μιχθεῖσα ἀσυγχύτους ἑκατέρας φύσεως τὰς ἰδιότητας διετήρησε, καὶ διὰ τὴν συμφυΐαν κοινὰς καὶ τὰς ἐνεργείας κατονομάζεσθαι εἴρηκε, τοῦ τε θείου εἰς ἑαυτὸν καὶ τὰ πάθη τοῦ δούλου ἀναλαμβάνοντος, καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου τῇ δεσποτικῇ τιμῇ συνδοξαζομένου, καὶ τῇ δυνάμει τῆς ἀνακραθείσης B θείας φύσεως εἰς ἑαυτὴν τῆς ἀνθρωπίνης ἀναποιηθείσης, διὰ πολλῶν πανσόφως ἐξέθετο.

CAPITA SEV SVMMARIA LIBRI SEXTI.

1. SEXTVS *liber oſtendit, eum qui pro ſalute hominum venit, non fuiſſe nudum merúmque hominem; ut magnum Baſilium aſſeruiſſe Eunomius mendaciter calumniabatur: Sed unigenitum Dei filium carnem humanam induiſſe, factumque mediatorem Dei & hominum, paſſibilem carne, impaſſibilem diuinitate; & Eunomium ſycophantam agere demonſtrat.*

2. *Iterum meminit dicti à S. Petro prolati (Act. 2.* Certiſſimè ergo ſciat omnis domus Iſraël, quia & Dominum eum, & Chriſtum fecit Deus) *& illius ad Hebræos, quod ait:* Chriſtum à Deo Apoſtolum & ſummum Pontificem factum eſſe: *Et cum prolixa ſatis apologia accuſationes contra Baſilium ab Eunomio productas diluiſſet, oſtendit ipſum Eunomium Baſilij dictu ſubſcribere, & unigenitum Filium carne aſſumpta Dominum factum eſſe, affirmare.* (Hebr. 6.)

3. *Illud Domini ad Philippum:* Qui videt me, *in corpore mutato exiſtentem,* vidit & Patrem, *mirificè explanat. Vbi etiam in benigniſſima Paſſione Domini, Patris impaſſibilitatem, & vim creandi, ac prouidentiam, & hominum in natura conuenientiam, & in ea, ex quibus compoſiti ſunt, reſolutionem perquam pulchrè docet.*

4. *Deinde reſumpto Diui Petri dicto,* Quem (Act. 2.)

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΕΚΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. ΚΑΙ ὁ ἕκτος δὲ λόγος οὐ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐλθόντα, ὡς ὁ Εὐνόμιος τὸν μέγαν Βασίλειον εἰπεῖν εἰρηκέναι ψευδῶς διαβάλλων, δείκνυσιν, ἀλλὰ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ υἱὸν σάρκα ἀνθρωπίαν ἐνδυσάμενον, καὶ μεσίτην Θεοῦ C καὶ ἀνθρώπων γενόμενον, παθητὸν σαρκί, ἀπαθῆ τῇ θεότητι πιστωσάμενον, τὸν Εὐνόμιον συκοφάντην ἀπέδειξεν.

β'. Εἶτα πάλιν τῆς τοῦ Πέτρου μέμνηται φωνῆς τῆς, ἐποίησε, καὶ τῆς ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους, ἥ φησιν, ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τὸν Ἰησοῦν παρὰ Θεοῦ γεγενῆσθαι· ἱκανῶς τε ὑπὲρ τῶν παρὰ Εὐνομίου ἐπαχθέντων αὐτῷ ἐγκλημάτων ἀπολογησάμενος, αὐτὸν τὸν Εὐνόμιον συνηγοροῦντα τοῖς τοῦ μεγάλου ἀποδείκνυσι Βασιλείου λόγοις, καὶ κύριον τὸν μονογενῆ υἱὸν σάρκα ἐνδυσάμενον γεγενῆσθαι λέγοντα.

D γ'. Ἔπειτα τὸ πρὸς τὸν Φίλιππον ῥηθὲν παρὰ τοῦ κυρίου, ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, τὸν ἐν τῷ ἀλλοιωθέντι σώματι ὄντα, ἑώρακε τὸν πατέρα, θαυμασίως διέξεισιν. ἐν ᾧ καὶ τὸ κατὰ τὸ φιλάνθρωπον πάθος τοῦ κυρίου, καὶ τοῦ πατρὸς ἀπαθές, δημιουργικόν τε καὶ προνοητικόν, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων συμφυΐαν. καὶ εἰς τὰ ἐξ ὧν διετέθησαν ἀνάλυσιν παγκάλως διελήλυθεν.

δ'. Εἶτα πάλιν τὴν παρὰ τοῦ Πέτρου ῥῆσιν ἀναλαβών,

λαβών, ὅτι κύριον καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς αὐτὸς ἐποίησε, καὶ διὰ πολλῶν συλλογισμῶν ταύτην πάνσοφως διασαφήσας, ἐν ταύτῃ τὸν Εὐνόμιον τοῖς ὀρθῶς συνηγοροῦντα δείκνυσι δόγμασι· ἐν οἷς τά τε θεῖα καὶ ἀνθρώπινα ὀνόματα διὰ τὴν τῶν φύσεων ἀνάκρασιν ἑκατέρᾳ φύσει ἐφαρμόσας, τὸν λόγον πληροῖ. A

Dominum & Chriſtum Deus ipſe fecit, multiſque ſyllogiſmis ſapientiſſimè declarato; oſtendit Eunomium hîc etiam rectæ doctrinæ adſtipulari: tandemque diuina & humana nomina propter naturarum vnionem vtrique naturæ accommodans, librum terminat. Act. 2.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ ΛΟΓΟΥ.

B

α'. ΚΑΙ ὁ ζ' δὲ λόγος τὴν κυρίου λέξιν οὐκ οὐσίας ὄνομα, κατὰ τὴν Εὐνομίου ἔκθεσιν, ἀλλ' ἀξίας ἔκ τε τῶν πρὸς Κορινθίους διαφόρων ῥητῶν, καὶ τῶν πρὸς Ἑβραίους, τῆς τε τοῦ κυρίου φωνῆς ἀποδείκνυσι. πολλά τι περὶ πνεύματος καὶ κυρίου θαυμαστῶς φιλοσοφήσας, τὸν Εὐνόμιον ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐλέγχει ῥημάτων τοῖς ὀρθοῖς συνηγοροῦντα, καὶ μὴ βουλόμενον δόγμασι, καὶ τοῖς ἰδίοις βαλλόμενον βέλεσιν.

β'. Εἶτα λέγει, ὅτι ἡ προσφυὴς τῶν ὀνομάτων πρὸς τὰ πράγματα σχέσις ἀμετάθετός ἐστιν, εἶθ' οὕτως τὸν περὶ γεννητοῦ καὶ ἀγεννήτου λόγον ὡς κάλλιστα διέξεισι. C

γ'. Μεθ' ἃ περὶ παραλλαγῆς ὀνομάτων καὶ πραγμάτων διεξιών, περὶ τοῦ ἄνευ αἰτίας ἀγεννήτου, καὶ ἀνυπάρκτου, οἷον Σκινδαψοῦ καὶ Μινωταύρου, καὶ Βλίτυρι, καὶ Κύκλωπος, καὶ Σκύλλας, τῶν μὴ ὅλως γεννηθέντων, διεξελθών, τὰ κατ' οὐσίαν ἀλλότρια, φθαρτικὰ ἀλλήλων ὑπάρχοντα δείκνυσιν, ὡς πῦρ ὕδατος, καὶ τὰ λοιπὰ ἀλλήλων. ἐπεὶ δὲ πατρὸς καὶ υἱοῦ κοινῆς τῆς οὐσίας οὔσης, καὶ ἐν ἀλλήλοις τῶν ἰδιοτήτων ὄντων, οὐδεμία τῇ φύσει λώβη ἐπάγεται. D

δ'. Ἔπειτα λέγει ὅτι πάντα τὰ ἐν τῇ κτίσει ὄντα πράγματα παρὰ ἀνθρώπων ὠνόμασται, εἰ καὶ διαφόρως παρ' ἑκάστου καλεῖται ἔθνους, ὡς καὶ ἡ τοῦ ἀγεννήτου παρ' ἡμῶν ὠνόμασται. αὐτῆς δὲ τῆς θείας οὐσίας προσηγορίαν κυρίαν, τῆς θείας ἔχουσαν φύσεως ἔμφασιν, ἢ καθόλου μὴ εἶναι, ἢ ἡμῖν ἄγνωστον εἶναι.

CAPITA SEV SVMMARIA LIBRI SEPTIMI.

1. LIBRO ſeptimo nomen Domini non eſſe nomen eſſentiæ, vt Eunomius opinabatur, ſed dignitatis, ex variis ad Corinthios, & ad Hebræos dictis, ex ipſius Domini vocabulo demonſtrat. Et poſt multa mirabiliter de ſpiritu & Domino diſputata, ex propriis verbis oſtendit, Eunomium rectis dogmatibus, tametſi nolentem, propriiſque telis percuſſum patrocinari.

2. Dicit naturalem & inſitam vocabulorum ad res habitudinem, eſſe immutabilem. poſtea diſputationem de Genito & Ingenito pulcherrimè exequitur.

3. Quibus expeditis de nominum & rerum differentia diſſerit; & de illo, quod cum omni cauſſa careat, ingenitum & non ſubſiſtens eſt, cuiuſmodi ſcyndapſus, Centaurus, Blictri, Cyclops, Scylla, quæ nunquam omnino nata ſunt: ea etiam quæ ſecundùm ſubſtantiam ſibi aduerſantur, ſe mutuò corrumpere dicit: Nam ignis aquam corrumpit, & alia, alia. Cum autem in Patre & Filio natura communis ſit; & proprietates vnius in altero ſint, & vice verſa: nihil detrimenti naturæ impendet.

4. Docet omnia, quæ in rerum natura condita ſunt; nomina ab hominibus accepiſſe: licet variè à variis nationibus appellentur, quemadmodum etiam à nobis ingeniti, ſeu innaſcibilis, appellatio orta eſt. At diuinæ eſſentiæ nomen proprium, quod diuinæ naturæ vim exprimat, vel penitus non eſſe, vel nobis ignotum eſſe.

5. *Multis verò de ente, de ingenito, de bono, & de conſubſtantialitate diſputatis, oſtenſo inſuper cœleſtes virtutes non ſubſtantia, ſed dignitate differre, libro finem imponit.*

A

έ. Πολλά τε περὶ τοῦ ὄντος, καὶ ἀγεννήτου καὶ ἀγαθοῦ διαλεχθεὶς, περί τε τῆς ὁμοουσιότητος, ἔτι τε τῶν οὐρανίων δυνάμεων, τὸ μὴ παρηλλαγμένον τῆς οὐσίας δείξας, ἀλλὰ τὴν τῶν ἀξιωμάτων διαφορὰν, τὸν λόγον πληροῖ.

CAPITA SEV SVMMARIA LIBRI OCTAVI.

1. OCTAVVS *liber illam hæreticorum blaſphemiam; Vnigenitum ex non exiſtentibus eſſe: & erat, quando non erat, planè mirabiliter euertit; Filiúmque non eſſe recentem, ſed ab æterno demonſtrat ex illo Moyſis:* Ego ſum, qui ſum. *Et ex illo ad Manue.* Quid quæris nomen meum, quod eſt admirabile? *Adhæc Dauid ait:* Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. *Et Iſaias: Ego ſum Deus primus; & ego poſt hæc. Et Euangeliſta:* In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum, *principij & finis expers. Addit idololatras eos eſſe, qui Filium nuperum eſſe, & ex non entibus extitiſſe tradunt; Vbi etiam de ſplendore gloriæ, & de charactere ſubſtantiæ perquàm pulchrè diſſerit.*

Exod. 3. Iud. 13. Pſal. 101. Ioan. 1.

2. *Voluntatem Patris de generatione Filij explicans oſtendit id quod ex bona voluntate iſta venit, nempe Filium, ab æterno Patri inexiſtere, & coexiſtere; & vt flammæ fulgorem, & oculo videndi facultatem: ita Filium voluntati illi cognatum & naturaliter coexiſtentem eſſe.*

3. *Poſtea ea, quæ ſunt de ſubſtantia Filij tanquam prius diſcuſſa, prætercurrens, generationis ſignificationes explanat; varias ſcilicet generationes eſſe: ex materia, ex arte, & ædificiis, ex animalium ſucceſſione, & ex emanatione, vt ex ſole, & radio; ex lampade & ſplendore, ex aromatibus & vnguentis, & ex ipſorum qualitatibus ſeu euaporationibus: ex mente & ratione, ex putredine lignorum, ex ignis condenſatione, & ex aliis ſexcentis.*

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. ΟΔΕ ὁ λόγος τὴν περὶ τῶν αἱρετικῶν βλασφημίαν, τὴν ἐξ οὐκ ὄντων τὸν μονογενῆ λεγόντων, καὶ ὅτι ἦν, ὅτε οὐκ ἦν, πάνυ θαυμαστῶς ἀνατρέπει, καὶ οὐ πρόσφατον, ἀλλ' ἐξ ἀϊδίου τὸν υἱὸν ὄντα δείκνυσιν, ἔκ τε τοῦ τῷ Μωϋσῇ εἰρηκέναι, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, τῷ δὲ Μανωὲ, ἵνα τί ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου; καὶ τοῦτό ἐστι θαυμαστόν; πρὸς τούτοις καὶ ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν Θεόν φησι, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ Ησαΐας, ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα. καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς, ἐν ἀρχῇ ἦν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν. καὶ μήτε ἀρχὴν, μήτε τέλος ἔχοντα, εἰδωλολάτρας δὲ τοὺς πρόσφατον ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν λέγοντας ἀποδείκνυσιν. ἐν οἷς καὶ τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως παγκάλως διερμηνεύει.

B

C

β'. Εἶτα τὴν βούλησιν τοῦ πατρὸς περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ γεννήσεως διεξιὼν, δείκνυσι τὸ ἀγαθὸν βούλημα ἐξ ἀϊδίου ὂν, ὅπερ ἐστὶν ὁ υἱὸς, τῷ πατρὶ ἐνυπάρχων, καὶ καθάπερ τῇ φλογὶ ἡ αὐγὴ, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἡ τοῦ ὁρᾷν ἐνέργεια, συμφυὴς οὖσα τῇ βουλήσει.

D

γ'. Εἶθ' οὕτως τὰ περὶ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ ὡς προεξετασθέντα παραδραμὼν, τὸ περὶ τῆς γεννήσεως σημαινόμενον διέξεισι, διαφόρους εἰπὼν γεννήσεις ἐξ ὕλης, καὶ τέχνης, καὶ οἰκοδομημάτων, καὶ τῆς ἐκ τῶν ζώων διαδοχῆς, τήν τε ἐξ ἀποῤῥοίας, ὡς ἐξ ἡλίου καὶ ἀκτῖνος, λαμπάδος καὶ αὐγῆς, ἀρωμάτων καὶ μύρων, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν ποιότητος, καὶ τὸν ἐκ τοῦ νοῦ λόγον, καὶ τὸν ἀπὸ σήψεως ξύλων, καὶ πυρὸς συμπιλήσεως, καὶ ἑτέρων μυρίων πάνσοφως διελήλυθεν.

δ'. Πρὸς τούτοις τὰς περὶ Θεοῦ ἐνεργείας ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων δείκνυσιν ὑποδειγμάτων· καὶ γὰρ ὅσα χεῖρες, καὶ πόδες, καὶ τὰ λοιπὰ μέρια τοῦ σώματος, μεθ' ὧν οἱ ἄνθρωποι δημιουργοῦσι, τοῦτο ἀντὶ πάντων ἐπὶ Θεοῦ μόνον τὸ βούλημα ὑπάρχει. οὕτω δὲ καὶ τὸ περὶ τῆς γεννήσεως παρηλλαγμένον τυγχάνει· διὸ καὶ μονογενὴς προσηγόρευται, διὰ τὸ μηδεμίαν κοινωνίαν ἑτέρας γεννήσεως, ἢ ἔχειν τὴν κλῆσιν· ἀλλ' ἀπαύγασμα δόξης, καὶ ὀσμὴ μύρου λεγόμενος, τὸ συνημμένον καὶ συναΐδιον τῆς πρὸς τὸν πατέρα φύσεως δείκνυσιν. A

ε'. Εἶτα τὴν τοῦ δημιουργοῦ καὶ μονογενοῦς ὑπόστασιν οὐκ ἀρχὴν ἔχειν, ὥσπερ καὶ τὰ δημιουργήματα, ὡς ὁ Εὐνόμιός φησιν, ἀλλ' ἄναρχον καὶ ἀΐδιον, καὶ μηδεμίαν κοινωνίαν, μήτε ἀπὸ τῆς οὐσίας, μήτε ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τὸν μονογενῆ πρὸς τὴν κτίσιν ἔχοντα, ἀλλ' ἐξ ἀϊδίου τῷ πατρὶ συνόντα, καθὼς ἡ πανάρετος λέγει Σοφία. ἀρχήν τε καὶ τέλος καὶ μεσότητα χρόνων ὄντα· πολλά τε περὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς θεότητος καὶ ἀϊδιότητος, ἔτι τε περὶ ψυχῶν καὶ ἀγγέλων, καὶ ζωῆς, καὶ θανάτου εἰπὼν τὸν λόγον πληροῖ. B

A 4. *Adhæc operationes Dei humanis exemplis declarat: etenim quod ſunt manus & pes, & reliquæ corporis partes, quibus homines aliquid efficiunt; illud loco omnium Deo eſt ſola voluntas. Ita etiam ſe generationis differentia habet: idcirco Vnigenitus appellatus eſt, quod vt generatio eius cum nulla aliarum communionem habeat: Sed cum ſplendor gloriæ, & odor vnguenti vocetur, ipſo nomine coniunctionem & coæternitatem naturæ ſuæ cum Patre præ ſe fert.*

B 5. *Oſtendit creatoris, & vnigeniti hypoſtaſin, non habere initium, inſtar rerum creatarum, prout Eunomius cenſebat: ſed eſſe initij expertem, & æternam: Vnigenitóque neque ratione ſubſtantiæ, neque ratione nominum vllam cum creaturis communionem intercedere; ſed ab æterno cum Patre exiſtere, quemadmodum liber, panaretus ſiue Eccleſiaſticus, teſtatur; temporúmque initium finem & medium eſſe: multiſque de vnigeniti diuinitate, & æternitate, præterea de animabus, de Angelis, de vita & morte diſputatis, libro finem imponit.*

C

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΕΝΝΑΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. Ο ΔΕ θ' λόγος τὴν Εὐνομίου θεολογίαν μέχρι μέν τινος καλῶς ῥηθεῖσαν λέγει. εἶτ' ἐφεξῆς ἐκ τῶν Φίλωνος λόγων τὸ, ὁ Θεὸς πρὸ τῶν ἄλλων, ὅσα γεννητὰ, διὰ τὴν συγγένειαν τοῦ φρονήματος, μετὰ τῶν ἰδίων ἀναμίξας λόγων, προσθεὶς δὲ καὶ τὸ, τῆς ἰδίας καθαρχετεῖ δυνάμεως, τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀτοπίας μυσαχθεὶς, θαυμαστῶς ἐξελέγχει. D

β'. Εἶτα τὴν τοῦ υἱοῦ γέννησιν οὐ κατὰ τὴν Εὐνομίου φωνὴν, τότε ἐγέννησε, λέγοντος, ὅτε ἠθέλησεν ὁ πατὴρ, καὶ οὐ πρότερον, ἀλλὰ πάντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν πλήρωμα τὸν υἱὸν ὄντα, ἀεὶ ἐν τῷ πατρὶ θεωρεῖσθαι, πανσόφως ὑπέδειξεν, * αὐτῶν τῶν Εὐνομίου λόγων συνηγορείαν ποιησάμενος τῆς τοιαύτης ἀποδείξεως

CAPITA SEV SVMMARIA NONI LIBRI.

1. *NONVS liber Theologiam Eunomij aliquo vſque rectè ſe habere ait. Deinde immenſam abſurditatem deteſtatus, mirabiliter redarguit illud ex Philone Iudæo ab Eunomio (propter conuenientiam animorum) tranſcriptum, Deus eſt ante omnia, quæ genita ſunt, addito & hoc: Qui propriæ dominatur potentiæ.*

2. *Filij generationem non habere ſe ad modum Eunomij dicentis: Tunc Pater genuit Filium, quando voluit, & non prius: ſed Filium omnium bonorum plenitudinem ſemper exiſtere, & in Patre ſpectari, ſapientiſſimè demonſtrauit, ipſo Eunomij dicto ad demonſtrationis confirmationem aſſumpto.*

3. *Generationem Filij omnia ſecula antegreſſam, non æſtimari debere ex communi & carnali generatione, ſed initij & finis expertem eſſe; non autem ita ſe habere, ſicuti ex Platonis de anima dictis, & ex Sabbati requie apud Hebræos comminiſcitur, vim eorum minimè intelligens.* A

4. *Tandem refutata Eunomij calumnia, qua magnum Baſilium mendaciter appetiuerat, quaſi vnigenitum ingenitum affirmaſſet, rurſus de vnigeniti æternitate, exiſtentia, & finis carentia, deque creatione luminis & tenebrarum perquam eruditè diſſerens, librum concludit.* B

γ'. Καὶ ὅτι οὐ κατὰ τὴν κοινὴν καὶ σαρκώδη γέννησιν, ἡ προαιώνιος τοῦ μονογενοῦς τεκμαίρεται, ἀλλ᾽ ἄναρχός ἐστι καὶ ἀτελεύτητος, καὶ οὐ καθὼς ΕΥνόμιος ἀνοήτως ἀπὸ τῶν Πλάτωνι περὶ ψυχῆς ῥηθέντων, καὶ τῆς παρ᾽ Ἑβραίοις τοῦ σαββάτου ἀναπαύσεως ἀναπλάττει, μὴ εἰδὼς τὴν δύναμιν αὐτοῦ.

δ'. Εἶτα τὴν κατὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου παρὰ τοῦ ΕΥνομίου συκοφαντίαν, ὡς ἀγέννητον τὸν μονογενῆ καλοῦντος, ψευδῆ ἀποδείξας, πάλιν περὶ τὸ ἀΐδιον καὶ ὂν, καὶ ἀτελεύτητον τῆς τοῦ μονογενοῦς, δημιουργίας τε καὶ φωτὸς καὶ σκότους πανσόφως διεξελθὼν, τὸν λόγον πληροῖ.

CAPITA SEV SVMMARIA LIBRI DECIMI.

1. DECIMVS *liber explanat quomodo rerum creatarum naturæ perfectè inueſtigari & comprehendi nequeant. Vbi etiam de natura & formatione formicæ admirabiliter agit, cum expoſitione illius* C *Euangelici dicti:* Ego ſum oſtium, & via, *afferens ſimul diuinorum nominum appellationes & interpretationes, & filiorum Beniamin hiſtoriam.*

Ioan.10.

2. *Deinde vitam æternam, hoc eſt, Chriſtum, ijs, qui eum non confitentur, mirificè oſtendit, accinens illis threnos (quos olim ſuper Iechonia Rege Hieremias flebiliter decantauit) eò quòd ſimiles ſint Montano & Sabellio.*

3. *Aeternitatem generationis Filij, & identitatem ſubſtantiæ cum genitore inſeparabilem eſſe docet: & Eunomij inſipientiam infantibus in arena ludentibus comparat.* D

4. *Quibus peractis demonſtrat eum, qui propriè eſt Filius, & in ſinu Patris exiſtit, ſimplicem eum, & compoſitionis expertem, nec ad dominationem à Patre euectum; neque ſeruum eum, qui nos omnes à ſeruitute liberauit: Et niſi hoc concedatur, non ſolùm Filium, ſed & Patrem ſeruum eſſe, vtpote qui in Filio ſit; & cum eodem vnum ſit; nam ab eſſe entis appellationem deſcendere conſtat. His omnibus generosè & admirabiliter declaratis, libro finem imponit.*

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΔΕΚΑΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. ΟΙ' δὲ λόγος τὸ ἀνέφικτον καὶ ἀκατάληπτον τῆς τῶν ὄντων εὑρέσεως διεξέρχεται. ἐν ᾧ καὶ τὰ περὶ τῆς φύσεως καὶ διαπλάσεως τοῦ μύρμηκος παραδόξως ἐκτίθεται, καὶ τὴν εὐαγγελικὴν ῥῆσιν, καὶ ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, καὶ ἡ ὁδὸς, τῶν τε θείων ὀνομάτων τὰς προσηγορίας καὶ ἑρμηνείας, τήν τε τῶν υἱῶν Βενιαμὶν ἱστορίας διέξεισιν.

β'. Εἶτα τὴν αἰώνιον ζωὴν, τουτέστι, τὸν Χριστὸν, τοῖς μὴ ὁμολογοῦσι θαυμαστῶς ὑπέδειξε, καὶ θρήνων αὖθις τῶν ἐπὶ τῷ Ἰεχονίᾳ τοῦ Ἱερεμίου ἐξετραγῴδησε, πρὸς Μοντανὸν καὶ Σαβέλλιον οἰκείως ἔχουσιν.

γ'. Ἔπειτα τὸ ἀΐδιον τῆς τοῦ υἱοῦ γεννήσεως, καὶ τὸ ταὐτὸν τῆς οὐσίας τῷ γεννήσαντι ἀχώριστον δείκνυσι· τὸ δὲ τοῦ ΕΥνομίου ἀνόητον τοῖς κατὰ ψαμμάθων παίζουσιν ἀπεικάζει νηπίοις.

δ'. Μετὰ τοῦτο τὸν κυρίως ὄντα υἱὸν, καὶ ἐν τοῖς κόλποις ὄντα τοῦ πατρὸς, ἁπλοῦν τε καὶ ἀσύνθετον, καὶ μὴ κυριευόμενον παρὰ τοῦ πατρὸς, μήτε δουλεύοντα, τὸν ἡμᾶς τῆς δουλείας ἀπαλλάξαντα, δείκνυσιν. εἰ καὶ μὴ τοῦτο, οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ, ὡς ἐν τῷ υἱῷ ὢν, καὶ ἓν ὤν, δοῦλος ἔσται· ἀπὸ δὲ τοῦ εἶναι ἡ τοῦ ὄντος ἐπωνυμία παρεσχημάτισται. πάντα δὲ ταῦτα γενναίως καὶ θαυμαστῶς διεξετάσας τὸν λόγον πληροῖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

α'. Ο ΙΑ' λόγος οὐ τῷ πατρὶ μόνον τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ἐπωνυμίαν ὀφείλεσθαι, ὥς φησι ὁ Εὐνόμιος, ὁ μιμητὴς Μανιχαίου καὶ Βαρδισάνου, ἀλλὰ καὶ τῷ υἱῷ, τῷ διὰ φιλανθρωπίαν καὶ ἀγαθότητα τὸν ἄνθρωπον πλάσαντι, καὶ διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου ἀναπλάσαντι, ἡ τοῦ ἀγαθοῦ προσηγορία ὀφείλεται, δείκνυσι. B

β'. Καὶ ὅτι οὐ δύο θεοὶ, ὁ μὲν ἀγαθοῦ, ὁ δὲ κακοῦ, ὡς Μαρκίων ὁ ὁμόφρων αὐτοῦ οἴεται, πάνσοφως ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς ῥήσεως τῆς, διδάσκαλε ἀγαθὲ, λεγούσης, καὶ τῆς τοῦ ἀμπελῶνος παραβολῆς, Ἡσαΐου τε καὶ Παύλου ἀποδείκνυσι· καὶ ὅτι οὐ τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ὄντος ἢ ἀγαθοῦ, ἢ τὴν τοῦ πατρὸς ἀλλοτρίωσιν ὁ υἱὸς ἀρνεῖται, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν γινομένων ἐξουσίαν προσήκειν αὐτῷ φησίν.

γ'. Εἶτα τὴν τοῦ Εὐνομίου ἀμαθίαν καὶ τὸ ἀσυνάρτητον, καὶ γελοῖον τῶν λόγων αὐτοῦ ἐκτίθεται, ἄγγελον τοῦ ὄντος τὸν υἱὸν λέγοντος, καὶ κατώτερον τῆς θείας φύσεως, ὅσον τῶν ἑαυτοῦ ὁ υἱὸς ὑπερέχει κτισμάτων, πρὸς ἃ γενναία καὶ σφοδρὰ ἡ ἀντίθεσις, καὶ ὁ ἔλεγχος ὀργιλώτερος, καὶ ὅτι ὁ χρηματίζων τῷ Μωϋσεῖ αὐτός ἐστιν ὁ ὢν, ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ τῷ Μωϋσεῖ αἰτοῦντι· εἰ μὴ αὐτὸς συμπορεύῃ ἡμῖν, μή με ἀναγάγῃς ἐντεῦθεν, εἴρηκεν· ὅτι καὶ τοῦτόν σου τὸν λόγον ποιήσω. ὃς καὶ ἄγγελος καλεῖται παρά τε Μωϋσέως, καὶ Ἡσαΐου· ἐν ᾧ εἴρηται, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν. C D

δ'. Μετὰ τοῦτο πλῆθος τῆς ἀντιρρήσεως δεδιὼς τὰ πολλὰ τοῦ ἀντιπάλου παρέδραμεν, ὡς ἤδη προκαταστραπέντα, τὰ δὲ λείποντα διὰ τοὺς οἰομένους κράτιστα εἶναι, διὰ βραχέων ἐπιτεμὼν, τὴν τοῦ Εὐνομίου βλασφημίαν διελέγχει, λέγοντος, ὅτι ἐπὶ πάσης τῆς κτίσεως ζῶά τε καὶ φυτά εἰσι, πρὸ τῆς ἰδίας γεννήσεως μὴ ὄντα· τοῦτο καὶ τὸν κύριον εἶναι, καὶ ὁμοίως τῆς τῶν βατράχων γενέσεως, φεῦ τῆς βλασφημίας.

CAPITA SEV SVMMARIA VNDECIMI LIBRI.

1. VNDECIMVS *liber oſtendit appellationem boni, non ſoli Patri deberi, vt dicit Eunomius, Manichæi, & Bardeſanæ imitator, ſed & Filio; qui ex benignitate & bonitate hominem formauit, & per Crucem ac mortem reformauit, hinc boni appellationem deberi oſtendit.*

2. *Non eſſe duos deos, alterum boni, alterum mali auctorem, vt Marcion, & cum eo ſentiens (Eunomius) delirat; admodum pulchrè ex dicto illo Euangelico:* Magiſter bone, *& ex parabola vineæ, ex Iſaia inſuper, & Paulo demonſtrat; vt & illud: appellationem entis vel boni Filio competere, neque à Patre extraneum eſſe, vtpote cui etiam poteſtas in res creatas conueniat.* Matth. 19. Marc. 10.

3. *Eunomij inſcitiam, & incompoſitam ac ridiculam orationem, palam ſpectandam proponit; qui Filium appellat Angelum eius, qui eſt; & tantum infra diuinam naturam conſtituit, quantum ipſe Filius ſuas creaturas antecellit. Quibus imperterritam & vehementem & concitatiorem refutationem opponit; & eum, qui cum Moyſe locutus eſt, eſſe eum ipſum, qui eſt, vnigenitum Filium: qui etiam Moyſi roganti:* Niſi nobiſcum iueris, ne me hinc abduças, *dixit:* Etiam hunc ſermonem tuum complebo: *qui itidem Angelus appellatur à Moyſe, & ab Iſaia, vbi ait:* paruulum nobis natum eſſe. Exod. 33. Iſa. 9.

4. *Poſtea metuens refutationis prolixitatem, multa aduerſarij prætermiſit, tanquam iam antea refutata. Reliqua, propter eos, qui ea pro firmiſſimis habebant, in compendium redigit, & blaſphemiam Eunomij redarguit, dicentis: Quod in omni genere rerum animalia & plantæ ſunt, quæ ante ſuam generationem non fuerunt; hoc quoque Chriſtum Dominum eſſe, & à generatione ranarum non differre, ô blaſphemiam.*

5. Iterum Eunomius vocat illum Dominum & Deum, conditorem omnis tam intelligibilis, quam ſenſibilis creaturæ, qui à Patre potentiam effectricem, & procurationem ac tutelam acceperit, inſtar manuarij opificis; cui à conductore opificium commiſſum eſt, qui adſcititiam & extrinſecus aduenientem operandi facultatem acceperit, ex demenſa ac deſtinata ſibi virtute ſecundum ſtellarum reuolutiones & abſceſſiones, fato cuiuis ex naſcentibus quaſi ſortem ſuam diſtribuente: multiſque prætermiſſis, ex iis, quæ ipſemet Eunomius ſcripſit, blaſphemiam redarguit: ait enim terræ, & Angelis ſimiliter genitum vniuerſorum conditorem; & hypoſtaſin vnigeniti; nihil ab aliarum rerum omnium generatione diſcrepare; neque diuinum myſterium, neque conſuetudinem reueritus, ſed nec vllius ad pietatem inſtitutoris veſtigia ſequens, niſi Manichæi, Coluthi, Arij, Aetij, & qui ſunt ex eorum ſchiola; quibus omnia quæ ſunt Chriſtianorum, pro delirio, & omnes Eccleſiæ conſuetudines, & veneranda myſteria pro nugamentis reputantur. Quin neque ab Ethnicis diſſidet Eunomius, qui magnum quendam & cæteris excellentiorem Deum ex doctrina noſtra architectati ſunt. Sic igitur & nouus iſte idololatra ſimiliter docet: & baptiſma in nomine conditoris ſeu creatoris fieri debere; non reformidans execrationem, quæ manet illos, qui ſacris libris aliquid vel addunt, vel detrahunt, & cum hunc Antichriſtum pronunciaſſet libro finem imponit.

A ε΄. Πάλιν τὸ κύριον αὐτὸν, καὶ Θεὸν καὶ δημιουργὸν πάσης τῆς νοητῆς καὶ αἰσθητῆς κτίσεως ὁ Εὐνόμιος καλεῖ, παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν δύναμιν τῆς δημιουργίας, καὶ τὴν ἐπιτροπὴν εἰληφότα, καθάπερ χειροτέχνης παρὰ τοῦ μισθουμένου τὴν δημιουργίαν ἐπιτραπεὶς, ἐπίκτητόν τε καὶ ἔξωθεν τῆς δημιουργίας τὴν δύναμιν εἰληφότα ἐκ τῆς ἀποκληρωθείσης αὐτῷ δυνάμεως κατὰ τὰς ποιὰς τῶν ἀστέρων, ἐπιπλοκάς τε καὶ ἀποστάσεις, τῆς εἱμαρμένης ἐπικλωθούσης τοῖς τικτομένοις τὰς ἀποκληρώσεις τῶν ἁγίων. καὶ τὰ πολλὰ παρατρέχων ἐκ τῶν παρ' αὐτοῦ γεγραμμένων, B τὴν βλασφημίαν ἐλέγχει· γῇ καὶ ἀγγέλοις ὁμοίως γεγονότα τὸν ποιητὴν τῶν ἁπάντων, καὶ μηδὲν τῆς πάντων γενέσεως τὴν τοῦ μονογενοῦς ἀπαλλάττειν ὑπόστασιν. μήτε θεῖον μυστήριον, μήτε ἔθος, μήτε τινὶ τῶν τῆς θεοσεβείας διδασκάλων πειθόμενον πρὸς τὴν τῆς εὐσεβείας εὕρεσιν, εἰ μὴ Μανιχαῖον, κόλουθον, ἄρειον, ἀέτιον, καὶ τοὺς κατ' αὐτοὺς, λῆρον πάντα τὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ παίγνιον τὰ τῆς ἐκκλησίας ἔθη, καὶ σεβάσματα ἡγούμενον μυστήρια· μηδὲν τῶν Ἑλλήνων διαφέροντα, οἳ μέγαν Θεὸν ὑπερέχοντα τῶν C ἄλλων ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς ὑπέλαβον δόγματος. οὗτος οὖν καὶ ὁ νέος οὗτος εἰδωλολάτρης ὁμοίως κηρύσσει καὶ εἰς δημιουργὸν καὶ κτίστην τὸ βάπτισμα γίνεσθαι, μὴ δεδιὼς τὴν ἀρὰν τῶν προσθήκην ἢ ἔλλειψιν ἐν ταῖς θείαις ποιουμένων γραφαῖς. ἀντίχριστόν τε τοῦτον ἀποδείξας τὸν λόγον πληροῖ.

CAPITA SEV SVMMARIA LIBRI DVODECIMI.

Ioan. 20.

1. DVODECIMVS liber dictum illud ad Mariam: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum, mirificè interpretatur.

2. Deinde commemorans Eunomij blaſphemiam à magno Baſilio refutatam audentis vnigenitum Dei filium in tenebras ablegare, ſimulque apologiam & defenſionem Eunomij, quam pro ſe inſtituit, perſpicuè demonſtrat, Eunomium in Apologia

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

D

α΄. ΟΥΤΟΣ δὲ ὁ ιβ΄ λόγος τὸν πρὸς τὴν Μαρίαν παρὰ τοῦ κυρίου ῥηθέντα λόγον, μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα, θαυμαστῶς ἑρμηνεύει.

β΄. Εἶτα τὴν περὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐλεγχθεῖσαν βλασφημίαν τοῦ Εὐνομίου, εἰς τὴν τοῦ σκότους μοῖραν τὸν μονογενῆ ἀφορίσαντος Θεὸν, καὶ τὴν τοῦ Εὐνομίου ἀπολογίαν ἤτοι ἀνάλυσιν τῆς παρ' αὐτοῦ ῥηθείσης βλασφημίας ἐκθέμενος, πλείονα ἀπὸ τῆς ἀπολογίας

τὴν αὐτοῦ νῦν βλασφημίαν τῆς προτέρας ἀποδείκνυσιν· ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἀπροσίτου καὶ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς πάνυ σοφῶς διελήλυθεν. A

γʹ. Πρὸς τούτοις τὴν εὐαγγελικὴν ῥῆσιν τήν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ τὴν ζωήν, καὶ τὸ φῶς, καὶ τό, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, κακῶς ἐπὶ Εὐνομίου παραδόξως ἡρμήνευσε, καὶ τὴν βλασφημίαν ἀνεσκεύασε, τήν τε οἰκονομίαν τοῦ κυρίου διὰ φιλανθρωπίαν οὐκ ἀδυναμίαν, πατρός τε συνεργίᾳ γεγενημένην δείκνυσι.

δʹ. Πρὸς τούτοις δὲ πάλιν τὸν Εὐνόμιον τὴν ἀγεννησίαν ἐκ τῶν ἱερογλυφικῶν γραφῶν, καὶ τῆς Αἰγυπτίων μυθοποιίας καὶ εἰδωλολατρείας μεμαθηκέναι διελέγχει. Ἄνουβιν, καὶ Ὄσιριν, καὶ Ἶσιν τῷ τῶν Χριστιανῶν ἐπεισάγοντα δόγματι· καὶ μὴ χάριν τῷ μονογενεῖ τὸν ἄνθρωπον ἔχειν, ὡς κατ' ἀνάγκην τὰ πάθη δεξάμενον, καὶ μὴ βουλόμενον· καὶ ὡς οὐδὲν τὸ πῦρ τῆς θερμότητος, οὔτε τῆς ῥοῆς τὸ ὕδωρ· ὡς οὐκ εἰς δύναμιν ἐξουσιαστικήν, ἀλλ' εἰς φύσεως ἀνάγκην τὸ γεγονὸς ἀναφέροντα. B

εʹ. Εἶτα πάλιν περὶ ἀληθινοῦ καὶ ἀπροσίτου φωτὸς πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἰδιότητός τε καὶ κοινότητος, τῆς οὐσίας διεξελθών, περί τε γεννητοῦ καὶ ἀγεννήτου, ὡς μηδεμίαν ἐναντιότητα κατὰ τὸ σημαινόμενον ἔχοντος, ἀλλ' ἀντίθεσίν τινα καὶ αὐτὴν διαστολὴν ἀμεσίτευτον ἀποδείξας, τὸν λόγον πληροῖ. ἕως ὧδε.

A *ſua priorem ſuam impietatem valde cumulaſſe: Vbi etiam de inacceſſo & vero lumine perquam ſapienter diſſerit.*

3. *Adhæc Euangelicum dictum:* In principio erat Verbum; *& vitam & lucem, & illud:* Verbum caro factum eſt, *male ab Eunomio acceptum egregiè explanauit, euerſa blaſphemia: & Incarnationem Domini ex benignitate, non ex impotentia ſeu infirmitate, cooperatione Patris accidiſſe oſtendit.* Ioan. 1.

4. *Rurſus planum facit, Eunomium innaſcibilitatem ex hieroglyphicis ſcripturis, & ex Aegyptiorum fabulamentis didiciſſe:* B *quippe in Chriſtianorum doctrinam Anubin, Oſirin, & Iſin inuehat: idque efficere elaboret, vt homines vnigenito pro paßione nullas gratias habeant; vtpote, qui non voluntariè, ſed neceßitate compulſus paßionem ſubierit; quemadmodum igni nihil debemus propter calorem, & aquæ propter fluxum: ita & hic omnia non ad liberam facultatem, ſed ad naturalem neceßitatem refert.*

5. *Deinde iterum dißidens de vero & inacceſſo lumine Patris & Filij, de proprietate, communitate, de ſubſtantia, deque genito & ingenito, quod nullam repugnantiam in ſignificato ſuo includant, ſed quandam oppoſitionem & diſtinctionem immediatam indicent, librum claudit.*

A

Sancti Patris noſtri

GREGORII NYSSENI CONTRA IMPIVM Eunomium, Liber primus.

Ex Bibliotheca Bauarica.

Interprete Iacobo Gretſero Societatis Ieſu.

Hoc initiũ extat Gennadius de Spiritu S. Sect. 2.

FIERI, vt videtur, non poteſt, vt quis de omnibus bene mereri; & in obuios etiam toto terrarum orbe indiſcriminatim beneficentiam ſuam effundere velit, ſimulq; multorum reprehenſiones effugiat; & vt illi, qui incurabiles curare viſuntur; variorum medicamentorum iacturam non faciant, cum neque operæpretium conſtet, neque vtilitas ad ægros, neque laus ad illos, qui laudem quærunt, redeat; quin potius ſæpe contingit, vt eiuſmodi merita, anſa fiant hominibus ad deteriora: morbidi enim & ad limina mortis iam admoti, efficacioribus pharmacis facile intereunt: & feris ſimiles, rationiſque expertes, peiores euadunt, vt alicubi Euangelium teſtatur, ſi margaritarum obiecta copia eis benefacere tentes. Quamobrem, vtile fuerit, meo iudicio, dũ quid donamus, pretioſa à viliorib. ſecernere, vt diuinus ſermo præmonuit, ne liberalitatem donantis contriſtet improbitas margaritas conculcantis, & præclarorum munerum ignoratione beneficentiam iniuria afficientis.

Matth. 7.

Hier 15.

Hæc dicere in mentem venit cogitanti illum, qui bona ſua cum omnibus liberaliter communicabat, diuinum, inquam, hominem, & illud pietatis os Baſilium: qui pro ea, qua circumfluebat ſpiritualium theſaurorum, abundantia, in liuidas quoque animas, promiſcuè, gratiam ſapiētiæ effundebat, ingratumque erga benè de ſe merentes Eunomium. Hic namque vehementia infirmitatis, qua in fide liberabat, omnibus

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΠΡΟΣ Εὐνόμιον τὸν δυσσεβῆ ἀντιῤῥητικὸς λόγος πρῶτος.

B Οὐκ ἦν, ὡς ἔοικε, τὸ πάντας ἐθέλειν εὐεργετεῖν, καὶ τοῖς ἐπιτυχοῦσι τῶν ἀνθρώπων τὴν παρ' ἑαυτοῦ χάριν ἀνεξετάστως προΐεσθαι, κατὰ πάντα κόσμον, καὶ τὴν τῶν πολλῶν κατηγορίας ἐλεύθερον. οὐδὲ τὸ τοῖς ἀνίατα νοσοῦσι, τὴν τῶν πολλῶν φαρμάκων προσαπολλύειν παρασκευήν. ἐπεὶ μὲν τῷ τῆς ὠφελείας σκοπῷ φέρει τι τῆς σπουδῆς ἄξιον, ἢ τοῖς δεχομένοις τὸ κέρδος, ἢ τοῖς φιλοτιμουμένοις τὸν ἔπαινον. τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ τῷ χείρονος πολλάκις ἀφορμὴ τὸ τοιοῦτον καθίσταται· οἵ τε γὰρ C νοσώδεις, καὶ ἤδη πρὸς θάνατον ἕτοιμοι, τοῖς δραστικωτέροις τῶν φαρμάκων εὐκόλως προσδιαφθείρονται· καὶ οἱ θηριώδεις, καὶ ἄλογοι καθὼς φησί που τὸ εὐαγγελικὸν, ἐν τῇ τῶν μαργαριτῶν ἀφθονίᾳ χείρους εὐεργετούμενοι γίνονται· διό μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν, καθὼς ὁ θεῖος προείρηκε λόγος, ἀποκρίνειν ἐν τῇ παροχῇ τῶν τιμίων τὰ ἄτιμα, ὡς ἂν μὴ λυποίη τοῦ φιλοτιμουμένου τὴν ἀγαθότητα ὁ καταπατήσας τὸν μαργαρίτην· ἐν τῇ τῶν καλῶν ἀναισθησίᾳ τὴν εὐεργεσίαν ὑβρίσας.

Ταῦτα δέ μοι λέγειν ἐπῆλθεν, ἐνθυμηθέντι D τόν τε πᾶσιν ἀφειδῶς κοινωνοῦντα τῶν ἰδίων καλῶν, τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον λέγω, τὸ τῆς εὐσεβείας στόμα Βασίλειον, τὸν ἐν τῇ περιουσίᾳ τῶν πνευματικῶν θησαυρῶν, καὶ εἰς κακοτέχνους ψυχὰς ἀνεξετάστως τὴν χάριν τῆς σοφίας ἐκχέοντα, καὶ τὸν ἀγνώμονα πρὸς τοὺς ἀγαθόν τι ποιεῖν αὐτὸν ἐσπουδακότας Εὐνόμιον. ἐπεὶ γὰρ τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς κατὰ ψυχὴν ἀῤῥωστίας, ἣν περὶ τὴν πίστιν ἠσθένησεν, ἐλεεινὸς μὲν ἅπασιν ἔδοξε τοῖς

A τῆς ἐκκλησίας μετέχουσι. τίς γὰρ οὕτως ἀσυμπαθὴς, ὡς μὴ οἰκτείρειν τὸν ἀπολλύμενον; ἐκεῖνον δὲ μόνον πρὸς τὴν ἐγχείρησιν τῆς θεραπείας ἐκίνησε τὸν μόνον ἐν τῷ περιττεύοντι τῆς φιλανθρωπίας, καὶ τοῖς ἀμηχάνοις ἐπιτολμῶντα πρὸς ἴασιν, ὃς τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ ἀνδρὸς περιαλγήσας, διὰ τὴν φυσικὴν αὐτοῦ πρὸς τοὺς ταλαιπωροῦντας συμπάθειαν, οἷόν τι πονηρῶν δηλητηρίων ἀλεξιφάρμακον, τὸν ἀνατρεπτικὸν τῆς αἱρέσεως λόγον ἐποίησε σκοπὸν ἔχων ἀνασῶσαι πάλιν διὰ τούτων καὶ ἀποκαταστῆσαι τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν ἄνθρωπον.

B Ὁ δὲ καθάπερ ὑπὸ φρενίτιδος παραπληγεὶς τὴν διάνοιαν, ἀντιτείνει τῷ θεραπεύοντι, καὶ πολεμεῖ, καὶ μάχεται, καὶ ἐχθρὸν νομίζει τὸν ἐκ τοῦ βαράθρου τῆς ἀσεβείας ἀναλαβεῖν βιαζόμενον. καὶ ταῦτα οὐχ ἁπλῶς οὑτωσὶ κατὰ τὸ συμβὰν ἐπὶ τῶν παρατυχόντων παραληρεῖ· ἀλλ' ἔγγραφον στήλην τῆς μελαγχολίας ταύτης καθ' ἑαυτοῦ ἀνεστήσατο· καὶ ἐν μακρῷ τῷ χρόνῳ σχολῆς ἐπιτυχὼν ὁπόσης ἐβούλετο, ὑπὲρ τὰ μεγάλα καὶ πολύσαρκα τῶν θηρίων ὤδινε λόγον ἐν πολλῷ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ· καὶ βαρὺς ἦν ταῖς ἀπειλαῖς, ἐν ἀπορρήτοις ἔτι διαπλάσσων C τὸ κύημα· ὀψὲ δέ ποτε καὶ μόγις εἰς φῶς προήγαγεν, ἀμβλωθρίδιόν τι, καὶ ἀτελεσφόρητον γέννημα, ὃ πάντες μὲν οἱ τῆς αὐτῆς συμμετέχοντες διαφορᾶς, τιθηνοῦνται, καὶ θάλπουσιν· ἡμεῖς δὲ διὰ τὸν ἐκ τῆς προφητείας μακαρισμόν· μακάριος γάρ φησιν, ὃς κρατήσει, καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν, ἐπεὶ καὶ εἰς ἡμετέρας ἀφίκετο χεῖρας κρατῆσαι τὸ νήπιον τοῦτο λόγιον καὶ ἐδαφίσαι πρὸς τὴν πέτραν, ὡς ἕν τι τῶν Βαβυλωνίων τέκνων προεθυμήθημεν· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός· τουτέστι, τῆς ἀληθείας ὁ λόγος μόνον ἔλθοι ἐφ' D ὑμᾶς ἡ τὸ ἀσθενὲς ἐνισχύουσα δύναμις διὰ τῶν εὐχῶν τοῦ ἐν ἀσθενείᾳ τοῦ σώματος τὴν δύναμιν ἑαυτοῦ τελειώσαντος.

Εἰ μὲν οὖν ἔτι καὶ νῦν ἡ θεοειδὴς ἐκείνη, καὶ ἁγία ψυχὴ διὰ σαρκὸς ἐθεώρει τὸν ἀνθρώπινον βίον· καὶ τὸ ὑψηλὸν στόμα, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκληρωθεῖσαν χάριν αὐτῷ τὴν ἄμαχον ἐκείνην ἠφίει φωνήν· τίς ἂν εἰς τοσοῦτον πεποιθήσεως ἦλθεν, ὥστε τι περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης τολμῆσαι καὶ φθέγξασθαι, πάντα λόγον καὶ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A miſerabilis videbatur. Quis enim adeò omnem affectum exuiſſet, qui non miſereretur pereuntis? Baſilium itidem ſola miſericordia ad ferendam opem curationemque aggrediēdam impulit, qui ex abundantia humanitatis, quamlibet deſperatis medicas manus admouere nihil dubitauit, quiq; interitu viri dolens, ob inſitam à natura erga calamitoſos miſerandi propenſionem, orationem hæreſeos refutatricem, ceu veneficiorum antidotum, præſenſque remedium elaborauit, non alio fine, quàm vt hominem ſanaret ſanatumque Eccleſiæ reſtitueret.

B Aſt ille ſimiliter, ac ſi phreneſi correptus eſſet, in medicum inſurgit, eique obluctatur, & repugnat, & hoſtis loco habet, qui illum ex impietatis barathro eripere conabatur, & in his non quomodocumque, & vt ſors caſuſque ferunt, delirat ac deſipit, ſed litterarum monumētis conſignatam quaſi columnam inſaniæ ſuæ erexit, & multo tempore otii tantum, quantum cupiebat, nactus: parturiit toto illo temporis interuallo librum, diutius videlicet quam Elephantes immani corporis mole animantia ſuos fœtus: interea minas iacti- C tabat, priuatimque fœtum ſuum fingere & lambere non deſiſtebat: cæterum ſerò, & vix tandem aliquando in lucem protulit abortiuum quendam & planè imperfectum partum, quem omnes, qui cum Eunomio ſentiunt, tractant, nutricum inſtar, nutriunt & fouent: nos vero propter illā prophetæ vocem dicentis: *Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram*: cum in noſtras quoque manus veniſſet, comprehendere inſipientem illum libellum, & ad petram allidere velut prolem quandam babylonicam decreuimus, *petra autem erat Chriſtus*, hoc eſt, veritatis ratio & oratio, D tantùm adſit nobis virtus illa, quæ imbecillitates corroborat, per preces eius, qui in corporis infirmitate vim propriam perfecit.

Pſal. 136.

1. Cor. 10.

Inuocatau-xilium S. Pauli.

Quod ſi adhuc diuina illa & ſancta anima in corpore mortali huius lucis vſura frueretur, & grandiloquum illud os ſecundum datam ſibi ab initio gratiam, inuictam illam vocem mitteret; quis eò confidentiæ proceſſiſſet, vt de hoc argumento aliquid vel mutire auderet, quandoquidem omnem oratio-

nem omnemque ſenſum verba illa diuina ſuperant. Poſtquam vero animus Baſilii ad Deum euolauit, (cum prius quoque in exiguo & tenui corpuſculo hanc terram incoleret, maiorem temporis partem cum Deo in excelſis habitans) & nunc vmbra illa corporis relicta, terræque mandata exceſſerit; crabrones autem & fuci necdum fauos orationis circumuolitandi, mellíſque opificia vaſtandi finem faciant, nemo iure audaciæ me inſimularit, quod ad vltionem prodeam eius, cui ſeſe defendendi nulla amplius ſuppetit facultas: Neque enim maioribus quam cęteri viribus fretus, hunc ſuſcepi laborem: ſed probè, ſi quis alius compertum habui, infinitos reperiri, qui eruditionis & ſapientiæ laude in Eccleſia excellant. Nihilominus cum præ omnibus aliis mortui fortunas ad me pertinere arbitrer, tum propter ſcriptas, tum propter naturales leges: ideo ego meam ante alios hanc quaſi hæreditariam defenſionẽ mihi vendicaui, infimus quidem illorum, qui in fidelium numerum adſcripti ſunt: at illo, qui ab Eccleſia ſeſe abrupit, & ad partes aduerſarias tranſtulit, nequaquam imbecillior: nam in corpore ſano minimum etiam membrum propter totius conſpirationem validius eſt & fortius, quam corruptum & abſciſſum, quamuis hoc maius, illud ſit minus.

Nullus vero dum hæc dico exiſtimet, quòd me magnificè venditem, immaniterque velut proprio robore glorier: neque enim cum homine in arenam deſcendo, eam ob cauſſam, vt eloquentiam verborumque floſculos iuuenili more oſtentem. Nam in eo certamine, ex quo victoriam reportare inutile & infructuoſum eſt, libenter volentibus palmam concedimus: præſertim cum iſtum verborum ſectatorem & aucupem eſſe mihi perſuadeam: quando animum conuerto ad tempus, quod in iſto ſuo dogmate exornando contriuit. Egregiè verò eundẽ in hoc etiam libro ſudaſſe, conicio: tum ex hoc, quod in hac ſcriptione non minimam vitæ ſuæ partem collocauit: tum quod amatores illius hoc labore eius valdè exultant & delectantur. Nec mirum eſt illum, qui hac in re tot annorum olympiadas poſuit: maius etiam quiddam præſtitiſſe, quam ſoleant, qui ex tempore ſcribunt.

A πᾶσαν ἠχὼ τῆς θείας ἐκείνης σάλπιγγος ὑπερηχούσης. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν, πρὸς Θεὸν ὅλος ἀνέπτα, πρότερον μὲν ἐν ὀλίγῳ τινὶ, καὶ σκιοειδεῖ τῷ λειψάνῳ τοῦ σώματος τῆς γῆς ἐφαπτόμενος, τῷ δὲ πλείονι συμμετεωροπορῶν τῷ Θεῷ· νυνὶ δὲ καὶ τὴν σκιὰν ἐκείνην τοῦ σώματος προσαφεὶς, καὶ καταλιπὼν τῷδε τῷ βίῳ· οἱ δὲ κηφῆνες περιβομβοῦσι τὰ κηρία τοῦ λόγου, καὶ τὸ μέλι διαλυμαίνονται· μηδεὶς ἐγκαλείτω τόλμαν ἐμοὶ ὑπὲρ τοῦ σιγῶντος στόματος, διαναστάντι πρὸς ἄμυναν. οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἰσχύν τινα λόγων ἐμαυτῷ B συνεγνωκὼς, κατεδεξάμην τὸν πόνον· ἀλλ' ἀκριβῶς οἶδα ὡς εἴπερ τις ἕτερος· ὅτι χιλιάδες εὐθυνούντων κατὰ τὸ χάρισμα τῆς σοφίας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πληθύνουσιν. ὅμως ἐπὶ πάντων μάλιστα προσήκειν ἐμοί φημι τοῦ μεταστάντος τὸν κλῆρον διά τε τοὺς γεγραμμένους, καὶ τοὺς τῆς φύσεως νόμους, τούτου χάριν αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων οἰκειοῦμαι τὴν κληρονομίαν τοῦ λόγου· τῶν μὲν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ συμπληρούντων, τοῖς ἐσχάτοις συναριθμούμενος· C τοῦ δὲ ἀπεῤῥωγότος τῆς ἐκκλησίας εἰς ἀντίπαλον τάξιν οὐκ ἀσθενέστερος· ἐν γὰρ τῷ ὑγιαίνοντι σώματι, καὶ τὸ ἐλάχιστον μέρος διὰ τὴν τοῦ παντὸς συμπνοίας, δυνατώτερον ἂν εἴη τοῦ διεφθορότος, καὶ τετμημένου· κἂν τὸ μὲν πλέον, τὸ δὲ ἔλαττον ᾖ.

Μηδεὶς δὲ μεγαλοῤῥημονεῖν με διὰ τούτων οἰέσθω τῶν λόγων· ὡς ὑπὲρ τὴν προσοῦσαν δύναμιν ἐπὶ ματαίοις κομπάζοντα. οὐ γὰρ ἀπειροκάλως εἰς λόγων ἅμιλλαν, ἢ ῥημάτων ἐπίδειξιν, συγκαθεῖναι τῷ ἀνθρώπῳ πρὸς μειρακιώδη τινὰ φιλοτιμίαν προάγομαι. D ἐφ' ὧν γὰρ τὸ πλέον ἔχειν ἀνωφελὲς, καὶ ἀνόνητον, ἑτοίμως ἐκχωροῦμεν τοῖς βουλομένοις τῆς νίκης· τουτονὶ δὲ καὶ ἄλλως μὲν τρίβοντα λόγων εἶναι στοχάζομαι, πρὸς αὐτὴν βλέπων τὴν περὶ τὸ δόγμα τριβὴν, διαφερόντως δὲ περὶ τὸν παρόντα πεποιηκέναι λόγον. τεκμαιρόμενος ἔκ τε τοῦ προσδιατρῖψαι τῇ λογογραφίᾳ ταύτῃ τῆς ζωῆς τοῦ συγγραφέως οὐκ ἐλάχιστον μέρος· καὶ ἐκ τοῦ κατὰ πᾶσαν ὑπερβολὴν τοὺς ἐραστὰς αὐτοῦ τοῖς πεπονημένοις ἀγάλλεσθαι, ὡς οὐδὲν ἀπεικὸς τὸν ἐν τοσούτοις ἐτῶν ὀλυμπιάσι πονήσαντα, πλέον τι τῶν αὐτόθεν ἐπιβαλλόντων παρασκευάσασθαι.

δείκνυσι δὲ μᾶλλον τὴν σχολὴν αὐτοῦ περὶ τῶν λόγων κατασκευὴν, ἡ περὶ τὰ σχήματα καὶ τὴν τῶν ῥηθέντων συνθήκην ἀπειροκαλία, καὶ τὸ περιττόν τι, καὶ μάταιον τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδῆς. πολλὴν γάρ τινα συρφετὸν λεξιδίων ἐξ ὑπογυίου παρασκευῆς ἔκ τινων βιβλίων ἐρανισάμενος, ἐπ' ὀλίγοις τοῖς νοηθεῖσιν, ἀμέτρητόν τινα σωρείαν ῥημάτων φιλοπόνως συμφορήσας, τὸν πολύκμητον τοῦτον ἐξειργάσατο πόνον, ὃν ἐπαινοῦσι μὲν, καὶ τεθήπασιν οἱ μαθηταὶ τῆς ἀπάτης ἐκ τῆς περὶ τὰ κρείττω τάχα πηρώσεως· συναφῃρημένοι πάντως τὴν καλοῦ τε, καὶ μὴ τοιούτου διάκρισιν· γελῶσι δὲ καὶ αὐτὸν οὐδενὸς ἄξιον κρίνουσιν, οἷς τὸ διορατικὸν τῆς καρδίας τῷ ῥύπῳ τῆς ἀπιστίας οὐκ ἐπημαύρωται. τίς γὰρ οὐκ ἂν εἰκότως γελάσειεν; ὁρῶν τὴν μὲν ὑπόθεσιν τῆς σπουδῆς ὑπὲρ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων ἐπηγγελμένην, αὐτὴν δὲ τὴν σπουδὴν, εἰς ῥημάτων τε, καὶ σχημάτων ἀπειροκαλίαν ἠσχολημένην ἐπ' οὐδενὶ κατορθώματι; τί γὰρ ἂν καὶ μᾶλλον συναγωνίσαιτο πρὸς ἔλεγχον μὲν τῶν, ὡς αὐτὸς οἴεται εἰρημένων, σύστασιν δὲ τῆς ἀληθείας τῶν ζητουμένων, ἐπίνοιά τις τῶν ἐν τῷ λόγῳ σχημάτων ἀλλόκοτος· καὶ σύνταξις καινοπρεπής τε, καὶ ὑβρίζουσα, καὶ ὕβρις σπουδαζομένη, καὶ σπουδὴ πάλιν ὑβριζομένη, κατ' οὐδένα ζῆλον τῶν προειληφότων ἐκποιηθεῖσα. οὐ γὰρ ἂν ἔχοι τις ἐξευρεῖν πρός τινα βλέπων τῶν ἐπὶ λόγῳ γνωριζομένων, ἑαυτὸν εἰς τοῦτο προήγαγεν, ὥσπερ τις τῶν ἐπὶ σκηνῆς θαυματοποιούντων διὰ παραλλήλων, καὶ ἰσοκώλων, ὁμοιοφώνων τε, καὶ ὁμοιοκαταλήκτων ῥημάτων, οἷόν τισι κροτάλοις τῷ τῶν λεξιδίων ῥυθμῷ διακυμβαλίζων τὸν λόγον. τοιαῦτα γάρ ἐστι μετὰ πολλῶν ἑτέρων, καὶ τὰ ἐν προοιμίοις αὐτοῦ τερετίσματα τὰ βλακώδη ταῦτα, καὶ περιτεθρυμμένα σωτάδεια, ἅ μοι δοκεῖ τάχα μηδὲ ἠρεμαίῳ διεξιέναι τῷ σχήματι, ἀλλ' ὑποκροτῶν τῷ ποδὶ, καὶ ἐπιψοφῶν τοῖς δακτύλοις λιγυρῶς ἅμα πρὸς τὸν ῥυθμὸν ἐπιφθέγγεσθαι, καὶ λέγειν, ὃ καὶ μηδὲν ἔτι δεήσειν, μήτε λόγων ἑτέρων, μήτε πόνων δευτέρων.

Ἐν τοιούτοις τοίνυν, καὶ τοῖς τοιούτοις τὸ πλέον ἔχειν αὐτὸν συγχωρήσαι, καὶ κατ' ἐξουσίαν ἐμφορεῖσθαι τῆς νίκης, πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα

A Verum eius in hoc opere moliendo moram & cunctationem clarius adhuc demonſtrant in dicendi phaleris & figuris conquirendis ineptiæ, & in his verborum lenociniis ſtudium planè inane & ſuperuacuum. Etenim magna dictiuncularum colluuie apparatu repentino, & extemporaneo, ex neſcio quibus libris coaceruata, paucíſque quæ intelligi poſſent, infinita quadam verborum congerie ſedulò ſuperiniecta, opus hoc laborioſum procudit: quod laudant quidem & admirantur diſcipuli erroris, fortaſſis ex cæcitate, B qua in rectis laborant, priuati nimirum omni facultate recta à non rectis diſcernendi. at illi quibus cor ſordibus infidelitatis obſcuratum non eſt, rident: & nihili pendunt. Nam quis riſum contineat, cum videt promitti quidem pro veritate omnem curam & induſtriam, ipſam verò induſtriam totam in verborum figurarumque ineptiis nullo emolumento poni? Quid enim mementi adfert ad refutationem, vt ipſe quidem arbitratur, doctrinæ noſtræ, & commendationem C veritatis, eorum, de quibus ambigitur, exiſtimatio quædam peregrina, ornatæ ſchematibúſque comptæ orationis, & compoſitio noua & inuſitata, & iniuria affectata: & rurſus affectatio iniurioſa, nullo deſiderio, ea, quæ propoſita fuerant, perſequendi elaborata? Haud enim facilè quis dixerit, cuiuſnam ex eloquentibus veſtigia imitatus, eò proceſſerit, vt veluti ſcenicus quiſpiam portentorum & mirabilium effector, orationem oppoſitis, iſocolis, ſeu paribus membris, & ſimiliter cadentibus, tanquam crepitaculis quiD buſdam vocularum concinnitate diſtinxerit, cuiuſmodi præter multa alia, illa itidem ſunt, quæ ſtatim in exordio occurrunt, teretiſmata, & crepundia, mollia & laſciua ſotadea quæ mea quidem ſententia ille ne recitare quidem poſſe videtur firmo & quieto corporis ſtatu, ſed pedum ſtrepitu, manuumque plauſu aptè ſcilicet ad numerum, additis illis, nullo amplius opus eſſe, neque aliis orationibus, neque curis ſecundis.

In his igitur & ſimilibus libenter ei primas concedo, victoriaque planè frui æqua mente patior: neglecta enim cir-

A σιν, καὶ ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ· καὶ μυρία τοιαῦτα τοῖς φιλοπόνοις ἀναζητοῦσι τὰς ἐκ τῶν γραφῶν μαρτυρίας πάρεστιν ἀναλέξασθαι, οἷόν ἐστι καὶ τὸ, διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα, καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσίν· ὁ δὲ αὐτὸς κύριος, καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσίν. ὁ δὲ αὐτὸς Θεός· ὥστε κατὰ τὸν λόγον τοῦτον ὑποτετάχθω τῷ υἱῷ, καὶ τῷ πνεύματι ὁ ἐπὶ πάντων Θεός· ἐν τρίτῃ τάξει παρὰ τοῦ Παύλου μνημονευθείς. ἀλλ' οὐδέπω καὶ νῦν ταύτης ἀκηκόαμεν τῆς σοφίας· ἡ τὸ δεύτερον, καὶ τρίτον ἔκ B τινος ἀκολουθίας λεγόμενον, εἰς τὴν τῶν ὑποχείων, καὶ ὑποτεταγμένων ἀπωθεῖται τάξιν. ὅπερ οὗτος βούλεται τὴν τῆς παραδόσεως τῶν προσώπων ἀκολουθίαν, ἀξιωμάτων, καὶ φύσεων, ὑπεροχάς τε, καὶ ἐλαττώσεις κατασκευάζων ἐνδείκνυσθαι. τῆς γὰρ τῶν φύσεων ἑτερότητος ἐνδεικτικὴν εἶναι τὴν τῆς τάξεως ἀκολουθίαν ὁρίζεται, οὐκ οἶδα πόθεν φαντασθεὶς τὰ τοιαῦτα· καὶ ἐκ ποίας ἀνάγκης ἐπὶ τὴν ὑπόνοιαν ταύτην καταπεσών. οὐ γὰρ ἡ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξις τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν κατεργάζεται. ἀλλὰ C τὰ μὲν ἀριθμούμενα, ὡς ἂν ἔχῃ φύσεως ἐφ' ἑαυτῶν μένει· κἂν ἀριθμῆται, κἂν μή· ὁ δὲ ἀριθμὸς σημεῖόν ἐστι γνωριστικὸν, τῆς τῶν πραγμάτων ποσότητος· οὐ πάντως ὅσα τῷ ἀξιώματι τῆς φύσεως ὑποβέβηκεν εἰς δευτέραν τάξιν ἀποπεμπόμενος· ἀλλὰ πρὸς τὸ βούλημα τῶν ἐξαριθμούντων, τὴν τῶν σημαινομένων τοῦ ἀριθμοῦ πραγμάτων ἀκολουθίαν ποιούμενος· Παῦλος καὶ Σιλουανὸς, καὶ Τιμόθεος· τριῶν προσώπων ἐνταῦθα μνημονευθέντων κατὰ τὸ τοῦ μνημονεύσαντος βούλημα. ἆρα τὸ, Σιλουανὸν, ἐν δευτέροις D ταχθέντα μετὰ τὸν Παῦλον. ἄλλο τι, καὶ οὐχὶ ἄνθρωπον ὁ ἀριθμὸς ἐνεδείξατο, ἢ ὁ Τιμόθεος ἐν τρίτοις ταχθεὶς εἰς ἑτερότητά τινα φύσεως ἐκ τῆς ἀκολουθίας τοῦ μνημονεύοντος οὕτως ὑπενοήθη; οὐκ ἔστι ταῦτα. ἄνθρωπος γὰρ τούτων ἕκαστος· καὶ πρὸ τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ μετὰ τοῦτο· ὁ δὲ λόγος ἐπειδὴ μιᾷ φωνῇ τοὺς τρεῖς κατὰ ταυτὸν ἦν ἀδύνατον ἐνδείξασθαι, μέμνηται μὲν διῃρημένως ἑκάστου κατὰ τὴν προσοῦσαν τάξιν, συνάπτει δὲ τὰ ὀνόματα διὰ τῶν διὰ μέσου συνδέσμων ὡς ἂν οἶμαι τὴν τῶν τριῶν πρὸς τὸ ἓν σύμπνοιαν, διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων συναφείας ἐνδείξηται.

A Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἀρέσκει τῷ καινῷ δογματιστῇ. ἀντινομοθετεῖ δὲ τῇ διατάξει τῆς θείας φωνῆς· καὶ τὸ συντεταγμένον ὑπ' αὐτοῦ τῷ κυρίου πατρὶ, καὶ υἱῷ, τῆς οἰκείας αὐτοῦ, καὶ κατὰ φύσιν τάξεως, καὶ συναφείας ἀποκρίνας, ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις ἠρίθμησε, καὶ ἔργον ἑκατέρων εἶναί φησι· τοῦ μὲν πατρὸς, ὡς τὴν αἰτίαν τῆς κατασκευῆς ὑποβάλλοντος· τοῦ δὲ μονογενοῦς, ὡς δημιουργήσαντος αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, καὶ ταύτην αἰτίαν εἶναι τῆς ὑποταγῆς, διαβεβαιοῦται αὐτῆς μή πω τῆς ὑποταγῆς ἐκκαλύψας τὸ σημαινόμενον.

B Εἶτα, φησί· συμπεριλαμβανομένων δηλαδὴ καὶ τῶν ταῖς οὐσίαις ἑπομένων ἐνεργειῶν, καὶ τῶν ταύταις προσφυῶν ὀνομάτων· τούτων δὲ ὁ νοῦς ἐστι μὲν οὐ λίαν εὐσυνόπτος πολλῷ τῷ γνόφῳ τῆς ἀσεβείας κεκαλυμμένος· ὡς δ' ἄν τις εἰκάσας ὑπονοήσειε, τοιοῦτός ἐστι, ἐνεργείας οὐσιῶν ὀνομάζει τὰς ἀποτελεστικὰς, ὡς οἶμαι, τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος δυνάμεις· δι' ὧν ἡ πρώτη οὐσία, τὴν δευτέραν εἰργάσατο, καὶ ἡ δευτέρα τὴν τρίτην· καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἀποτελεσθέντων ἔργων προσφυῶς συγκατεσκευάσθαι τοῖς ἔργοις φησίν· ἀλλὰ τὴν μὲν περὶ τὰ ὀνόματα κακουργίαν, ἤδη τε κατὰ τὸ δυνατὸν ἐξητάσαμεν· καὶ ὅταν εἰς ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς ἐξετάσεως ἔλθωμεν, ἐὰν ὁ λόγος ἐπιζητῇ, πάλιν προσθήσομεν.

C Τέως δὲ νῦν ἄξιόν ἐστι λογίσασθαι· πῶς ἕπονται ταῖς οὐσίαις αἱ ἐνέργειαι· τί οὖσαι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν· ἆλλ' ὅτι παρὰ τὰς οὐσίας αἷς παρέπονται, ἢ μέρος ἐκείνων καὶ τῆς φύσεως, καὶ εἰ μὲν ἄλλο πως ἢ παρά τινος γινόμεναι. εἰ δὲ τὸ αὐτὸ, πῶς ἀποτεμνόμεναι, καὶ ἀντὶ τοῦ συνυπάρχειν αὐταῖς ἔξωθεν παρεπόμεναι. οὐδὲν γὰρ ἁπλῶς οὕτως ἐκ τῶν εἰρημένων ἐστὶ μαθεῖν· πότερον ἀνάγκης τινὸς φυσικῆς ἀπαραιρέτως τὴν ἐνέργειαν, ἥτις ποτὲ αὕτη ἐστὶν, ἀκολουθεῖν τῇ οὐσίᾳ βιαζομένης· ὡς ἕπεται τῷ πυρὶ ἡ καῦσις, καὶ οἱ ἀτμοί· καὶ αἱ ἀναθυμιάσεις τοῖς ἀφ' ὧν ταῦτα γίνονται σώμασιν. ἀλλ' οὐκ ἂν αὐτὸν οἶμαι τοῦτο εἰπεῖν· ὥστε ποικίλον τι χρῆμα, καὶ σύνθετον νομίζειν τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν, ἀχώριστον ἔχουσαν καὶ συνεπιθεωρουμένην ἑαυτῇ τὴν ἐνέργειαν· ὡς τι συμβεβηκὸς ἐν ὑποκειμένῳ δεικνύμενον· ἀλλὰ προαιρετικῶς,

Verum hæc nouo huic ſectario & doctori non placent. Itaque ordini & diſpoſitioni diuinorum oraculorum aduerſa ſancit, eumque qui ab ipſo Domino Patri & Filio coniunctus eſt, auellit à naturali & propria quaſi ſtatione & ordine, rebuſque ſubiectis annumerat, & amborum opus eſſe dicit: Patris quidem vt cauſam effectionis illius ſubminiſtrantis: Vnigeniti verò Filii, tanquam eius, qui efficiat illius hypoſtaſin & ſubſiſtentiam, hancque cauſam ſubiectionis eſſe confirmat, cum tamen ſubiectionis ſignificatum nondum nobis explanarit.

Deinde, dicit: *comprehenſis videlicet ad totius orationis cõplemẽtum etiã operationibus, quæ manãt ex ſubſtãtiis, nominibuſque, quæ illis competunt.* *Verba Eunomij.* Harum orationũ ſenſus non eſt intellectu facilis, quippe multa impietatis caligine tectus: videtur autem, quantum quidẽ cõiectura aſſequi licet, eiuſmodi eſſe: operationes ſubſtantiarũ productrices, vt puto, Patris & Filii facultates, nominat, per quas prima ſubſtantia ſecundam produxit: & ſecunda tertiam, & nomina horum operum, quę effecta ſunt, aptè & conuenienter ipſis operibus impoſita eſſe dicit. Cæterum malignam verſutiam, qua in ipſis nominibus vſus eſt, iã pro virili patefecimus: & quotieſcumq; materia nos eò vocauerit, ſi neceſſitas poſtulet, ruſus patefaciemus. Nunc par eſt diſquirere, quomodo operationes ſequãtur ex ſubſtantiis, & quidnam ſint ſecundũ ſuam propriã naturã. Num quid aliud ſunt à ſubſtantiis, ex quibus effluunt? Num pars illarum & naturæ? & ſi quidẽ aliud ſunt: quomodo, aut à quo effectæ ſunt? Si verò idem ſunt, quomodo ſeiunctæ ſunt, ita vt neque inſint, ſed extrinſecus ſubſtantiam comitentur? Nihil enim horum ex dictis perſpicuè ſatis intelligitur: Num neceſſitate quadam naturali cogente operationem, qualiſcumque demum illa ſit, ſequi ad ſubſtantiã, ſublata omni libertatis ratione, quẽadmodum vſtio & vapor ad ignem, & exhalationes ad corpora, ex quibus exiſtunt, conſequuntur? Sed non arbitror illum hoc velle: vt ſibi perſuadeat diuinam naturam eſſe quid compoſitum & varium, quæ inſeparabilem à ſe operationem cõtineat, quamq; neceſſe ſit in ipſa Dei ſubſtantia, quaſi inſitam concipere: tanquam accidens in ſubiecto: quia dicit

D

ſubſtantias iſtas ex certo conſilio & liberè moueri ad agendum quiduis arbitratu ſuo. Et quiſnam illud, quod ex propoſito & liberè ſuſcipitur, ſequi ait inſtar eorum, quæ extrinſecus ad ſubſtantiam ſequi ſolent? Neque enim communi hominum conſuetudine hoc ſenſu hunc loquendi modum vſurpatum nouimus: vt ſcilicet operationem eius, qui circa aliquã rem occupatur & laborat, ſequi quis dicat ad ſubſtantiam eius, qui operatur. Nec fieri poteſt, vt qui alterum ab altero ſeiungit, ſeparatim & per ſe ſolum, quod relinquitur, accipiat: ſed qui operationem nominat, is etiam id, quod per operationem cietur, animo comprehendit, & qui operantis mentionem facit, ille omninò tacitè operationem quoque ſignificauit.

Fiet autem id, quòd aſſerimus dilucidius exẽplis. Dicimus igitur aliquem æs malleo tundere, vel fabricare, vel aliud quiddam de genere eodem agere. Igitur vno vocabulo & ipſam operationem & opificẽ oratio repræſentauit: ita vt ſi alterum ſeiungatur, alterum ſubſiſtere nequeat: Si igitur duo hæc ſimul intelliguntur, operationes videlicet, & is qui operatione illa agit quomodo affirmat iſte ad primam ſubſtãtiam ſequi illam operationem, qua prima ſecundam ſubſtantiam effinxit, vt ſit media quodammodo inter vtramque, & neq; primæ ſecundum naturam congruens, neque cum ſecunda copulata? nam ab illa ſeparata eſt, quòd non ſit natura, ſed naturæ quædã motio: alteri verò, quam poſt ſe relinquit, non competit, quia non nudam operationem, ſed ſubſtantiam agendi facultate præditam, ſeipſa produxit.

Deinde hoc etiam diſquiſitione dignum cenſeo. Opus ſubſtantiæ vocat ſubſtantiam: ſecundam quidem primæ, rurſus ſecundæ tertiam. At qua ratione hoc demonſtrauit? Quas probationes ad hoc oſtendendum adhibuit? ex qua methodo & arte euicit, credi debere poſteriorem eſſe prioris opus? Si enim ex his, quæ in hac rerum vniuerſitate viſuntur, de his etiam ratiocinandum eſſet: neque ſic quidem deceret, ex his caducis & in imo poſitis coniecturam de illis ſublimioribus facere: ſed tamen veniam mereretur, quiſquis his, quæ ob oculos obuerſantur, inductus, erraret

A ἐξ αὐτεξουσίως κινουμένας τὰς οὐσίας τὸ δοκοῦν φησὶ καθ' ἑαυτὰς ἀπεργάζεσθαι. καὶ τίς τὸ ἐκ προνοίας ἐκουσίως γινόμενον· ὥς τι τῶν ἔξωθεν ἐπακολουθούντων ἕπεσθαι λέγει; οὐδὲ γὰρ κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐγνωσμένην πεπλημμένην τὴν λέξιν· ὥστε τὴν ἐνέργειαν τοῦ περί τι πονοῦντος ἀκολουθεῖν τῷ πονοῦντι λέγειν. οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαζεύξαντα, καταλαβεῖν ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ λειπόμενον· ἀλλ' ὁ τὴν ἐνέργειαν εἰπὼν, τὸ κατ' αὐτὴν κινούμενον τῷ λόγῳ συμπαρείληφε· καὶ ὁ τοῦ ἐνεργοῦντος μνησθεὶς, καὶ τὴν ἐνέργειαν πάντως κατὰ τὸ σιωπώμενον συνεσήμηνε. B

Σαφέστερον δὲ διὰ τῶν ὑποδειγμάτων, τὸ λεγόμενον ἔσται. χαλκεύειν τινὰ λέγομεν, ἢ τεκταίνεσθαι, ἢ ἄλλο τι ἐνεργεῖν τῶν τοιούτων. οὐκοῦν τῇ μιᾷ φωνῇ, τήν τε ἐργασίαν, καὶ τὸν μετιόντα τὴν τέχνην κατὰ ταυτὸν ὁ λόγος παρέστησεν, ὥστε εἰ χωρισθείη τὸ ἕτερον, μηδὲ ὑποστῆναι τὸ λειπόμενον. εἰ οὖν τὰ δύο μετ' ἀλλήλων νοεῖται, αὐτή τε ἡ ἐνέργεια, καὶ ὁ κατ' αὐτὴν κινούμενος, πῶς ἐνταῦθα ἕπεσθαι λέγεται τῇ οὐσίᾳ τῇ πρώτῃ ἡ τὴν δευτέραν οὐσίαν ἀπεργαζομένη ἐνέργεια, μεσιτεύουσά πως δι' ἑαυτῆς ἀμφοτέραις, καὶ οὔτε τῇ πρώτῃ κατὰ τὴν φύσιν συμβαίνουσα, οὔτε πρὸς τὴν δευτέραν συναπτομένη· τῆς μὲν γὰρ κεχώρισται τῷ μὴ φύσις εἶναι, ἀλλὰ φύσεως κίνησις· τῇ δὲ μεθ' ἑαυτὴν, οὐ συμβαίνει· ὅτι οὐ ψιλὴν ἐνέργειαν, ἀλλ' ἐνεργὸν οὐσίαν δι' ἑαυτῆς ὑπεστήσατο. C

ΕΙτα κἀκεῖνο τοῖς προεξετάσωμεν, ἔργον ὀνομάζει τῆς οὐσίας τὴν οὐσίαν· τὴν μὲν δευτέραν τῆς πρώτης· τῆς δὲ δευτέρας πάλιν, τὴν τρίτην. τίνι τοίνυν προαποδείξας τὸν λόγον· τίσι κατασκευαῖς εἰς τοῦτο χρησάμενος; ἐκ ποίας μεθόδου τὸ δεῖν ἐνέργειαν τῆς προλαβούσης τὴν ἐφεξῆς εἶναι πιστεύειν συναναγκάσας; Εἰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν λοιπῶν τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων ἔδει, καὶ περὶ τούτων ἀναλογίσασθαι, εἶχε μὲν οὐδ' οὕτως καλῶς ἐκ τῶν κατωτέρων, καὶ τῶν ὑπερκειμένων στοχάζεσθαι· πλὴν ἀλλ' εἶχέ τι συγγνωστὸν ἴσως ὁ λόγος· διὰ τῶν φαινο- D

μένων ἐν τοῖς ἀκαταλήπτοις πλανώμενος. A Νυνὶ δὲ τίς τοῦτο λέγειν ἐπιχειρήσει, ὅτι οὐρανοὶ μὲν ἔργον Θεοῦ· οὐρανοῦ δὲ ἥλιος. καὶ ἡλίου σελήνη· καὶ ταύτης, ἀστέρες, κἀκείνων ἄλλο τι τῶν ἐν τῇ κτίσει; ἑνὸς γὰρ ἔργα τὰ πάντα. ἐπειδὴ εἷς Θεὸς, καὶ πατὴρ πάντων, ἐξ οὗ τὰ πάντα. Εἰ δέ τι καὶ δι' ἀλλήλων γίνεται, ὥσπερ ἡ τῶν ζώων γένεσις, οὐδὲ τοῦτο ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεται, διαμενούσης ἐν τοῖς ἐπιγινομένοις τῆς φύσεως. πῶς οὖν ἐπ' οὐδενὸς τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων ἔχων τὸ τοιοῦτον εἰπεῖν, ἐπὶ τῆς ὑπερκειμένης οὐσίας τοῦτο κατασκευάζει, τὸ ἔργον εἶναι τὴν δευτέραν τῆς B πρώτης· καὶ ταύτην τῆς ἐφεξῆς. Εἰ δὲ τὴν ζωώδη γένεσιν ἐννοήσας ἐντεῦθεν ἐφαντάσθη, καὶ περὶ τῆς ἀκηράτου φύσεως ὁμοιότροπόν τι λογίσασθαι· ὥστε ἔργον νομισθῆναι τὸ ἐφεξῆς τοῦ προάγοντος, οὐδ' ἐν τούτῳ τὸ ἀκόλουθον διασώζει τοῦ λόγου. τὰ γὰρ ἐξ ἑτέρων γινόμενα, ὁμογενῆ πάντως ἐστὶ τοῖς ἐξ ὧν γίνεται. ὁ δὲ τὸ ξένον τε, καὶ ἀλλόφυλον τοῖς δι' ἀλλήλων γεγενημένοις προσμαρτυρεῖ· ἵνα δείξῃ τὴν περιουσίαν τοῦ ψεύδους. ὥσπερ δεξιὸς ἀγωνιστὴς διπλῇ τῇ χειρὶ βάλλειν ἐπιχειρεῖ τὴν ἀλήθειαν. ἵνα γὰρ τὸ ὑφειμένον, καὶ κα- C τὰ τὴν φυσικὴν ἀξίαν ἠλαττωμένον τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος ἐπιδείξῃ, ἕτερον ἐξ ἑτέρου γενόμενον λέγει· ὡς μήποτε εἰς οἰκειότητος ἔννοιαν ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου τῆς ὑπάρξεως ἔλθοιεν, οἱ τὴν ἐξ ἀλλήλων γένεσιν μεμαθηκότες, καὶ αὐτῷ μάχεται τῷ τῆς φύσεως λόγῳ, καὶ ἕτερον ἐξ ἑτέρου γενέσθαι λέγων, καὶ νόθον τὸν γεγενημένον, ὡς πρὸς τὴν τοῦ γεγεννηκότος φύσιν ἀποφαινόμενος.

Ο δέ μοι δοκεῖ περὶ τούτων ἄν τις εἰκότως μέμψασθαι, τοῦτό ἐστιν· Εἰ μὲν τῶν ἄλλων τις ἦν ἐν ἀπειρίᾳ τοῦ λέγειν ἀτελὴς D τὴν τοιούτων κατασκευῶν, καὶ ἀγύμναστος. ἔπειτα τὸ παραστὰν αὐτῷ κατὰ τὸ συμβὰν ἀπεφαίνετο, συγγνωστὸς ἂν ἴσως ταῖς νενομισμέναις περὶ τούτων ἐφόδοις εἰς τὴν τῶν δογμάτων κατασκευὴν μὴ συγχρώμενος. ἐπεὶ δὲ τοσοῦτον αὐτῷ περίεστι τῆς ἐν τούτῳ δυνάμεως, ὥστε καὶ εἰς τὰ ὑπερέκεινα τῆς φύσεως ἤδη διὰ τῆς καταληπτικῆς ἐφόδου ὑπερεκτείνεσθαι, πῶς ἠγνόησεν

circa illa, quæ comprehendi nequeunt. Nunc verò quis affirmare auſit; Cœlum eſſe quidem opus Dei: cœli verò ſolem? Solis lunam, huius ſtellas, & harum aliam quandam ex rerum creatarum numero? Omnia enim vnius ſunt opera, cum ſit *Vnus Deus & Pater omnium, ex quo omnia.* 1. Cor. 8. Quod ſi quædam ex ſe mutuo fiunt, vt exempli cauſa, animalium generatio: neque ſic aliud ex alio fit, manente eadem in his, quæ gignuntur, natura. Qua igitur ratione id, quod nec in rebus creatis inuenitur, illi ſupremæ naturæ attribuit, primæ videlicet ſubſtantiæ ſecundam eſſe opus, & huius ſequentem. Quod ſi inſpecto animalium ortu permotus eſt, vt ſimile quid de illibata illa, & intemerata natura decerneret, prioris ſcilicet opus quoddam eſſe poſteriorem: ne ſic quidem rebus conuenienter ſentit. Nam quæ ex ſe inuicem gignuntur, ea eiuſdem omninò naturæ ſunt, cum illis, ex quibus gignuntur. Iſte autem alienam & peregrinam naturam affingit illis, qui ex ſe mutuo nati ſunt, vt patefaciat mendacii vanitatem: & tanquam ambidexter pugil gemino ictu veritatem appetat. Vt enim ſubiectionem, dignitatiſque naturalis Filii & Spiritus ſancti imminutionem ſtabiliat, alterum ex altero editum, dicit. Ne verò dum hæc aſſerit, in cognitionem eiuſdem exiſtentiæ in eadem natura deueniant illi, qui generationem ex ſe inuicem intelligunt, cum ipſa naturæ ratione pugnat, dum alterum ex altero progeneratum concedit: diuerſæque naturæ, & quaſi ſpuriæ eum, qui natus eſt, à ſuo genitore efficit.

Cæterum, quod mihi ante omnia dignum reprehenſione videtur, hoc eſt: ſi aliorum quiſpiam docendi imperitus, & in his exercitationibus rudis & hoſpes ſententiam ſuam, prout res tuliſſet, enunciaſſet, meritò ei ignoſceremus, quod huiuſmodi apparatu ad ſtabilienda dogmata vſus eſſet. At cum iſte ea facultate polleat, vt & ad ea, quæ longè ſupra naturam noſtram poſita ſunt, inueſtiganda perſpicacitate ſua ſeſe extendat, quónam modo ignorauit

principium, quo in his rerum occultarum diſquiſitionibus indagatio inſtituitur? Quis enim neſcit, orationem ex manifeſtis perſpicuiſque ductam conciliare fidem illis, de quibus ambigitur: neque in cognitionem rerum ignotarum & abſtruſarum nos peruenire, niſi quæ plerumque conceduntur & approbantur, ad rerum incertarũ perſpicientiam nos quaſi manu ducant? Si verò ea, quæ in principio diſputationis, ad ignotas res notificandas adhibuimus, communi hominum ſenſui repugnent: ægrè profectò id, quod in dubio verſatur, atque adeò penitus negatur, illis adhibitis explanabitur.

Igitur omnis controuerſia inter Orthodoxos, qui Eccleſiam ſequuntur, & inter Anomæos in hoc conſiſtit: vtrum oporteat Filium Dei & Spiritum ſanctum numerare inter res creatas, vt volunt aduerſarii, an inter res increatas, vt ſentit Eccleſia. Hoc igitur cui ab omnibus cõtradicitur, ſumit ipſe tanquam conceſſum ab omnibus, etiam nulla allata demonſtratione, quod poſterior ſit opus ſubſtantiæ prioris, confidenter docet, rem ita ſeſe habere, neſcio qua inſtitutione aut diſciplina ita edoctus, & eo vſque confidentiæ prouectus. Si enim omni probationi & demonſtrationi præmittenda ſunt certa, omniumque conſenſu corroborata, vt ignotum cum iis, quæ præmiſſa ſunt, aptè & conuenienter connexum pateſiat & clareſcat: ſanè is, qui quod in quæſtione poſitum eſt, ad alia demonſtranda adſciſcit, nihil aliud, quàm ignorantiam ignorantia, fraudémque fraude cumulat. Hoc ſcilicet eſt cæcum cæco ſe
Matth. 15. præbere ducem, vt alicubi Euange-
Luc. 6. lium loquitur. Verè enim cæco & pleno vanitatis ſermoni, qui omnium creatorem & conditorem, in rerum creatarum & effectarum ordinem conIicit; adiungunt alium æquè cæcum, alienæ videlicet naturæ eos eſſe, & ſecundum ſubſtantiam inæquales, filiumque cognatione naturæ Patri nullo modo conſociari: ſed de his poſtea viderimus: par enim eſt, vt quæ manifeſtiorem præ ſe ferunt impietatem, nos quoque aliis locis indaganda reſeruemus. Nunc ad orationem Eunomii reuertamur.

Verba Eunomij. *Rurſus verò cum quælibet ex his ſubſtantiis & intelligatur purè ſimplex, &*

A τὴν ἀρχήν, δι' ἧς πρώτως κεκρυμμένου πράγματος ἐν ταῖς λογικαῖς ταύταις ἐπιχειρήσεσιν ἡ κατάληψις γίνεται; τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι πᾶς λόγος ἐκ τῶν φανερῶν τε, καὶ πᾶσιν ἐγνωσμένων, τὰς ἀρχὰς λαμβάνων τοῖς ἀμφισβητουμένοις δι' αὐτῶν ἐπάγει τὴν πίστιν, καὶ οὐκ ἂν ἑτέρως τι καταληφθείη τῶν κεκρυμμένων, μὴ τῶν ὁμολογουμένων ἡμᾶς πρὸς τὴν τῶν ἀδήλων σύνεσιν χειραγωγούντων. Εἰ δὲ τὰ ἐν ἀρχαῖς λόγων πρὸς τὴν τῶν ἀγνοουμένων φανέρωσιν λαμβανόμενα, ταῖς τῶν πολλῶν ὑπολήψεσι μάχοιτο, σχολῇ γ' ἂν καὶ διὰ τούτων
B φανερωθείη τὸ ἀγνοούμενον.

Οὐκοῦν ἡ πᾶσα μάχη, καὶ ἀμφιβολία τοῦ δόγματος τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πρὸς τοὺς ἀνομοίους ἐστί, περί τε τοῦ δεῖν ἢ κτιστὸν νομίζειν τὸν υἱόν, καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τὸν λόγον τῶν ἐναντίων, ἢ τῆς ἀκτίστου φύσεως καθὼς ἡ ἐκκλησία πεπίστευκε. τοῦτο τοίνυν αὐτὸ τὸ παρὰ πάντων ἀντιλεγόμενον, ὡς ὁμολογούμενον ἀποφαίνεται. καὶ οὐδεμίαν ἀπόδειξιν ἐξευρὼν τοῦ ἔργου εἶναι τῆς προαγούσης οὐσίας τὴν ἐφεξῆς θαρσῶν δογματίζει τὸ οὕτως ἔχειν. οὐκ οἶδα ἐκ ποίας παιδεύσεως,
C ἢ σοφίας τοῦτο θαρσήσας. Εἰ γὰρ πάσης κατασκευῆς, καὶ ἀποδείξεως ἄμαχόν τινα, καὶ ἀναμφίβολον προηγεῖσθαι χρὴ τὴν ὁμολογίαν· ὥστε τοῖς προκατειλημμένοις τὸ ἀγνοούμενον ταῖς διὰ μέσου κατασκευαῖς οἰκείως προσαγόμενα ἀποδείκνυσθαι, ὁ τὸ ζητούμενον ἔτι εἰς κατασκευὴν ἑτέρων προτείνων, οὐδὲν ἕτερον ἢ δι' ἀγνοίας ἄγνοιαν, καὶ δι' ἀπάτης ἀπάτην κατασκευάζει. τοῦτό ἐστι τὸ τυφλοῦ τυφλὸν ὁδηγὸν ποιεῖσθαι, καθώς φησί που τὸ εὐαγγέλιον. ὄντως γὰρ τυφλῷ, καὶ κενεμβατοῦντι τῷ λόγῳ τῷ κτί-
D σμα, καὶ ποίημα τὸν πάντων κτίστην, καὶ δημιουργὸν εἶναι λέγοντι, ἕτερον τυφλὸν λόγον παραζευγνύουσι· τὸ ἀλλότριον εἶναι τῇ φύσει, καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀνόμοιον, καὶ πάντῃ τῆς φυσικῆς οἰκειότητος μέτοχον εἶναι τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν· ἀλλ' οὔπω περὶ τούτων· ἐν οἷς γὰρ γυμνότερον ἐκκαλύπτεται τὸ ἀσεβὲς τοῦ φρονήματος, ἐν τούτοις εὔκαιρόν ἐστι, καὶ ἡμᾶς ἀποδύσασθαι τὸν τῆς ἀσεβείας ἔλεγχον. νυνὶ δὲ ἡμῖν πρὸς τὴν ἀκολουθίαν τῶν παρ' ἐκείνου ῥηθέντων ἐπανιτέον.

Πάλιν δὲ αὖ ἑκάστης τούτων οὐσίας εἰλικρινοῦς ἁπλῆς, καὶ πάντῃ μιᾶς οὔσης τε, καὶ

A νοουμένης κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν, συμπεριγραφομένων δὲ τοῖς ἔργοις τῶν ἐνεργειῶν, καὶ τῶν ἔργων ταῖς τῶν ἐργασαμένων ἐνεργείαις παραμετρουμένων, ἀνάγκη δήπου πᾶσα, καὶ τὰς ἑκάστῃ τῶν οὐσιῶν ἑπομένας ἐνεργείας, ἐλάττους δὲ, καὶ μείζους εἶναι· καὶ τὰς μὲν πρώτην, τὰς δὲ δευτέραν τάξιν ἐπέχειν· ἡ μὲν διάνοια διὰ πάντων τῶν εἰρημένων, κἂν ἐν πλήθει ῥημάτων αὐτῷ συμπεραίνηται, μία ἐστί. τὸ κατασκευάσαι μηδεμίαν συνάφειαν εἶναι τῷ πατρὶ πρὸς τὸν υἱὸν ἢ πρὸς τὸν υἱὸν πάλιν τῷ πνεύματι. ἀλλ' ἀπεσχίσθαι τὰς οὐσίας ἀπ' ἀλλήλων, εἰς ἀπεξενωμένην B τινὰ φύσιν, καὶ ἀσύμφυλον ἀλλοτριότητα διεσπασμένας· καὶ οὐ τούτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ πηλικότητι, καὶ ἀξιωμάτων ὑφέσει διαφερούσας· ὥστε τὰς μὲν μείζους, καθὼς αὐτός φησι, τὰς δὲ μικροτέρας νοεῖσθαι· καὶ κατὰ τὰ λοιπὰ πάντα τὴν παραλλαγὴν ἔχειν.

Ἡμεῖς δὲ κἂν περιττὸν τοῖς πολλοῖς εἶναι δοκῇ τὸ τοῖς περιδήλοις ἐνδιατρίβειν, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον διελέγχειν πειρᾶσθαι, ὅσα παρὰ τοῖς πολλοῖς αὐτόθεν ψευδῆ, καὶ βδελυκτὰ, καὶ οὐδεμίαν ἰσχὺν ἔχειν νομίζεται, ὅμως ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν C δι' ἀπορίαν ἐλέγχων ἀνεξέταστόν τι παρορᾶν τῶν παρ' ἐκείνου ῥηθέντων, κατὰ δύναμιν καὶ τούτοις ἐπελευσόμεθα· ἑκάστην φησὶ τούτων οὐσίαν εἰλικρινῆ, ἁπλῆν, καὶ πάντη μίαν εἶναί τε, καὶ νοεῖσθαι κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν. πάλιν ἐνταῦθα ὡς ὁμολογούμενα τὰ ἀμφιβαλλόμενα προτεινόμενος οἴεταί τι λέγειν, ἀντὶ πάσης ἀποδείξεως ἐξαρκεῖν νομίζων τὸ αὐτὸς ἀποφήνασθαι. τρεῖς οὐσίας φησί. τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται τῷ εἰπεῖν, ἑκάστης τούτων οὐσίας. οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτως εἶπεν, εἰ μίαν ᾤετο. εἰ μὲν οὖν οὕτω λέγει τὴν τῶν οὐσιῶν πρὸς ἀλλήλας D διαφορὰν ὡς μὴ δοκεῖν τῇ ἀσεβείᾳ τοῦ Σαβελλίου συμφέρεσθαι· ἑνὶ τῷ ὑποκειμένῳ τρεῖς ἐφαρμόζοντος προσηγορίας, καὶ ἡμεῖς συντιθέμεθα· καὶ οὐδεὶς τῶν εὐσεβούντων ἀντιλέγει τῷ δόγματι· πλὴν ὅσον μόνοις τοῖς ὀνόμασι καὶ τῇ προφορᾷ τοῦ λόγου πλημμελεῖν δοκεῖ οὐσίας ἀντὶ ὑποστάσεων ὀνομάζων. οὐ γὰρ ὅσα τὸν τῆς οὐσίας λόγον τὸν αὐτὸν ἔχει, ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῇ ὑποστάσει τῇ ἀποδόσει τοῦ λόγου συνενεχθήσεται. Πέτρος γὰρ καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης ἐν μὲν τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας, οἱ αὐτοὶ εἰσὶν ἀλλήλοις. ἄνθρωπος γὰρ τούτων ἕκαστος· ἐν δὲ τοῖς ἰδιώμασι τῆς

A *ſimpliciter vna, ſecundum propriam dignitatem, circumſcriptus autem operationibus per ipſa opera, & ipſis operibus operantium actionibus commenſurat,: omninò neceſſe operationes, quæ ſequuntur quamlibet ſubſtantiam, maiores & minores eſſe, & illas quidem in primo, illas in ſecundo ordine collocari debere.* Sententia omnium horum verborum, licet valdè multa ſint, & redundantia, vna eſt, probare nimirum, Patrem nullam connexionem habere cum Filio, rurſuſque Filium cum Spiritu ſancto, ſed ſubſtantias à ſeſe mutuo ſeiunctas eſſe, diuulſas & diſtractas, peregrina quadam & in- B ſociabili naturæ diuerſitate: Nec hoc ſolum, ſed & magnitudine & dignitatis imparitate diuiſas, & alio maiore, alio minore, vt ipſe ait, & quo ad alia omnia multum etiam inter ſe diſtantibus.

Nos verò, licet multis ſuperuacaneum videatur, in his tam dilucidis immorari, & omnia ſigillatim refutare velle, quæ à pleriſque falſa & execranda, & nullius omninò momenti exiſtimantur: nihilominus ne putemur pro- C pter inopiam refutationis, aliquid eorum, quæ attulit, intactum & irrepercuſſum præterire, pro viribus his itidem refellendis inſiſtemus, dicit: Vnamquamque harum ſubſtantiam puram, ſimplicem, vnamque eſſe & intelligi. Rurſus hic ea, quæ dubia ſunt, pro certis & compertis aſſumens, putat ſe aliquid dicere, ſufficere ratus pro omni demonſtratione, ſi ipſe affirmet. Tres ſubſtantias dicit. Hoc enim oſtendit, dum ait: *cuiuſlibet ex his ſubſtantiæ.* Neque enim ita locutus eſſet, ſi vnam exiſtimaſſet. Si igitur ita ſubſtantia- D rum inter ſe diſtinctionem aſſignat, vt non videatur in Sabellii impietatem delabi, qui vni ſubiecto tres accommodabat appellationes: aſſentimur & nos, neque quiſpiam huic dogmati contradicit, niſi quod ſolis nominibus, & ſola prolatione orationis errare videbitur, Subſtantias pro hypoſtaſibus vſurpans: non enim, quæ ſubſtantiæ rationem eandem habent, ſimiliter etiam in ratione hypoſtaſeos conueniunt: nam Petrus, Iacobus & Ioannes in ratione ſubſtantiæ vnum & idem ſunt inter ſe mutuò, quilibet enim horum homo eſt, ſed in proprietati-

bus hypoſtaticis, minimè conueniunt. Igitur ſi hoc contendit, non eſſe miſcendas perſonas ſeu hypoſtaſes, neque vni perſonæ adoptandas tres appellationes, *fidelis* fuerit, iuxta Apoſtoli verbum, *ſermo, & omni acceptione dignus.* Quia verò non huc tendit, neque etiam hæc aſſerit, vt hypoſtaſes ſuis idiomatis & proprietatibus à ſe mutuo ſecernat: Sed vt in ipſa naturâ ſubiecta diuerſitatem ab alia, vel potius à ſeipſa ineſſe doceat, & ob id multas ſubſtantias nominat, quaſi quælibet collata cum aliis propriam habeat diuerſitatem: propterea dico, orationem illius principio & capite deſtitutam eſſe, cum ſeriem blaſphemiæ ſuæ non ex conceſſis & certis pertexere pergat. Neq; enim probatio illius ita inſtructa eſt, vt quis per illam ad perſuaſionem induci poſſit, ſed nudam & exilem impietatis expoſitionem continet, ſicut homini alicuius narratio. Nam cum Eccleſia doceat fidem minimè ſcindendam & diuidendam in pluralitatem ſubſtantiarum, ſed in tribus perſonis & hypoſtaſibus: nihil ſecundum eſſentiam differentiæ credendum eſſe: aduerſarii verò in ipſis ſubſtantiis varietatem & inæqualitatem ſtatuant, iſte id, quod nulla ratione, demonſtratum eſt, aut demonſtrari poteſt: audacter, tanquam iam probatum, profert & pronunciat, cum fortè id nunquam antehac cum vllo mortalium communicaſſet: alioqui ab iis, qui rectè & probè inſtituti ſunt, didiciſſet, omnem orationem, quamdiu ex mera libidine, & ſine vlla probatione effutitur, eſſe quod dici ſolet, nugas aniles, & gerras germanas, nullius prorſus momenti & efficaciæ ad demonſtrandum id, quod per eam quæritur, quando videlicet nihil firmamenti neque ex ſacra Scriptura, neque ex ratiocinationibus humani ingenii, iis, quæ aſſeruntur, accedit. Et hæc quidem hactenus.

1.Tim.1.

Nos vero verba Eunomii excutiamus. *Simplicem eſſe & omni modo vnam quamlibet harum ſubſtantiarum affirmat:* quas oratione ſua expreſſit. Cæterum ſimplicem eſſe diuinam illam & beatam, omnibúſque ſupereminentem naturam; neque agreſtes admodum & hebetes ingenio negaturos eſſe puto. Quomodo enim quis naturam illam ſpeciei & figurarum varietatis exper-

A ἑκάστου αὐτῶν ὑποστάσεως, ἀλλήλοις οὐ συμφέρονται. ἐκεῖνο εἰ μὲν τοῦτο κατεσκεύαζε τὸ μὴ δεῖν φύρειν τὰς ὑποστάσεις, καὶ ἑνὶ προσώπῳ τὰς τρεῖς ἐφαρμόζειν προσηγορίας, πιστὸς ἂν ἦν κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου μαρτυρίαν ὁ λόγος αὐτοῦ, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος. ἐπεὶ δὲ οὐ πρὸς τοῦτο βλέπει, οὐδὲ τὰς ὑποστάσεις ἀπ' ἀλλήλων τοῖς ἐπιθεωρουμένοις ἰδιώμασι διακρίνων, ταῦτά φησιν, ἀλλ' αὐτὴν τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν ἀλλοτρίως πρὸς τὴν ἑτέραν· μᾶλλον δὲ πρὸς ἑαυτὴν ἔχειν κατασκευάζει. καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς οὐσίας ὀ-

B νομάζει ὡς ἑκάστης ἰδιάζουσαν ἐχούσης τινὰ τὴν πρὸς τὰς ἄλλας ἀλλοτριότητα, διὰ τοῦτό φημι ἄναρχον αὐτοῦ, καὶ ἀκέφαλον εἶναι τὸν λόγον, ἀπὸ οὐδενὸς ὁμολογουμένου, κατὰ τὸ ἀκόλουθον, τὴν βλασφημίαν κατασκευάζοντα. οὐ γὰρ ὅπως ἄν τις προσαχθείη τῇ τοιαύτῃ τοῦ δόγματος ὑπολήψει, κατασκευὴν ἔχει. ἀλλ' ὥσπερ ἐπ' ὀνείρου διηγήσεως, ψιλὴν, καὶ ἀκατάσκευον ἐμπεριέχει τῆς ἀσεβείας τὴν ἔκθεσιν. τῆς γὰρ ἐκκλησίας δογματιζούσης, μὴ εἰς πλῆθος οὐσιῶν διασχίζειν τὴν πίστιν, ἀλλ' ἐν τρισὶ προσώποις, καὶ ὑποστάσεσι μηδεμίαν τὴν

C κατὰ τὸ εἶναι διαφορὰν πιστεύειν, τῶν δὲ ἐναντίων ἐν αὐταῖς ταῖς οὐσίαις τὴν παραλλαγὴν, καὶ τὴν ἀνομοιότητα τιθεμένων, οὗτος τὸ μηδενὶ λόγῳ, μήτε δειχθὲν, μήτε δειχθῆναι δυνάμενον, ὡς προκατεσκευασμένον, θαρσῶν ἀποφαίνεται· τάχα οὐδέπω καὶ νῦν εἰς ἀκουόντων ὦτα λαλήσας. ἢ γὰρ ἂν ἐδιδάχθη πρὸς τῶν συνετῶς ἀκροωμένων· ὅτι πᾶς λόγος ἕως ἂν κατ' ἐξουσίαν ἀναποδείκτως φέρηται, τὸ λεγόμενον, γραῶν ὕθλος ἐστὶν, οὐδεμίαν ἰσχὺν ἔχων πρὸς τὸ δεῖξαι δι' ἑαυτοῦ τὸ ζητούμενον· ὅταν μηδεμία συνη-

D γορία, μήτε ἐκ τῶν θείων φωνῶν, μήτε ἐκ λογισμῶν ἀνθρωπίνων τοῖς λεγομένοις ἐπάγηται. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

Ἡμεῖς δὲ τὰ εἰρημένα διασκεψώμεθα, ἁπλῆν εἶναι καὶ πάντῃ μίαν φησὶ τούτων ἑκάστην τῶν οὐσιῶν, ἃς τῷ λόγῳ ἀνετυπώσατο. ἀλλὰ τὸ μὲν ἁπλῆν εἶναι τὴν θείαν τε, καὶ μακαρίαν, καὶ πάντα νοῦν ὑπεραίρουσαν φύσιν οὐδὲ τοὺς ἄγαν κτηνώδεις, καὶ ταπεινοὺς τὴν διάνοιαν ἀντιλέγειν οἰόμεθα. τὴν γὰρ ἀειδῆ τε, καὶ ἀσχημάτιστον πηλικότητός τε πάσης, καὶ τῆς ἐν τῷ μεγέθει πο-

ποσότητος κεχωρισμένην, πῶς ἄν τις πολυειδῆ, καὶ σύνθετον ὑπολάβοι; ὅτι δὲ οὐ συμβαίνει τῷ παρ' αὐτῶν κατασκευαζομένῳ δόγματι, τὸ ἁπλῆν εἶναι τὴν ὑπερκειμένην οὐσίαν, οἷς ἂν, κἂν τῷ λόγῳ χαριεντίζωνται, φανερὸν ἔσται τῷ καὶ μικρὸν ἐπιστήσαντι. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ἡ ἁπλότης ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον οὐκ ἐπιδέχεται. περὶ ἣν γὰρ οὐκ ἔστι μίξιν τινὰ ποιοτήτων, καὶ συνδρομὴν ἐννοῆσαι, ἀλλ' ἀμερῆ τινα, καὶ ἀσύνθετον δύναμιν καταλαμβάνει ἡ ἔννοια, B πῶς ἄν τις καὶ κατά τινα λόγον τὴν περὶ τὸ πλέον, καὶ τὸ ἔλαττον διαφορὰν καταμάθοι; ἀνάγκη γὰρ πᾶσα τὸν παραλλάττειν ταῦτα διοριζόμενον, ποιοτήτων τινῶν ἐμπλώσεις περὶ τὸ ὑποκείμενον ἐννοεῖν· ἤτοι γὰρ καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἐλάττωσιν τὸ διάφορον ἐν τούτοις ἐπινοεῖ, καὶ διὰ τούτου τὴν τῆς πηλικότητος ἔννοιαν ἐπεισάγει τῷ ζητουμένῳ, ἢ κατὰ τὸ ἀγαθὸν, καὶ δυνατὸν, καὶ σοφὸν, καὶ εἴ τι ἄλλο περὶ τὸ θεῖον εὐσεβῶς νοεῖται, πλεονάζειν, ἢ ὑποβεβηκέναι κατασκευάζει· καὶ οὕτω τὸν τῆς συνθέσεως λόγον οὐ διαφεύξεται. C οὐδὲν γὰρ ἐλλιπῶς κατὰ σοφίαν, ἢ δύναμιν, ἢ κατ' ἄλλο τι τῶν ἀγαθῶν ἔχει, ᾧ μὴ ἐπικτητόν ἐστι τὸ ἀγαθόν· ἀλλ' αὐτὸ καθὸ ἐστι τοιοῦτον πέφυκεν· ὥστε ὁ λέγων ἐλάττους τε, καὶ μείζους ἐν τῇ θείᾳ φύσει καταλαμβάνειν τὰς οὐσίας, λέληθεν ἑαυτὸν σύνθετον ἐξ ἀνομοίων κατασκευάζων τὸ θεῖον· ὡς ἄλλο μέν τι νοεῖν εἶναι τὸ ὑποκείμενον· ἕτερον δὲ πάλιν τὸ μετεχόμενον· οὗ κατὰ μετουσίαν ἐν τῷ ἀγαθῷ γίνεται, ὃ μὴ τοιοῦτον ὄν. εἰ δὲ ἀληθῶς ἁπλῆν, καὶ πάντη μίαν ἐνενόει τὴν οὐσίαν, αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν ἀγαθὸν οὖσαν, οὐ γινομένην ἐξ ἐπι- D κτήσεως, οὐκ ἂν τὸ μεῖζον, καὶ τὸ ἔλαττον περὶ αὐτὴν ἐλογίζετο. εἴρηται γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι μόνῃ τῇ τοῦ κακοῦ παρουσίᾳ τὰ ἀγαθὰ κατασμικρύνεται. ἐφ' ὧν δὲ ἡ φύσις ἀνεπίδεκτός ἐστι τοῦ χείρονος, ὅρος οὐκ ἐπινοεῖται τῆς ἀγαθότητος· τὸ δὲ ἄπειρον, οὐ τῇ πρὸς ἕτερον σχέσει τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ καθ' ἑαυτὸ νοούμενον, ἐκφεύγει τὸν ὅρον· ἄπειρον δὲ ἀπείρου, πλέον καὶ ἔλαττον λέγειν, οὐκ οἶδα ὡς λελογισμένος συνθήσεται, ὥστε εἰ ἁπλῆν ὁμο-

A tem, & ab omni quantitate, quæ in magnitudine viſitur, ſeparatam, credat eſſe multiformem & cõpoſitam? Quod verò iuxta dogma ab iſtis confictum ſublimis illa, & ſuper aliarum rerum ordinem poſita ſubſtantia ſimplex non ſit (licet alioquin verbis pulchrè ſimplicitatem aſſerant) facilè deprehẽdet, quiſquis paululum mentẽ aduertere voluerit. Nam quis ignorat, quod ſimplicitas ſecũdum ſuam propriam rationem in ſanctiſſima Trinitate remiſſionem & intenſionem nõ recipiat? in qua enim natura mixtio- B nem & concursũ qualitatũ inuenire nõ eſt, quin potius in qua impartibilem, & cõpoſitionis planè expertẽ facultatem animo concipimus: quomodo quis intenſionis & remiſſionis diuerſitatem aliquo modo cogitatione complectetur? Neceſſe enim eſt, vt is, qui differentiam in his ſtatuit, qualitatũ quarumdã confluxum circa ſubiectũ cõcedat: quia vel per exceſſum, vel per defectũ differentiam in his conſiderat: & per hoc quantitatis rationẽ ei, quod quæritur, ſuperinducit: vel in bonitate, potẽtia, ſapientia; vel ſi quid aliud in diuina natura in- C eſſe poſſe cogitatur, redũdantiã, vel imminutionem adſtruit; & ſic cõpoſitionis rationem non euitabit: nam ſapiẽtiam, potentiam & huius generis alia bona, ſine imminutione ac defectu poſſidet id, cui bonum non eſt aduentitium: ſed ipſum quale eſt, tale natura ſua eſt: Itaq; qui aſſerit maiores & minores eſſe in diuina natura ſubſtantias, is imprudens diuinum numen ex inæqualibus compoſitum efficit, vt aliud concipiamus eſſe ſubiectũ, aliud verò id, quod participatur: cuius ſecundũ communicationem in bono, fiat id, quod non eſt tale. Quod D ſi verè ſimplicem omniq; modo vnam exiſtimaſſet ſubſtantiam, ipſamq, ſicuti eſt, bonitatem, non ex acquiſitione bonitatis eiuſmodi factam eſſe crediſſet, haudquaquam intenſionem & remiſſionem in ea ſtatuiſſet: nam prius quoq; diximus ſolam mali præſentiam bona imminuere. In his autem, quorum natura deterioris non eſt eapax, non licet terminum bonitatis animo comprehendere. At infinitum non eſt tali habitudine ad aliud: ſed ipſum ſecundum ſeipſum ſpectatum, nullo termino coërcetur. Porrò infinitum infinito plus minúſve habere, neſcio quomodo conceſſurus ſit is, qui rem accuratius perpenderit. Itaque ſi ſubſtantiam illam

Profert hũc locum Cypariſſ. decad. 9. c. 3.

ſupernam fatetur eſſe ſimplicem, ſecumque ipſam ſine diſſenſione conuenientem, neceſſe eſt, vt concedat eam quoque in communicatione ſimplicitatis, & infinitatis iunctim conuenire. Si vero ſubſtantias ab inuicem diſcriminat,& quaſi alienat,aliam Vnigeniti à ſubſtantia Patris,& aliam Spiritus ſancti à ſubſtantia Filii ſtatuens, intenſionemque & remiſſionem ipſis attribuit: non fallat nos occultis inſidiis, dum verbo quidem ſimplicitatem aſſerit, reipſa verò compoſitionem Dei affingit.

Sed iam rurſus verba illius ordine reſumamus. Ait, *cum ſincera ſit & ſimplex ſubſtantia ac prorſus vna,* *talíſque cogitetur & intelligatur ſecundum propriā dignitatem.* Quid ſibi vult illud, *ſecundum propriam dignitatem?* Si enim exiſtimat ſubſtantias eſſe dignitate pares: inanis certè & ſuperflua fuerit horum verborum appoſitio: vtpotè in rebus certis, & omnium confeſſione perſpicuis immorans: ſed danda eſt venia fortaſſis dictionis intempeſtiuæ vſurpationi, cum melior & ſanior de Deo exiſtimatio, non repudiet hanc orationis inanitatem & ſuperfluitatem. Verùm non imminet ei periculum committendi peccata verborum: (facile enim medicabilis morbus eſt) ſed longè peiora molitur, & impiè aggredi tentat. Nam ſimplicem dicit quamlibet trium ſubſtantiarum ſecundum propriam dignitatem, vt decretis ſuis, quæ ab initio ſanciuit, de prima, ſecunda, & tertia ſubſtantia, peruertatur quoque ſimplicitatis ratio. Nam quemadmodum ſolam ſupremam, & ſolam propriam Patris ſubſtantiam nominarit, nihil horum Filio vel Spiritu ſancto aſſignans, videlicet neque ſupremæ, neq. maximè propriæ appellationem: eodem modo cum ſubſtātias ſimplices nominat, arbitratur cuilibet ſimplicitatis rationē concedēdam eſſe, ſecundum modū & menſuram dignitatis, qua pollet, vt prima quidem & maximè propria ſubſtantia quaſi in arce & culmine ſimplicitatis conſtituatur: ſecunda, proportione quadam ſecundum menſuram diſtantiæ à prima, ſimplicitatis rationem participet: & tertia ſimiliter tantum à perfecta ſimplicitate recedat, quantum neceſſe eſt proportionem & ſtatum dignitatjs imminui, adeò vt ex hoc ſequatur, Patris quidem

A λογεῖ τὴν ὑπερκειμένην οὐσίαν, καὶ οἰκείως ἔχειν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὴν, συντιθέσθω τῇ κατὰ τὸ ἁπλοῦν, καὶ ἄπειρον κοινωνίᾳ συναπτομένην. Εἰ δὲ διΐστησι, καὶ ἀποξενοῖ τὰς οὐσίας ἀπ' ἀλλήλων, ἄλλην τοῦ μονογενοῦς παρὰ τὸν πατέρα, ἑτέραν δὲ τὴν τοῦ πνεύματος παρὰ τὴν τοῦ μονογενοῦς ἐννοῶν, καὶ τὸ πλέον, καὶ τὸ ἔλαττον ἐπ' αὐτῶν λέγει, μὴ λανθανέτω τῷ μὲν δοκεῖν, τὸ ἁπλοῦν χαριζόμενος, τῇ δὲ ἀληθείᾳ κατασκευάζων τὸ σύνθετον.

Πάλιν δὲ τὸν ῥηθέντα παρ' αὐτοῦ λόγον κα-
B θεξῆς ἀναλάβωμεν. εἰλικρινοῦς, φησιν, ἁπλῆς τῆς οὐσίας, καὶ πάντη μιᾶς οὔσης καὶ νοουμένης κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν. τί βούλεται τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν; Εἰ μὲν γὰρ ἐν κοινότητι τῆς ἀξίας θεωρεῖ τὰς οὐσίας, περιττὴ μὲν, καὶ οὕτως ἦν, καὶ παρέλκουσα ἡ προσθήκη τοῦ λόγου τοῖς ὁμολογουμένοις ἐμφέρεσιν ἐνδιατρίβουσα· πλὴν ἀλλ' εἶχέ τι συγγνωστὸν ἴσως ἡ ἀκαιρία τῆς λέξεως, τῆς εὐσεβεστέρας ἐννοίας, οὐκ ἀπόβλητον ποιούσης τὸ μάταιον, καὶ περιρρέον τοῦ λόγου. νῦν δὲ οὐ μέ-
C χρι τῆς τῶν ῥημάτων αὐτῷ διαμαρτίας ἐστὶν ὁ κίνδυνος. (ἦ γὰρ ἂν εὐίατον ἦν τὸ ἀρρώστημα) ἀλλ' ἔτι τῶν πονηρῶν ἔχεται τεχνασμάτων. ἁπλῆν γὰρ λέγει τῶν τριῶν οὐσιῶν ἑκάστην κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν· ἵνα τοῖς ἐξ ἀρχῆς ῥηθεῖσιν αὐτῷ διορισμοῖς, περὶ τῆς πρώτης τε, καὶ δευτέρας, καὶ τρίτης οὐσίας, καὶ ὁ τῆς ἁπλότητος συγκακουργῆται λόγος. ὥσπερ γὰρ μόνην ἀνωτάτω, καὶ μόνην κυρίαν τὴν τοῦ πατρὸς προσηγόρευσεν οὐσίαν, οὐδὲν τούτων ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος ὁμολογήσας, οὔτε τὴν
D ἄνω φωνὴν, οὔτε τὴν κυριωτάτην, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. καὶ ἁπλᾶς προσειπὼν τὰς οὐσίας, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐπιθεωρουμένης ἑκάστης ἀξίας, καὶ τὴν τῆς ἁπλότητος ἔννοιαν ἐφαρμόζειν οἴεται χρῆναι· ὡς τῆς μὲν κυριωτάτης, καὶ πρώτης, ἐν τῇ ἄκρᾳ, καὶ τελείᾳ θεωρουμένης ἁπλότητι, τῆς δὲ δευτέρας ἀναλόγως, κατὰ τὸ μέτρον τῆς τῶν πρωτείων ὑφέσεως, καὶ τὸν τῆς ἁπλότητος λόγον ὑποσταλλούσης· καὶ ἐπὶ τῆς τελευταίας ὡσαύτως τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν τῆς τελείας ἁπλότητος, ὅσον καὶ ἡ ἀναλογία τοῦ ἀξιώματος ἐπὶ τῶν ἐσχάτων κατασμικρύνεσθαι· ὡς ἐκ τούτου συμβαίνειν τὴν μὲν τοῦ πατρὸς

οὐσίαν ἁπλῆν καθαρῶς ὑπονοεῖσθαι· τὴν δὲ τοῦ υἱοῦ, μὴ ἀκριβῶς ἁπλῆν, ἀλλὰ καὶ τῆς συνθέτου φύσεως αὐτῇ παραμεμῖχθαι. τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος πλεονάζειν ἐν τῷ συνθέτῳ τὴν φύσιν, τοῦ τῆς ἁπλότητος λόγου, κατ' ὀλίγον ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἐλαττουμένου. ὥσπερ γὰρ τὸ μὴ τελείως ἀγαθὸν μέρει τινὶ τῆς ἐναντίας ἕξεως, μετέχειν ὁμολογεῖται, οὕτως ὁ μὴ παντελῶς ἐστιν ἁπλοῦν, οὐ διαφεύγει τὸ μὴ σύνθετον εἶναι δοκεῖν.

Καὶ ὅτι ταῦτα ἐστὶν τούτοις τοῖς λόγοις κέχρηνται, διὰ τῶν ἐφεξῆς σαφέστερον δείκνυται, δι' ὧν φανερώτερον εἰς χαμαιζήλους τινὰς, καὶ ταπεινὰς ὑπολήψεις κατάγει τὰς περὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ πνεύματος ἔννοιαν. συμπεριγραφομένων φησὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἐνεργειῶν, καὶ τῶν ἔργων ταῖς τῶν ἐργασαμένων ἐνεργείαις παραμετρουμένων, ἀνάγκη δήπου καὶ τὰς ἑκάστῃ τῶν οὐσιῶν ἑπομένας ἐνεργείας, ἐλάττους τε, καὶ μείζους εἶναι· καὶ τὰς μὲν πρώτην, τὰς δὲ δευτέραν ἐπέχειν τάξιν. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ φιλοπόνως τῇ ὁμίχλῃ τῆς λέξεως συγκαλύψας δυσθεώρητον αὐτῶν τὴν ἔννοιαν εἶναι τοῖς πολλοῖς παρεσκεύασεν· ἀλλ' οὖν ἐκ τῆς ἀκολουθίας τῶν ἐξητασμένων εὐκόλως σαφηνισθήσεται· συμπεριγραφομένων φησὶ τοῖς ἔργοις τῶν ἐνεργειῶν· ἔργα ὀνομάζει τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα· ἐνεργείας δὲ τὰς ἀποτελεστικὰς τούτων δυνάμεις· δι' ὧν ἀπειργάσθησαν, ἅσπερ μικρῷ πρόσθεν ἕπεσθαί φησι ταῖς οὐσίαις. ἡ δὲ τοῦ, συμπεριγράφεσθαι, λέξις δηλοῖ τὸ ἰσοστάσιον τῆς ἀποτελεσθείσης οὐσίας πρὸς τὴν ὑποστήσασαν δύναμιν· μᾶλλον δὲ οὐχὶ δύναμιν, ἀλλὰ δυνάμεως ἐνέργειαν· καθὼς αὐτὸς ὀνομάζει· ἵνα μὴ πάσης τῆς τοῦ ἐνεργοῦντος δυνάμεως ἔργον ᾖ τὸ ἀποτέλεσμα. ἀλλά τινος μερικῆς ἐνεργείας, τοσοῦτον ἐκ τῆς πάσης δυνάμεως κινηθείσης, ὅσον σύμμετρον ἔμελλε τῇ ἀπεργασίᾳ τοῦ γινομένου φανήσεσθαι. καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ἐπαναστρέψας φησί, καὶ τῶν ἔργων ταῖς τῶν ἐργασαμένων ἐνεργείαις παραμετρουμένων. τούτων δὲ ὁ νοῦς γένοιτο ἂν ἡμῖν δι' ὑποδείγματος γνωριμώτερος. ὑποθώμεθα γὰρ ἐπὶ ἐργαλείου τινὸς τῶν σκυτοτομικῶν εἶναι τὸν λόγον οὕτω, τὸ σμιλίον εἰς κύκλου σχῆμα περιηγμένον, ἐὰν ἐπιβληθῇ τινι ἐκ χειρὸς τὸν τοιοῦτον ἐντεινάσης τύπον, συμπεριγρά-

A ſubſtantiam, purè & merè ſimplicem eſſe; Filii verò ſubſtantiam non ſimpliciter ſimplicem eſſe, ſed aliquid compoſitionis admixtum habere: ſancti Spiritus autem ſubſtantiam plurimum de compoſitionis natura participare, cum ſimplicitatis ratio in extremis paulatim imminuatur: & ſicuti illud, quod non eſt perfectè bonum, in parte quadam contrarii habitus conſors eſſe, omnium confeſſione, aſſeritur: ita id, quod non omninò ſimplex eſt, effugere haud poteſt, quominus videatur compoſitum eſſe.

B Quod autem hæc ſpectans, iſto loquendi genere ſit vſus, manifeſtius fiet ex ſequentibus, vbi apertius & clarius exiſtimationem Filio & Spiritui ſancto debitam ad humiles quaſdã & abiectas opiniones deducit. *Cum enim,* inquit, *operibus circumſcribantur energiæ ſeu operationes, & ipſis etiam operibus operantium operationes commenſurentur & adæquentur, neceſſe eſt operationes, quæ ad quamlibet ſubſtantiarum conſequuntur, maiores & minores eſſe, & has quidem primas, illas verò ſecundas tenere.* Hæc enim licet ſtudioſè verborum caligine cooperta ſenſum contineant intellectu & explicatu multis valdè difficilem, ta- C men ex progreſſu refutationis facilè eluceſcent. *Cum circumſcribantur,* inquit, *operibus operationes. Opera* nominat Filium & Spiritũ, operationes verò productrices horum facultates, quibus producti ſunt, quas paulò antea dixit ſequi ad ſubſtantias. At vero vox *circumſcribendi* ſignificat æqualem ſtatum productæ ſubſtantiæ cum facultate, quæ illam producere poteſt: vel potius non cum facultate, ſed cum facultatis operatione, quemadmodum ipſe nominat, ne vniuerſæ facultatis eius, qui operatur, opus ſit, ſed cuiuſdam particularis ope- D rationis, tantum videlicet ex totius facultatis viribus manante: quantum videri poteſt par & ex æquo reſpondens effectioni eius, quod productũ eſt, rurſumq; idem inculcans ait: *Cumque opera ipſis etiam operationibus * commenſurentur & adæquentur:* quorum verborum ſenſus clarior fiet allatis exẽplis: Ponamus de inſtrumento aliquo ſutorio ſermonem eſſe in hunc modum: ſcalprum in circuli modum conformatum, ſi imponatur alicui, in quo quis typum eius

& figurã exprimere velit, tunc id, quod ſcinditur, formam & figuram ferri recipit: & tantus eſt in ſectione ambitus, quantus in inſtrumento, quantoque interuallo circumductum eſt inſtrumentum, tantum in ſectione etiam circulum deſcribet: Talis eſt Theologi huius cogitatio de diuina vnigeniti Filii hypoſtaſi. Ait, *operationem quandam, quaſi inſtrumentum, quæ ad primam ſubſtantiam ſequatur, effeciſſe opus ſibi commenſuratum*, videlicet Dominum noſtrum: Sic enim glorificat iſte Filium
Philip. 2. Dei, qui *in gloria Patris* nunc glorificatur: hunc aſſerit *opus commenſuratum*, & certa proportione reſpondens ei, qua effectus ſit, operationi. Quæ igitur eſt hæc energia & operatio, quæ Deum quidem vniuerſorum ſequatur, & ante Vnigenitum præconcipiatur circumſcribens ipſius ſubſtantiam? Eſtne eſſentialis quædam potentia, per ſeipſam ſubſiſtens, & arbitratu ſuo, per liberam voluntatis actionem id, quod placet, operans? Igitur ipſa eſt, Pater Domini, & cur amplius nomen Patris Deo vniuerſorum attribuimus: ſi non ipſe, ſed energia quædam, & operatio extrinſecus conſequens & adueniens Filiũ producit? Et quomodo Filius eſt Filius, quẽ per aliud quiddam ſubſiſtere, & inſtar ſuppoſititii cuiuſdam & ſpurii: (det veniam orationi Dominus) in Patris conſortium irrepſiſſe, & ſola Filii appellatione honeſtatum eſſe dicit? Quomodo collocabit poſt Deum vniuerſorum, Filium: qui tertium à Patre numerat Filium: collocata media illa energia ſeu operatione ſecundo loco? Hac ſerie Spiritus ſanctus non tenebit amplius locum tertium, ſed quintum: operatione, quæ ad ſubſtantiam Vnigeniti ſequitur, & per quam Spiritus ſanctus ſubſiſtit, vt Eunomius putat, media interiecta.

Ioan. 1. Sed & illud Euangeliſtæ: *Omnia per ipſum facta ſunt*, hac ratione vanum & falſum efficietur, alia quadam ſubſtantia antiquiore, quàm ſit Vnigenitus, ab hoc nouo Theologo conficta, cui meliore iure cauſa omnis creationis & creaturæ ac-

A φέρεται τῷ σχήματι τοῦ σιδήρου τὸ δι' αὐτοῦ ἐντεμνόμενον, καὶ τοσοῦτος ὁ ἐν τῇ τομῇ κύκλος διαγραφήσεται, ὅσος ἐν τῷ ὀργάνῳ ἐστί. καὶ πάλιν, ὅσῳ διαστήματι περιήκται τὸ ὄργανον, τοσοῦτον καὶ διὰ τῆς τομῆς περιγράψει τὸν κύκλον. τοιαύτη τοῦ θεολόγου ἡ ἔννοια περὶ τῆς θείας τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσεως, ἐνέργειάν τινα καθάπερ ὄργανον τῇ πρώτῃ οὐσίᾳ παρεπομένην σύμμετρόν φησιν ἑαυτῇ ἔργον πεποιηκέναι τὸν κύριον· οὕτως εἰδὼς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ δοξάζειν, τὸν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς νῦν δοξαζόμενον, καὶ
B ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως ἐκκαλυφθησόμενον. τοῦτόν φησιν ἔργον ὄντα, τῇ ἐργασαμένῃ αὐτὸν ἐνεργείᾳ παραμετρεῖσθαι. τίς τοίνυν ἡ ἐνέργεια, ἡ τῷ Θεῷ μὲν τῶν ὅλων παρεπομένη· πρὸ δὲ τοῦ μονογενοῦς νοουμένη, καὶ περιγράφουσα αὐτοῦ τὴν οὐσίαν· δύναμίς τις οὐσιώδης καθ' ἑαυτὴν ὑφεστῶσα, καὶ τὸ δοκοῦν ἐργαζομένη δι' αὐτεξουσίου κινήματος. οὐκοῦν αὐτὴ, πατὴρ τοῦ κυρίου· καὶ τί ἔτι ἐπιθρυλλεῖται τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ ἡ τοῦ πατρὸς κλῆσις, εἰ μὴ ἐκεῖνος, ἀλλά τις ἐνέργεια τῶν ἔξωθεν παρεπομένων τὸν υἱὸν ἀ-
C πειργάσατο. πῶς δὲ υἱὸς, ὁ υἱός. ὃν δι' ἑτέρου μέν τινος ὑποστῆναι λέγει. καθάπερ δέ τινα τῶν ὑποβολιμαίων, (ἵλεως δὲ εἴη τῷ λόγῳ ὁ κύριος) οὕτω τὴν οἰκειότητα τοῦ πατρὸς ὑποδύεσθαι μόνῃ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ υἱοῦ τετιμημένῳ· πῶς δὲ μετὰ τὸν Θεὸν τῶν ὅλων, καὶ τὸν κύριον τάξει ὁ τρίτον ἐκ τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἀριθμῶν, τῆς μεσιτευούσης ἐνεργείας ἐκείνης ἐν δευτέρᾳ τάξει, μετὰ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀριθμουμένης, κατὰ δὲ τὴν ἀκολουθίαν ταύτην, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πάντως οὐκέτι ἐν τρίτῃ, ἀλλ' ἐν πέμ-
D πτῃ τάξει καταληφθήσεται, τῆς ἐνεργείας ἐκείνης ἐν δευτέρᾳ τάξει, μετὰ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀριθμουμένης, κατὰ δὲ τὴν ἀκολουθίαν ταύτην, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πάντως οὐκέτι ἐν τρίτῃ, ἀλλ' ἐν πέμπτῃ τάξει καταληφθήσεται· τῆς ἐνεργείας τῆς τῷ μονογενεῖ παρεπομένης, καθ' ἣν ὑπέστη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ὁ Εὐνομίου λόγος, διὰ μέσου πάντως ἀριθμουμένης.

Ἀλλὰ καὶ τὸ πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι λέγειν, ἀσύστατον διὰ τούτων ἐπιδειχθήσεται· ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως πρεσβυτέρας τοῦ μονογενοῦς παραναπλασθείσης ὑπὸ τοῦ καινοῦ θεολόγου, εἰς ἣν εἰκότως ἡ αἰτία τῆς κτίσεως

τῶν

τῶν πάντων ἀνενεχθήσεται· διότι καὶ αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς ἡ κατασκευὴ κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον, τῆς ἐνεργείας ἐκείνης ἤρτηται. εἰ δὲ ταῦτα τὰ ἄτοπα φεύγων ἀνυπόστατόν τι πρᾶγμα λέγοι τὴν ἐνέργειαν, ἧς ἀποτέλεσμα τὸν υἱὸν διορίζεται, πάλιν εἰπάτω· πῶς ἕπεται τῷ ὄντι τὸ μὴ ὄν. πῶς δὲ κατεργάζεται τὸν ὑφεστῶτα, τὸ μὴ ὑφεστώς; εὑρεθήσεται γὰρ διὰ τούτων, ἀκολουθοῦντα μὲν τῷ Θεῷ τὰ ἀνύπαρκτα. αἴτια δὲ τῶν ὄντων τὰ μὴ ὄντα γινόμενα, καὶ περιγράφοντα τὴν τῶν ὑφεστώτων φύσιν· ἃ τῇ ἑαυτῶν οὐχ ὑφέστηκε φύσει, καὶ ἡ πάσης τῆς κτίσεως ἀποτελεστικὴ, καὶ δημιουργὸς δύναμις τῷ ἀνυπάρκτῳ κατὰ τὸν ἴδιον λόγον περιληφθήσεται. τοιαῦτα τοῦ θεολόγου τὰ δόγματα, ὃς τὸν κύριον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, καὶ πάσης τῆς κτίσεως δημιουργὸν τὸν ἐν ἀρχῇ ὄντα λόγον Θεοῦ, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, τοῦτον ἀνυπάρκτῳ τινὶ καὶ ἀνυποστάτῳ πράγματι ἢ νοήματι, ἢ οὐκ οἶδ' ὅπως ὀνομάσαι προσήκει τὴν παρ' αὐτοῦ νῦν ἀναπλασθεῖσαν ἐνέργειαν ὑποστῆναι λέγει, καὶ ἐν αὐτῇ περιγεγράφθαι, οἷόν τινι ἑρκίῳ τῇ ἀνυπαρξίᾳ πανταχόθεν διειλημμένον. καὶ οὐ συνίησιν ὁ τὰ ἀθέατα βλέπων, εἰς οἷον καταστρέφει πέρας ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου. εἰ γὰρ ἀνυπόστατος μὲν ἡ ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ, ταύτῃ δὲ ἐμπεριγράφεται. τὸ ἐκ τῆς ἀνυπαρξίας ἀποτελεσθὲν ἔργον. πάντως ὅτι τοιοῦτον τι νοηθήσεται τῇ φύσει τὸ ἀποτέλεσμα οἵα καὶ ἡ τοῦ ὑποστήσαντος μὲν τὸ ἔργον φύσις ἀνεπλάσθη τῷ λόγῳ. τὸ γὰρ ἀποτελεσθὲν ἐκ τῆς ἀνυπαρξίας, καὶ ἐμπεριειλημμένον ταύτῃ, παντὶ δήπου πρόδηλον· τί νοεῖται· ὅτι οὐδέν. οὐδὲ γὰρ ἔχει φύσιν ὑπὸ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία περιέχεσθαι· οὔτε γὰρ ὑπὸ πυρὸς, ὕδωρ· οὔτε ὑπὸ θανάτου, ζωή· οὔτε ὑπὸ σκότους, φῶς· οὔτε ὑπὸ τοῦ μὴ ὄντος, τὸ ὄν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑπὸ τῆς περιττευούσης αὐτῷ σοφίας, ἢ οὐ συνίησιν, ἢ ἑκὼν ἀμβλυωττεῖ πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

Ἐξ ἀνάγκης δέ τινος τὸ ἔλαττον ἐπὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσεως νοεῖν· καὶ πάλιν, ἐπίτασίν τινα τῆς ἐλαττώσεως παρὰ τὸν υἱὸν ἐνθεωρεῖν τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατασκευάζει οὕτω λέγων τοῖς ῥήμασιν· ἀνάγκη πᾶσα

A cepta feratur, cum ipſius etiam Vnigeniti productio ſecundum hanc opinionem ab illa energia & operatione pendeat. Quod ſi has abſurditates vitare volens, aſſerat operationem illam eſſe rem non ſubſiſtentem: rurſus explicet nobis, quomodo ad id, quod exiſtit, ſequatur id, quod non exiſtit: & quomodo id, quod non ſubſiſtit, efficiat eum, qui exiſtit? Ex his certè efficitur à Deo prodire ea, quæ non exiſtunt, & cauſam rerum eſſe ea, quæ non ſunt: & ea, quæ natura ſua non ſubſiſtunt, circumſcribere eorum, quæ ſubſiſtunt, naturam, omniſque creaturæ vis ef- B fectrix & productrix continebitur ſecundum propriam ſuam rationem eo, quod non ſubſiſtit: Talia ſunt iſtius Theologi placita, qui Dominum cœli & terræ, & omnis creaturæ conditorem, Verbum Dei, quod in principio erat, & per quod omnia facta ſunt, ſubſiſtere docet ex non exiſtente vel ſubſiſtente re quadam vel conceptione, vel neſcio quo alio nomine fictam ab ipſo energiam & operationem appellare liceat, ipſâque non exiſtentiâ, velut ſepto quodam & limite, vndique circumſcriptum & obſeptum eſſe: at C non intelligit is, qui inuiſibilia ſe videre iactitat, in quidnam oratio tandem deſinat. ſi enim operatio Dei non ſubſiſtit, hácque circumſcribitur & quaſi ambitur, illud, quod à non exiſtentia producitur: omnino neceſſe eſt, vt ſecundum naturam ſuam effectus eiuſmodi iudicetur, qualis eſt natura eius, quod iſte comminiſcitur, effectum produxiſſe: nam quod à non exiſtentia effectum eſt, eâque comprehenſum includitur, id quale ſit, ſatis liquet: nimirum non ens ſeu nihil. neque enim ita natura comparatum eſt, vt con- D traria contrariis comprehendantur & circumſcribantur: putà ab igne aqua, à morte vita: à tenebris lumen, ab ente non ens. Sed hæc quidem præ nimia ſapientia, aut non intelligit, aut ſciens volenſque cæcutit ad veritatem.

Porrò ex neceſſitate quadam imminutionem in ſubſtantia & hypoſtaſi Filii ponit: iterumque in Spiritu ſancto, reſpectu Filii, ſimilem perfectionis decretionem ſtatuit: nam hæc ſunt eius verba. *Neceſſarium omninò*

eſt, vt operationes, quæ ad quamlibet ſubſtantiarum conſequuntur, ſint maiores & minores. Hanc autem neceſſitatem quæ in diuina natura hæc efficiat, intenſionemque & remiſſionem ſorte quaſi diuidat, neq; ab ipſo didicimus, neque in hunc vſque diẽ proprio ſtudio intelligere potuimus: Hucuſque enim apud omnes, qui ſuſcipiunt Euangelicæ prædicationis ſimplicitatem, ſententia illa obtinet, nulli neceſſitati diuinam naturã ſubiacere, quæ ad ſubſtantiæ imminutionem Vnigenitum Filiũ tanquam mancipium quoddam emptitium cogat & deiiciat. Sed hoc, licet non exigua diſquiſitione dignum ſit, omiſſo, id vnum elaborat, vt perſuadeat, defectũ concipiendum eſſe: Neque huic duntaxat neceſſitas orationem adigit, ſed & ad maiorem impietatem & blaſphemiã progreditur, quemadmodũ iam ſpeciatim explicatum eſt: Si enim Filius non ex Patre, ſed ex quadam nõ exiſtente energia productus eſt, non ſolum minor erit Patre, ſed ipſa neceſſitate cogente, oportebit ad Iudaiſmum, doctrinam hanc deflectere: nam quod nõ entis effectus eſt, illud ratio neceſſitatis huius, non paruũ aut minus arguit, ſed potius illud eſſe declarat, quod ne ipſi quidẽ accuſatori proferre tutum eſt. Quemadmodũ enim omnium conſenſu exiſtit, id quod ex ente ortum ducit: ſic contraria ratione de iſto ſentiendum erit, quod ex non exiſtente naſcitur. Si enim ipſum non ſit aliquid, quomodo aliud ex ipſo exiſtet?

Profert hũc locũ Cypariſſ. decad. 10. cap 4.

Si igitur nõ exiſtit ſecundũ propriam ſubſtãtiæ ſuæ rationem energia illa, quę Deũ ſequitur, & quæ Filium producit: quis adeò cæcus eſt, vt nõ intelligat huius blaſphemiæ molitionem: quod videlicet dirigat omnẽ ſuam induſtriã & cogitationẽ ad hoc, vt ſaluator noſter penitus abnegetur? Quod ſi Filii ſubſiſtentiam ſeries diſputationis, quã iſti texũt, ex animis & fide fideliũ auferat, nihil ei, niſi nudũ nomen relinquens, haud procliue creditu erit, Spiritum ſanctũ ſubſiſtere, quippe cuius productio à nõ exiſtentibus deducatur. Si enim ſecũdum propriam ſuã ſubſtãtiam non exiſtit ea, quæ ad Deũ cõſequitur operatio, neceſſariò cõficitur, etiã id, quod ab hac producitur, eſſe quid non ſubſiſtẽs: & ſi ab hoc rurſus operatio quædã non exiſtens procedit, perquã Spiritus ſanct⁹ ſit effectus & productus: quomodo non omnibus liquidò conſtat blaſphemia: quòd ſcilicet,

Quod mihi animaduertiſſe videtur diuinus Apoſtolus, & intellexiſſe eandem rem à duobus Prophetis diuerſis appellationibus ſignificari, accepta ex iis, quæ omnium erat aptiſſima, Seraphinos appellauit Virtutes: vt nulla occaſio Sycophantis relicta ſit, aſſerendi Spiritum ſanctum relictum eſſe, inſtar horum alicuius, in ordine creaturarum. Nominati enim ſunt, vt iam oſtenſum eſt: illa verò præterita ſunt, quemadmodum ex ipſa Paulinæ narrationis ſerie cognoſcere licet, qui omnem creaturam numero multitudinis extulit: eorum verò, quæ ſingulariter dicuntur, ſingulariter quoque mentionem facit, hoc enim proprium eſt Trinitatis ſingulariter enunciari: vnus Pater, vnus Filius, vnus Spiritus ſanctus. At omnia ſuperius enumerata, in multitudinis numero recenſita ſunt: *Principatus, Poteſtates, Dominationes & Virtutes*: vt nullus præbeatur ſuſpicandi locus, vnam quampiam rem ex his eſſe itidem ipſum Spiritum ſanctum: ſed Paulus ſilentio præterit inexplicabilia, & benefacit: Nouit enim in paradiſo audire ineffabilia verba, & abſtinere ab iiſdem expromendis & eloquendis, quando de rebus inferioris conditionis & ſtatus ſermonem inſtituit.

At veritatis aduerſarii etiam ineffabilibus non abſtinēt, maieſtatem Spiritus humili creaturæ conditione violantes,

A ὠνόμασιν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ παρὰ τῷ Ἠσαΐᾳ Σεραφὶμ, παρ' ὧν ἐναργῶς τὸ τῆς τριάδος ἐκηρύχθη μυστήριον· ὅτε τὴν (ἅγιος) φωνὴν τὸ ἐν ἑκάστῳ τῶν ἐν τῇ τριάδι κάλλος καταπληττόμενα, θαυμαστικῶς ἐξεβόησαν· περιείληπται τῷ καταλόγῳ τῶν μνημονευθέντων τῇ προσηγορίᾳ τῶν δυνάμεων ὀνομασθέντα παρά τε τοῦ μεγάλου Παύλου· καὶ πρὸ τούτου παρὰ τοῦ προφήτου Δαυίδ. ὁ μὲν γάρ φησιν· εὐλογεῖτε τὸν κύριον πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἠσαΐας ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖτε εἰπεῖν, τὰ ῥήματα τῆς εὐλογίας ἀνέγραψεν, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ· B πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· τὸ δὲ λειτουργοὺς εἶναι τὰς δυνάμεις ταύτας ποιούσας τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, διὰ τῆς γενομένης ἁμαρτιῶν καθάρσεως κατὰ τὸ βούλημα τοῦ ἀποστείλαντος, παρ' ἑνὸς τῶν Σεραφὶμ ὑπηνίξατο. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ λειτουργία τῶν πνευμάτων τούτων, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν σωζομένων ἐκπέμπεσθαι.

Ἅ μοι δοκεῖ κατανοήσας ὁ θεῖος ἀπόστολος, καὶ μαθὼν ὅτι τὸ αὐτὸ πρᾶγμα παρὰ τῶν δύο προφητῶν ἐν διαφόροις ταῖς προσηγορίαις σημαίνεται, τὴν γνωριμωτάτην τῶν φωνῶν ἐκλεξάμενος, δυνάμεις τὰ Σεραφὶμ ὠνόμασεν, ὡς C μηδεμίαν ἀφορμὴν τοῖς συκοφάνταις καταλελεῖφθαι τοῦ κατὰ τὸ ἴσον τούτων ἑνὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῷ καταλόγῳ τῆς κτίσεως παραλελεῖφθαι λέγειν· τὰ μὲν γὰρ εἴρηται καθὼς ἀποδέδεικται, τὰ δὲ σεσιώπηται, καθώς ἐστιν ἐκ τῶν κατειλεγμένων ὑπὸ τοῦ Παύλου μαθεῖν, τοῦ πᾶσαν μὲν πληθυντικῶς ἀναριθμησαμένου τὴν κτίσιν. τῶν δὲ μοναδικῶς λεγομένων ἑνικῶς μνημονεύσαντος. τοῦτο γὰρ ἴδιον τῆς ἁγίας τριάδος ἐστί· τὸ μοναχῶς ἐξαγγέλλεσθαι. εἷς πατὴρ, καὶ εἷς υἱὸς, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον. τὰ δὲ εἰρημένα πάντα ἐν πλήθει κατείλεκται, ἀρχαὶ, καὶ ἐξουσίαι, D καὶ κυριότητες, καὶ δυνάμεις, ὡς μηδεμίαν παρέχειν ὑπόνοιαν τοῦ ἓν τούτων εἶναι καὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον· ἀλλὰ Παῦλος μὲν σιωπᾷ τὰ ἀπόρρητα, καὶ καλῶς ποιεῖ· οἶδε γὰρ ἀκούειν μὲν ἐν παραδείσῳ τὰ ἄρρητα ῥήματα, φείδεσθαι δὲ τῆς τῶν ἀνεκφωνήτων ἐξαγορεύσεως, ὅταν περὶ τῶν κατωτέρων ποιῆται τὸν λόγον.

ΟΙ δὲ τῆς ἀληθείας πολέμιοι, καὶ τῶν ἀρρήτων κατατολμῶσι, τὸ μεγαλεῖον τοῦ πνεύματος, τῷ ταπεινῷ τῆς κτίσεως καθυβρίζοντες

ὥσπερ οὐκ ἀκηκοότες, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος, A παραδιδοὺς τοῖς μαθηταῖς τὸ τῆς θεογνωσίας μυστήριον, ἐν ὀνόματι πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος τοῖς ἀναγεννωμένοις εἶπε τὴν ζωὴν συμπληροῦσθαι, καὶ παραγίνεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο συντάξας τῷ πατρὶ, καὶ ἑαυτῷ, τῆς περὶ τὴν κτίσιν ὑπονοίας, τὸ πνεῦμα ἐχώρισεν, ὡς ἐξ ἀμφοτέρων δοθῆ, καὶ πρέπουσαν γίνεσθαι περὶ αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν· Παύλου μὲν ἐν τῇ μνήμῃ τῆς κτίσεως τὴν μνήμην ἀποσιγήσαντος· τοῦ δὲ κυρίου ἐν τῇ μνήμῃ τῆς ζωοποιοῦ δυνάμεως, τὸ πνεῦμα, τὸ ἅγιον, τῷ πατρὶ, καὶ ἑαυτῷ συναρμόσαντος· οὕτως ἡμῖν ὁ λόγος διὰ B τῆς ἁγίας γραφῆς ὁδηγούμενος, ὑπερτίθησι μὲν τῆς κτίσεως τὸν μονογενῆ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· κατὰ δὲ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀπόφασιν, ἐν τῇ μακαρίᾳ τε, καὶ ζωοποιῷ, καὶ ἀκτίστῳ φύσει θεωρεῖν διὰ πίστεως ὑποτίθεται, ὥστε τὸ ἄνω τῆς κτίσεως, καὶ τῆς πρωτευούσης, καὶ διὰ πάντων τελείας φύσεως ἓν πιστευόμενον, μηδενὶ τρόπῳ, τὸν τῆς ἐλαττώσεως παραδέχεσθαι λόγον· κἂν ὁ τῆς αἱρέσεως προστάτης περικόπτῃ τὸ ἀόριστον, ἐν τῇ τοῦ ἐλάττονος ἐπινοίᾳ, οἱονεὶ διακολοβῶν καὶ συστέλλων τῆς θείας οὐσίας τὴν τελειότητα C ἐν τῷ, τὸ μεῖζον, τὸ ἔλαττον αὐτοῖς ἐνθεωρεῖν, διορίζεσθαι.

Τί τοίνυν προστίθησι τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν εἰρημένων σκοπήσωμεν. μετὰ τὸ εἰπεῖν, ἐξ ἀνάγκης, ἐλάττους τε, καὶ μείζους τὰς οὐσίας οἴεσθαι δεῖν εἶναι. καὶ τὰς μὲν πρώτην ἐπέχειν τάξιν κατά τινα μεγέθους καὶ ἀξίας διαφορὰν ἐν τῇ προτιμήσει τεταγμένας· τὰς δὲ δευτέρας, διὰ τὸ ὑποβεβηκὸς τῆς φύσεώς τε, καὶ τῆς ἀξίας ἀπεωσμένας, ταῦτα ἐπήγαγεν· πρὸς τοσαύτην φησὶ ἐξικνεῖσθαι διαφορὰν, πρὸς ὁπόσην ἂν ἐξικνῆται τὰ ἔργα. ἐπεὶ μηδὲ θεμιτὸν D τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν εἰπεῖν καθ' ἣν τοὺς ἀγγέλους ἐποίησεν, ἢ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸν οὐρανὸν, ἢ τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' ὅσῳ τὰ ἔργα τῶν ἔργων πρεσβύτερα, καὶ τιμιώτερα, τοσούτῳ καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς ἐνεργείας ἀναβεβηκέναι φαίη ἄν τις περὶ τούτου διαβεβαιούμενος· ἅτε δὴ τῶν αὐτῶν ἐνεργειῶν τὴν ταυτότητα τῶν ἔργων ἀποτελουσῶν, καὶ τῶν παρηλλαγμένων ἔργων, παρηλλαγμένας καὶ τὰς ἐνεργείας ἐμφαινόντων.

Ταῦτα τοίνυν ἐγὼ μὲν ὑπολαμβάνω,

A quaſi ignari eſſent ipſum verbũ Deum, quando diſcipulis myſterium diuinæ agnitionis tradebat, aſſeruiſſe, *in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti*, regeneratis vitam conferri & conſummari, ac proinde quia ſecum, & cum Patre Spiritum ſanctum coniunxit, eundem à rerum creatarum ordine exemit: vt ex his duobus locis inter ſe comparatis competens & digna de Spiritu ſancto exiſtimatio exiſtat: cum Paulus in enumeratione creaturarum eius mentionem nullam fecerit: & Dominus, cum viuifica illa regenerationis verba deſcriberet: eundem Patri & ſibi copularit. B Quo fit, vt ratio, Scripturæ ſacræ auſpiciis & ductu directa, ſupra creaturæ ſortem, euehat vnigenitum & Spiritum ſanctum, & ſecundum Saluatoris mandatum, in beata illa, viuificatrice & increata natura ipſum fide contemplari iubet. Itaque id, quod creditur vnum ex iis, quæ ſupra creaturam ſunt, naturæque primæ, & omnibus numeris abſolutæ, nullo modo imminutionis rationem ſubire poteſt: etiamſi hæreſeos auctor circumſcribere & quaſi circumdare velit infinitum minoris opinione, velut mutilans & contrahens C diuinæ naturæ perfectionem: dum plus & minus in ea conſiderandum eſſe docet.

Matth. 28.

Ibidem.

Videamus igitur quid amplius afferat, dum orationis ſuæ ſeriem pertexere pergit. Cum dixiſſet *ex neceſſitate quadam minores & maiores ſubſtantias exiſtimandas eſſe*: & has quidem primum tenere locum, ſecundùm magnitudinis & dignitatis differentiam, in honoris præcellentia ordinatas & diſpoſitas: has vero ſecundum, propter naturæ inferiorem conditionem, defe D ctúmque dignitatis: hæc ſubiecit: *tanto diſcrimine inter ſe diſsidere, quanto diſsident ipſa opera, cum nefas ſit dicere, eandem eſſe operationem, qua Angelos fecit, vel ſtellas & cœlum, vel hominem: ſed quanto opera operibus excellentiora & præſtantiora ſunt, tanto & operationem operationi anteſtare meritò quis aſſeuerauerit: qui piè de hoc cogitare velit: cum eædem operationes eoſdem etiam effectus producant: cumque diuerſa opera diuerſas etiam operationes demonſtrent.* Hæc ne ipſum quidem auctorem intelligentia aſ-

Verba Eunomij.

ſequi, certò mihi perſuadeo, adeò verborum quaſi cœno ſententia omnis inquinata & ſordidata eſt, vt nemo ſit, qui in hoc elocutionis cœno diſpicere queat, quænam ſit ſubiecta notio. Illud enim: *Tanto diſcrimine diſtare, quanto diſtant ipſa opera*: videtur eſſe Apollinis cuiuſdam obliquè vaticinantis: vt exterorum ſcriptis fertur, & auditores in fraudem & deceptionem ambiguitate garrulitatis inducere volentis. Si verò me iis, quę hactenus diſcuſſi, inſiſtentem, coniecturam facere oportet de iis, quæ hoc loco ſubdolè texit, hoc videlicet vult aſſerere, tantam operationum diuerſitatem ſtatuendam eſſe, quanta ſit ipſorum operum inter ſe mutuò differentia. At de quibuſnam operibus hic ſermonem faciat, non eſt procliuè ex dictis colligere: Si enim loquimur de rebus, quę in creaturarum ordine collocantur, non ſatis diſpicio, quî nam cohæreant hæc cum præcedentibus: Cum enim quæſtio ſit de Patre & Filio & Spiritu ſancto, non apparet, qua occaſione diſſerat de terra, aqua, aëre, igne, animaliumque diuerſitatibus: verbiſque explicet, & deſcribat opera operibus dignitate & excellentia præſtantiora, & quàm etiam prudenter, & cum ratione operationem operationi antecellere aſſeueret. Si verò vnigenitum Filium & Spiritum ſanctum nominat opera, quaſnam appellat operationum differentias, quibus opera hæc efficiuntur? Quænam iſtæ ipſæ operationes, quæ alias operationes præſtantia tranſcendunt? Neque explicat, quidnam intelligat nominè *tranſcenſionis*, qua vna operatio alteram tranſcendit, neque quidquam de natura operationum tradidit, ſed huc vſque nihil agens oratione proceſſit, cum neque demonſtret eas ſecundum eſſentiam ſuam ſubſiſtere, neque voluntatis quandam motionem per ſe non ſubſiſtentem eſſe. Sententia enim eorum, quæ diſſeruit, inter vtramque harum opinionum fluctuans, & quaſi in medio ſuſpenſa, ad vtramque perſuaſiodem inclinat.

Addit verò, nefas eſſe exiſtimare, eandē eſſe operationem, qua Angelos fecit, vel ſtellas, vel cœlum, vel homines. Rurſus qua neceſſitate vel ſerie diſputationis coactus, hæc præ-

A μηδὲ αὐτὸν τὸν συγγραφέα δύνασθαι ἂν εὐπόρως εἰπεῖν· ὅτι ποτὲ νοήσας συνέγραψεν· οὕτως ἀναπεφόλωται τῇ ἰλύϊ τῆς φράσεως ἡ διάνοια τῶν εἰρημένων, ὡς μηδένα ἂν διιδεῖν εὐκόλως ἐν τῷ βορβόρῳ τῆς ἑρμηνείας δυνηθῆναι τὸ βούλημα. τὸ γὰρ πρὸς τοσαύτην ἐξικνεῖσθαι διαφορὰν, πρὸς ὁπόσην ἂν ἐξικνῆται τὰ ἔργα Λοξίου τινὸς κατὰ τὸν ἔξωθεν μῦθον ὑπονοήσειεν ἄν τις εἶναι πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων φλυαρουμένου. Εἰ δὲ χρὴ τοῖς προεξητασμένοις ἑπόμενον ἐκ τῶν ἐνταῦθα αὐτῷ κατασκευαζομένων στοχάσασθαι, τοῦτό B ἐστι, ὃ ἐνδείκνυται. ὅτι ὅση τῶν ἔργων ἡ πρὸς ἄλληλά ἐστι παραλλαγὴ, τοσαύτη καὶ τῶν ἐνεργειῶν ἡ διαφορὰ πρὸς ἀλλήλας ἐπιγνωσθήσεται. περὶ τίνων τοίνυν ἔργων ἐνταῦθα ποιεῖται τὸν λόγον, οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν εἰρημένων εὑρεῖν. Εἰ μὲν γὰρ περὶ τῶν ἐν τῇ κτίσει λέγει θεωρουμένων, οὐκ οἶδα ποίαν ἀκολουθίαν ἔχει ταῦτα πρὸς τὰ προάγοντα. τῆς γὰρ ζητήσεως περὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος οὔσης τίνα καιρὸν ἔχει γῆν, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ πῦρ, καὶ τὰς τῶν ζώων διαφορὰς φυσιολογεῖν, C καὶ διεξιέναι τῷ λόγῳ, καὶ διαγράφειν ἔργα ἔργων πρεσβύτερα, καὶ τιμιώτερα, καὶ ἐνεργείας ἐνεργείας ἀναβεβηκέναι λέγειν εὐλόγως διανοούμενον. Εἰ δὲ τὸν μονογενῆ υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα προσαγορεύει τὰ ἔργα, τίνας λέγει πάλιν τὰς τῶν ἐνεργειῶν διαφορὰς, δι' ὧν τὰ ἔργα ταῦτα ἀποτελεῖται; τίνες δὲ κἀκεῖναι αὗται αἱ ἐνέργειαι, αἱ τὰς ἐνεργείας ἀναβαίνουσαι; οὔτε γὰρ τὴν ἀνάβασιν ἣν ἀναβαίνει, καθώς φησιν αὐτὸς, ἡ ἐνέργεια τὴν ἐνέργειαν, ὅ, τί ποτε νοεῖ διεσάφησεν, οὔτε τι περὶ τῆς φύσεως τῶν ἐνεργειῶν διελέχθη, ἀλλ' ἐπ' οὐδενὸς μέχρι τοῦ νῦν βέβηκεν ὁ λόγος αὐτῷ, οὔτε τὸ D οὐσιωδῶς ὑφεστάναι κατασκευάζων, οὔτε θελήματός τινα κίνησιν ἀνυπόστατον ἐνδεικνύμενος. δι' ὅλου γὰρ ἡ διάνοια τῶν εἰρημένων ἐπὶ τοῦ μέσου τῶν ὑπολήψεων ῥιφεῖσα, πρὸς ἑκατέρας τὰς ὑπονοίας μεταρριπίζεται.

Προστίθησι δὲ, ὅτι οὐδὲ θέμις τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν εἰπεῖν, καθ' ἣν τοὺς ἀγγέλους ἐποίησεν, ἢ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸν οὐρανὸν, ἢ τὸν ἄνθρωπον. πάλιν ταύτας ἐκ ποίας ἀνάγκης, ἢ ἀκολουθίας τοῖς εἰρημένοις ἐπήγαγεν, ἢ τί μᾶλλον

διὰ τούτων κατασκευάζεται. τὸ παρηλλάχθαι τὰς ἐνεργείας κατὰ τοσοῦτον ἀλλήλων, ὅση καὶ τῶν ἔργων ἐστὶν ἡ πρὸς ἄλληλα διαφορά, τῷ μὴ τοῦ αὐτοῦ τυγχάνειν ἔργα τὰ πάντα· ἀλλ' ἕτερα ἐξ ἑτέρου γεγενῆσθαι κατασκευάζειν. ἐγὼ μὲν οὐ συνορῶ. οὐρανὸν γὰρ, καὶ ἀγγέλους, καὶ ἀστέρας, καὶ ἀνθρώπους, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν τῇ κτίσει νοούμενα, ἑνὸς ἔργα τὰ πάντα παρὰ τῆς γραφῆς μεμαθήκαμεν. ὁ δὲ τοῦ δόγματος αὐτῶν κατασκευάζει λόγος, ὅτι οὐχ ἑνὸς ἔργα ὁ υἱός, καὶ τὸ πνεῦμα· ἀλλ' ὁ μὲν υἱὸς τῆς παρεπομένης τῇ πρώτῃ οὐσίᾳ ἐνεργείας ἔργον ἐστί· τὸ δὲ πνεῦμα τοῦ ἔργου πάλιν ἕτερον ἔργον. τίνα οὖν κοινωνίαν ἔχει πρὸς τὴν ἐκείνου κατασκευὴν οὐρανοὶ, καὶ ἄνθρωπος, ἄγγελός τε, καὶ ἀστὴρ νῦν συμπαραληφθέντες ὑπὸ τοῦ λόγου, αὐτὸς εἰπάτω, ἢ εἴ τις τῆς ἀπορρήτου σοφίας αὐτοῦ κοινωνός ἐστι; ἐν τούτοις γὰρ τὸ μὲν ἀσεβὲς, φανερῶς τοῖς εἰρημένοις ἐμφέρεται· ἡ δὲ τῆς ἀσεβείας κατασκευὴ, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐστὶν ἀσύμφωνος. τὸ μὲν γὰρ οἴεσθαι τοσαύτην ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι διαφορὰν θεωρεῖσθαι, ὅσον ἐστὶ κατανοῆσαι οὐρανοῦ τοῦ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐμπεριειληφότος πρὸς τὸν ἕνα τῶν ἀριθμῷ ἄνθρωπον, ἢ τὸν ἐν οὐρανῷ φαινόμενον ἀστέρα φανερὰν τὴν ἀσέβειαν ἔχει· τὸ δὲ συντεταγμένον τῶν νοημάτων, καὶ ἀκόλουθον τῆς περὶ αὐτὸ τοῦτο κατασκευῆς, τοῦτό φημι, μήτε ἐμοὶ, μήτε αὐτῷ τάχα τῷ πατρὶ τῆς βλασφημίας εὐσύνοπτον εἶναι. εἰ μὲν γὰρ τοιαῦτα περὶ τῆς κτίσεως ἐλογίζετο· ὅτι οὐρανὸς μὲν ἔργον ἐστὶν ὑπερκειμένης τινὸς ἐνεργείας. τῆς δὲ τῷ οὐρανῷ παρεπομένης ἐνεργείας ἀποτέλεσμα ὁ ἀστήρ· ἐκείνου δὲ ἄγγελος· καὶ τούτου, ὁ ἄνθρωπος, εἶχεν ἄν τι ὁ λόγος αὐτῷ διὰ τῆς τῶν ὁμοίων παραθέσεως κατασκευάζειν τὸ δόγμα. εἰ δὲ ταῦτα μὲν δι' ἑνὸς γεγενῆσθαι, καὶ αὐτὸς συντίθεται· εἴ γε μὴ παντελῶς τῇ τῶν γραφῶν φωνῇ διαμάχεται· τῆς δὲ ἐκείνων κατασκευῆς ἕτερόν τινα διορίζεται τρόπον· τίς ἡ κοινωνία τῶν ἐπαχθέντων πρὸς τὰ προάγοντα;

Δεδόσθω δέ τι, καὶ κοινὸν ἔχει ταῦτα πρὸς ἀπόδειξιν τῆς τῶν οὐσιῶν παραλλαγῆς· ταῦτα γὰρ ἐπιθυμεῖ δι' ὧν λέγει κατασκευάζειν, ἀλλὰ τὰ ἐφεξῆς πῶς συνήρτηται τοῖς εἰρημένοις, ἀκούσωμεν,

A dictis adiũxerit. Nec intelligo, quomodo aptè conficiatur: *Tantũ diſtare à ſe operationes, quantò diſcrimine ipſa opera inter ſe diſſident*, ex hoc; quòd probat, non omnes effectus ex eodem: ſed alios ex aliis extitiſſe. Nam cœlũ, & Angelum, & ſtellas & hominem, & omnia, quæ in creaturis numerantur, vnius eſſe opera, à ſacris litteris edocti ſumus. At verò iſte cum ſuo dogmate, conatur oſtendere non vnius opera eſſe Filiũ & Spiritum ſanctum: Sed Filium quidem eſſe opus operationis, quæ ex prima ſubſtãtia manat: Spiritum autẽ ſanctum operis huius aliud eſſe opus. Dicat igitur ipſe, vel ſi B quis alius reconditæ illius ſapientiæ particeps eſt, quam tandem cum horum aſſertione cõnexionem & cõmunionem habeat, cœlũ & homo, Angelus & ſtellæ, quæ omnia iſte ad probationẽ nunc aſſumit? In his enim manifeſtè impietas apparet, & per ſe cõſpicua eſt: at impietatis probatio & affirmatio ſibi ipſa prorſus eſt diſſentanea. Credere enim in ſanctiſſima Trinitate tantam eſſe diuerſitatẽ, quanta conſpicitur in cœlo, quod ambitu ſuo omnem creaturam complectitur, collato cum vnico homine, vel cum ſtella quapiam ex iis, quę in æthere lucent, perſpicuam præ ſe fert impieta- C tem, connexionem verò diſputationis & ordinem probationum, ad hoc ipſum concludendum & demonſtrandum: aio neque mihi, neque fortaſſis ipſi impietatis parenti ſatis liquere. Nam ſi ita de rebus creatis ſtatuiſſet, cœlum quidem opus eſſe ſupremæ cuiuſdam operationis: ſtellam verò operationis eius, quæ naturam cœli ſequitur: huius autem Angelum, & huius hominem: potuiſſet fortaſſis oratio eius aliquid euincere per ſimilium allata argumenta: Si autem hæc omnia ipſemet ab vno effecta fatetur, (niſi omninò ſacrarum litterarum oraculis D contradicere velit) & tamen effectionis rerum illarum, alium quendam modum introducit, non apparet quomodo hæc cum præcedentibus cohæreant.

Sed faciamus hæc apta eſſe ad demonſtrandam diuerſitatem ſubſtantiarum: hoc enim obtinere cupit: attamen quomodo quæ ſequuntur cum iis, quæ ſupra diſſeruit, connexa ſint audiamus.

Quantò igitur opera operibus digniora, & præſtantiora ſunt, tanto etiam operationem ab operatione ſuperari omnis ille non grauatè dabit, qui piè de his cogitauerit: hæc enim ſi de rebus ſub ſenſum cadentibus aſſerit, longè à propoſito aberrat oratio: nam quæ neceſſitas cogit illum, qui de doctrina fidei diſputare ingreditur, diſſerere de ordine, quo res initio mundi fuerint diſpoſitæ: creatoriſque operationes Superiores & inferiores fuiſſe aſſerere pro perfectione nimirũ rerum creatarum? Quod ſi de illis ſermonem facit, eaque opera operibus digniora & pręſtantiora dicit, quæ ipſe nunc primum commentus eſt, circa fidei doctrinam, hoc eſt, de Filio & Spiritu ſancto, operæpretiũ fortaſſis magis fuerit, ſilentio ſententiam hanc execrari, ne ob refutationem videatur aliquid probabilitatis ac rationis habere. Quomodo enim in iis præſtantius & dignius reperiatur, vbi non inuenitur minus præſtans & minus dignum? Si enim ſua ad improbitatem facilitate & alacritate eo vſque proceſſit, vt *indigniora* quoque vocem & notitiam in eorũ aliquo, quæ in ſanctiſſima Trinitate ineſſe credũtur, admittat, par eſt, vt obturatis auribus pro virili noſtra parte fugiamus ab auditione mala: ne communio aliqua tanti piaculi ad audientem transferatur oratione, velut ex vaſe omnis impuritatis pleniſſimo, in audientium animos transfuſa.

Nam quomodo quis in diuina illa, & omnibus eminentiore natura tale aliquid fingere audeat: vt minus dignum per comparationem in diuinis adſtruat?
Ioan. 5. *Vt omnes*, inquit, *honorificent Filium, quemadmodum honorificant Patrem*. Cum igitur vox hæc æqualitatem honoris, quaſi lege lata ſanciat, lex enim eſt vox diuina: iſte & legem & legiſlatorem ipſum traducit, & huic quidem maiorem, huic verò minorem honorem impertitur: neſcio vbi nam maioris & minoris menſura reperta: in hominum enim communi ſocietate diuerſitas dignitatum, honores itidem optimatibus dimetitur, ita vt ſubditi non eodem geſtu & vultu adeant Reges, quo minores Magiſtratus: Sed adeuntium maior quidem & ſummiſſior timoris & reuerentiæ ſignificatio, oſtendit quoq; maiorem & minorem eorum, qui honorantur dignitatem & excellentiam, quique dignitate priores ſint, maximè declarat ſub-

A ὅσῳ φησὶ τὰ ἔργα τῶν ἔργων πρεσβύτερα καὶ τιμιώτερα, τοσούτῳ καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς ἐνεργείας ἀναβεβηκέναι φαίη ἄν τις εὐσεβῶς διανοούμενος. Ταῦτα μὲν εἰ μὲν περὶ τῶν αἰσθητῶν λέγει, πόῤῥω τῶν προκειμένων ἐστὶν ὁ λόγος. Τίς γὰρ ἡ ἀνάγκη τὸν περὶ τῶν δογμάτων εἰπεῖν τι προθέμενον, περὶ τῆς τάξεως τῶν ἐν τῇ κοσμογονίᾳ δημιουργηθέντων φιλοσοφεῖν, καὶ ὑψηλοτέρας, καὶ ὑφειμένας τὰς ἐνεργείας τοῦ κτίσαντος πρὸς λόγον τῆς ἑκάστου τῶν γεγονότων πηλικότητος εἶναι διορίζεσθαι; εἰ δὲ περὶ ἐκείνων ποιεῖται
B τὸν λόγον, καὶ ἔργα ἔργων πρεσβύτερά τε, καὶ τιμιώτερα λέγει τὰ διαπλασθέντα παρ' αὐτοῦ, νῦν ἐν τῷ δόγματι, τουτέστι τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τάχα καλῶς ἔχει, σιωπῇ μᾶλλον τὸν λόγον βδελύξασθαι· ἢ διὰ τοῦ συμπλακῆναι τὸ δοκεῖν αὐτὸν, καὶ λόγον εἶναι κατασκευάσαι. πῶς γὰρ ἂν εὑρεθείη προτιμότερον, ἐν οἷς οὐκ ἔστι τὸ ἀτιμότερον; εἰ μὲν γὰρ μέχρι τούτου τῇ πρὸς τὸ κακὸν εὐκολίᾳ, καὶ ἑτοιμότητι πρόεισιν, ὥστε τοῦ ἀτιμοτέρου, καὶ τὴν φωνὴν, καὶ τὴν ἔννοιαν, ἐπί τινος, τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι δια-
C πιστευομένων ὑπονοῆσαι, βύσαι τὰ ὦτα προσήκει, καὶ φυγεῖν, ὅση δύναμις, ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς· ὡς ἂν μὴ κοινωνία τις τοῦ μιάσματος γένοιτο τῷ ἀκούοντι· καθάπερ ἐξ ἀγγείου τινὸς πλήρους ἀκαθαρσίας εἰς τὴν τῶν ἀκουόντων καρδίαν μεταχεομένου τοῦ λόγου.

Πῶς γὰρ ἄν τις ἐπὶ τῆς θείας τε, καὶ ὑπερκειμένης φύσεως εἰπεῖν τι τοιοῦτο τολμήσειε· δι' οὗ τὸ ἀτιμότερον συγκριτικῶς ὑπὸ λόγου κατασκευάζεται. ἵνα πάντες, φησὶ, τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. τῆς οὖν φωνῆς ταύ-
D της τὸ ἴσον τῆς τιμῆς νομοθετούσης· νόμος γάρ ἐστιν ἡ θεία φωνή· οὗτος καὶ τὸν νόμον, καὶ τὸν νομοθέτην αὐτὸν παραγράφεται· καὶ τῷ μὲν πλείονα, τῷ δὲ ἐλάττονα τὴν τιμὴν διανέμει. οὐκ οἶδα, ὅπως τὰ μέτρα, τοῦ πλεονάζοντος τῆς τιμῆς ἐξευρίσκων· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀνθρωπίνης συνηθείας, αἱ κατὰ τὰς ἀξίας διαφοραὶ, τὰς τιμὰς τοῖς κρατοῦσιν ὁρίζονται, ὡς μὴ ἐν ὁμοίῳ καὶ ἴσῳ τῷ σχήματι, τοὺς ὑπηκόους βασιλεῦσί τε προσιέναι, καὶ ταῖς ὑποβεβηκυίαις ἀρχαῖς· ἀλλ' ἡ πλείων τε, καὶ ὑφειμένη τοῦ φόβου, καὶ τῆς αἰδοῦς τῶν προσιόντων ἐπίδειξις, τὸ ἐνδεῖον, καὶ περιττεῦον τῆς τιμῆς ἐπὶ τῶν τιμωμένων ἐνδείκνυται· καὶ τούτῳ μάλιστα τοὺς

προτιμοτέρους ἐν τῇ διαθέσει τῶν ὑποχειρίων ἐστὶν εὑρεῖν, ὅταν τις ὑπὸ τῶν πέλας φοβερὸς εἶναι μᾶλλον, καὶ πλείονος τῆς αἰδοῦς, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀξιοῦσθαι δοκεῖ. ἐπὶ δὲ τῆς θείας φύσεως διὰ τὸ πᾶσαν τὴν κατὰ τὸ ἀγαθὸν τελειότητα συνεμφαίνεσθαι τῷ τοῦ θείου προσρήματι, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, κατά γε τὴν ἡμετέραν διάνοιαν τὸν τρόπον τῆς προτιμήσεως. ἐν οἷς γὰρ οὐ δυνάμεως, οὐ δόξης, οὐ σοφίας, οὐ φιλανθρωπίας, οὐδὲ ἑνὸς ὅλως τῆς κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐννοίας πλεονασμὸς, ἢ ἐλάττωσις ἐπινοεῖται. ἀλλὰ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ υἱὸς ἀγαθὰ, τοῦ πατρός ἐστι, καὶ τὰ τοῦ πατρὸς πάντα, ἐν τῷ υἱῷ καθορᾶται. πῶς διατεθέντες τὸ πλέον τῆς τιμῆς ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἐνδειξόμεθα; εἰ βασιλικὴν δύναμιν καὶ ἀξίαν τῇ διανοίᾳ λάβοιμεν· βασιλεὺς ὁ υἱὸς, ἐὰν κριτὴν ἐννοήσωμεν, ἡ κρίσις πᾶσα τοῦ υἱοῦ ἐστιν· ἐὰν τὸ μεγαλεῖον τῆς κτίσεως τῇ ψυχῇ δεξώμεθα, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· ἂν τῆς ἡμετέρας ζωῆς τὴν αἰτίαν κατανοήσωμεν, οἴδαμεν τὴν ἀληθῆ ζωὴν τὴν μέχρι τῆς φύσεως ἡμῶν καταβᾶσαν, κἂν ἐκ τοῦ σκότους μεταστᾶσι καταμάθωμεν, οὐκ ἀγνοοῦμεν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, δι' οὗ, τοῦ σκότους ἠλλοτριώθημεν. εἰ δέ τινι τίμιον, ἡ σοφία δοκεῖ, Χριστὸς, Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία.

Πρὸς τοίνυν τὰ τοιαῦτα, καὶ τηλικαῦτα τοῦ Χριστοῦ θαύματα, τῆς ψυχῆς ἡμῶν, κατὰ τὸ εἰκὸς ὅσον χωρεῖ, τοσοῦτον θαυμαστικῶς διατιθεμένης, τίς ὑπερβολὴ τιμῆς καταληφθῆναι δύναται, τῆς τῷ πατρὶ μόνῳ κατεξαίρετον προσαγομένης, ἧς ἀμοιρήσει πρεπόντως ὁ κύριος; αὐτὸ γὰρ τοῦτο ἡ ἀνθρωπίνη πρὸς τὸ θεῖον τιμὴ, κατὰ τὸν εἰκότα νοῦν θεωρουμένη, οὐδεμία τις ἄλλη ἐστὶν, ἀλλ' ἡ ἀγαπητικὴ σχέσις, καὶ ἡ τῶν προσόντων αὐτῷ ἀγαθῶν ὁμολογία. καί μοι δοκεῖ τὸ οὕτω δεῖν τιμᾶσθαι τὸν υἱὸν, ὡς ὁ πατὴρ τιμᾶται, ἀντὶ τῆς ἀγάπης ὑπὸ τοῦ λόγου τετάχθαι. ὁ γὰρ νόμος ἐν τῷ ἀγαπᾶν τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ δυνάμεως τὴν πρέπουσαν αὐτῷ τιμὴν ἀπονέμειν κελεύει· καὶ ἐνταῦθα τὸ ἰσοστάσιον τῆς ἀγάπης ὃν ὁ λόγος νομοθετῶν, οὕτω φησὶ δεῖν τιμᾶσθαι τὸν υἱὸν, ὡς ὁ πατὴρ τιμᾶται.

Τοῦτον τὸν τρόπον τῆς τιμῆς ἐπλήρου καὶ ὁ μέγας Δαυὶδ, πρὸς τὸν κύριον ἔν τινι προοιμίῳ τῆς ψαλμῳδίας, ἀγαπᾶν ὁμολογῶν τὸν κύριον, καὶ διεξιὼν

ditorum habitus, & ad honorem exhibendum cõformatio, quando quis proximis metuendus apparere, & maiore reuerentia, quam alii affici cupit. In diuina autem natura propter omnimodam bonitatis perfectionem, quæ in diuino numine ineſt, ne ſecundũ noſtram quidem intelligendi rationem præcellentiæ alicuius modum inuenire licet. Quibus enim neque potentiæ neque gloriæ, neque ſapientiæ, neque benignitatis, neque alterius cuiuſquam perfectionis exceſſus, vel defectus adeſt, ſed potius omnia bona, quæ Filius habet, Patris itidem ſunt, & quæ Pater poſſidet, in Filio quoque reperiuntur: quánam ratione honoris præ Filio prærogatiuam Patri tribuemus? Si Regiam poteſtatem & excellentiam mente efformemus; Rex eſt Filius: ſi iudicem cogitemus, omne iudicium Filii eſt: ſi magnitudinem creandi animo concipiamus, omnia per ipſum facta ſunt: ſi in memoriam reuocemus noſtræ vitæ cauſam, nouimus veram illam vitam, quæ vſque ad noſtram naturam ſeſe demiſit: ſi tranſlationem ex tenebris nobis ob oculos ponamus, non ignoramus lumen verum, quo à tenebrarum caligine liberati ſumus: Quod ſi cui ſapientia honorabilis videtur: en Chriſtus Dei *Sapientia & virtus eſt.*

Ioan. 5.
Ioan. 1.
1. Cor. 1.

Animo igitur noſtro ad hæc & ſimilia Chriſti miracula, prout par eſt, quantum valet, tantum mirifico quodam modo, attendente, quínam honoris exceſſus, & quæ præeminentia relinqui poteſt, quæ Patri ſoli ſpeciatim & propriè competat, & cuius iure expers ſit Filius? Nec humanus erga diuinum Numen honos recta ratione conſideratus aliud eſt, quàm affectio quædam amoris plena, & earum perfectionum, quæ illi inſunt, confeſſio, mihíque videtur, ita honorandum eſſe Filium, ſicut honoratur Pater, ſub *dilectionis* nomine indicatum eſſe. Lex enim mandat, vt Deum ex toto corde & viribus, diligamus, quò conueniens ei honor exhibeatur, & præceptum, quod hic æqualitatem dilectionis velut lege lata ſancit, ſic ait, oportere Filium honorare, ſicut honoratur Pater. Hunc honoris modum obſeruauit etiam erga Dominum magnus Dauid, in procemio cuiuſdam Pſalmi, dum confitetur, diligere ſe Dominum, ſimúlque dilectionis cauſas ex-

Luc. 10.
Pſal 17.

Pſal. 17. plicat, quod ſcilicet ſibi eſſet *fortitudo*, *firmamētū*, & *refugiū*, & *liberator*, & *Deus auxiliator*, & *protector*, & *cornu ſalutis*, & *adiutor*, & id genus alia. Si igitur vnigenitus Dei Filiꝰ hęc omnia nec eſt, nec pręſtat, negetur illi ſanè honoris præcellentia, vt Hæreſiarcha contendit: ſi autem credimus, omnia hæc, & his longè plura, vnigenitum Filium & eſſe, & rectè dici: æqualémque Patri factum in omni perfectione, & magnificentia, in omni opere recto & cogitatione, quæ in noſtram intelligentiam cadere poſſit: quomodo aliquis rationi conſentaneum eſſe credat, vel non diligere talem, vel quem diligas inhonorare? Neque enim rectè quis dixerit amorē ex toto corde, & ex totis viribus proficiſci debere, honorē verò ex mediis. Si igitur honoratur filius ex toto corde, quòd totus amor in eū ſit conferendus, quænā cogitatio exceſſum honoris inueniet, cum totū cor quantam poteſt, tantā ipſi per amorem honoris menſuram admetiatur? Itaque vanus eſt & fatuus, qui ex rebus in hac rerum vniuerſitate honore dignis, honoris inæqualitatem in diuinis colligit, harumque comparatione minoris cuiuſdam dignitatis exiſtimationem inuehit.

Geneſ. 1. Cæterū & vocabulū *Antiquius* in rebus creatis rectè vſurparetur, cū enim ordo & ſeries rerū ſit, & cōſtet ordine & ſerie dierū: iure affirmarit quis hominis creatione tanto & tanto antiquius, & prius eſſe cœlum, dimetietúrque tempus interiectum interuallo dierum. In prima verò illa natura, quæ omnem temporariam rationem tranſcendit, omnémque intelligentiam longiſſimè exſuperat, aliud quidem prius credere, & docere, ſecundum temporis durationem & pręcellentiam, aliud verò poſterius, proprium eſt eius ſapientiæ, quæ iam nuper prodiit in lucem: Qui enim Patrem antiquiorem ſtatuit, quàm vnigenitum Filium, is nihil aliud agit, quàm quod iuniorem Filiū facit iis, quæ per ipſum facta ſunt: ſi verum eſt, omnia ſæcula, & omne interuallum temporale poſt Filium, & per Filium facta eſſe.

Præterea, quod clarius abſurditatem dogmatis coarguit, non ſolùm hac ratione Filii hypoſtaſi & exiſtentiæ temporale aliquod principiū attribuemus: ſed & Pater in periculo erit, ne & ipſe affirmetur, originem ab aliquo tempo-

A τὰ τῆς ἀγάπης αἴτια, ἰσχὺν, καὶ κραταίωμα, καὶ καταφυγὴν, καὶ ῥύστην, καὶ Θεὸν βοηθὸν, καὶ ἐλπίδα, καὶ ὑπερασπιστὴν, καὶ σωτηρίας κέρας, καὶ ἀντιλήπτορα, καὶ τὰ τοιαῦτα κλήσεων. εἰ μὲν οὖν οὐκ ἔστι ὁ μονογενὴς υἱὸς ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις γινόμενος, ὑπεραλλέσθω τὸ πλεονάζον τῆς τιμῆς ἐπὶ τούτου κατὰ τὸν τῆς αἱρέσεως νόμον· εἰ δὲ πάντα ταῦτα, καὶ ὑπὲρ ταῦτα τὸν μονογενῆ Θεὸν εἶναί τι, καὶ ὀνομάζεσθαι πεπιστεύκαμεν, κατὰ πᾶσαν ἀγαθοῦ πράγματος, καὶ νοήματος ἐπίνοιαν, πρὸς τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐν τῷ πατρὶ ἀγαθότητος ἐξισαζόμενον, πῶς ἄν τις εὔλογον εἶναι λέγοι, B ἢ μὴ ἀγαπᾶν τὸ τοιοῦτον, ἢ ἀτιμάζειν τὸ ἀγαπώμενον; οὐ γὰρ ἂν εἴποι τις τὴν μὲν ἀγάπην δεῖν ἐξ ὅλης ἔρχεσθαι τῆς καρδίας, καὶ τῆς δυνάμεως, τὴν δὲ τιμὴν ἐξ ἡμισείας. εἰ οὖν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τιμᾶται ὁ υἱὸς, διὰ τοῦ πᾶσαν ἀνατεῖναι αὐτῷ ἀγάπην, τίς ἐπίνοια τὸ πλέον τῆς τιμῆς ἐξευρήσει; ὅλης τῆς καρδίας, ὅσον χωρεῖ, τοσοῦτον αὐτῷ διὰ τῆς ἀγάπης, τὸ τῆς τιμῆς μέτρον διαμετρούσης. ὥστε μάταιος ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν τιμίων ὁ τὸ προτιμότερον δογματίζων. καὶ διὰ τῆς τοιαύτης συγκρίσεως τοῦ ἀτιμοτέρου παρεισῶν τὴν ἔννοιαν.

C Ἀλλὰ καὶ τὸ πρεσβύτερον, ἐπὶ μὲν τῆς κτίσεως λέγειν ἀληθές ἐστι· τῆς γὰρ ἀκολουθίας τῶν ἔργων ἐν τῇ τάξει τῶν ἡμερῶν δεικνυμένης, εἴποι τις ἂν τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς τόσον δὲ πρεσβύτερον εἶναι τὸν οὐρανὸν, καὶ διαμετρήσει τὸ διὰ μέσου χρόνου ἐν τῷ τῶν ἡμερῶν διαστήματι. ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερτάτης φύσεως τῆς πᾶσαν μὲν χρονικὴν ἔννοιαν ὑπεραιρούσης, πᾶσαν δ' ἐπίνοιαν καταληπτικὴν ἀπολειπούσης, τὸ μέν τι προάγειν ἐν τοῖς κατὰ τὸν χρόνον πρεσβείοις· τὸ δὲ ἐφυστερίζειν οἴεσθαι, τῆς νέω ἀναφανείσης σοφίας ἐστίν. D ὁ γὰρ πρεσβύτερον τὸν πατέρα τῆς τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσεως ἀποφαινόμενος, οὐδὲν ἄλλο ἢ νεώτερον τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ γινομένων, αὐτὸν τὸν υἱὸν ἀποφαίνεται· εἴπερ ἀληθὲς πάντας αἰῶνας, καὶ πᾶν διάστημα χρονικὸν μετὰ τὸν υἱὸν, καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι λέγειν.

Καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, ὅπερ καὶ μᾶλλον ἀπελέγχει τὴν ἀτοπίαν τοῦ δόγματος, οὐ μόνον τῷ υἱῷ κατασκευασθήσεται χρονική τις ἡ ἀρχὴ τῆς ὑπάρξεως ἐκ τοῦ τοιούτου λόγου, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ πατρὸς ἐκ τῆς τοιαύτης ἀκολουθίας φείσονται, τὸ μὴ οὐχὶ κἀκεῖνον ἀπὸ χρόνου τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέ-

ναι κατασκευάσαι· εἰ γάρ τι σημεῖον ὑπάρχει τῆς A
γνωριστικὸν τῆς τοῦ υἱοῦ γεννήσεως, ἐκεῖνο δηλονότι καὶ τῷ πατρὶ τὴν ἀρχὴν ὁρίσει τῆς ὑποστάσεως.

Σαφηνείας δὲ χάριν οὐκ ἄκαιρον ἴσως φιλοπονώτερον ἐξετάσαι τὸν λόγον. ὁ πρεσβύτερον τῆς τοῦ υἱοῦ ζωῆς τὴν τοῦ πατρὸς δογματίζων, διαστήματί τινι τὸν μονογενῆ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ διΐστησι, τοῦτο δὲ ἢ ἄπειρόν τι ὑποθήσεται τὸ διὰ μέσου διάστημα, ἢ ὅροις πέρασι, καὶ σημείοις φανεροῖς ὁριζόμενον. ἀλλ' ἄπειρον μὲν εἰπεῖν οὐκ ἐάσει ὁ τῆς μεσότητος λόγος. ἢ παντελῶς τήν τοῦ πατρὸς τε, καὶ υἱοῦ ἔννοιαν διαγράψει τῷ λόγῳ· καὶ οὐδὲ μέσον αὐτὸ νοήσει, B
ἕως ἂν ἄπειρον ᾖ πρὸς οὐδέτερον ὁριζόμενον, οὔτε ἐπὶ τὸ ἄνω τῆς τοῦ πατρὸς ἐννοίας ἀποτεμνούσης τοῦ ἀπείρου τὴν πρόοδον, οὔτε ἐπὶ τὸ κάτω τοῦ υἱοῦ τὴν ἀπειρίαν ἐκκόπτοντος· αὕτη γὰρ τοῦ ἀπείρου ἡ ἔννοια τὸ πανταχόθεν ἐκκεχύσθαι τῇ φύσει, καὶ μηδενὶ πέρατι μηδαμόθεν περιλαμβάνεσθαι.

Οὐκοῦν ἵνα παγία, καὶ ἀμετάθετος διαμένῃ περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἡ τοῦ εἶναι ὑπόληψις, οὐδεμίαν ἔξεστι γνώριμον ἄπειρον ἐννοεῖν τὸ διάστημα, ἀλλὰ πεπερασμένῳ τινὶ κατὰ πᾶσαν C
ἀνάγκην τὸν μονογενῆ τοῦ πατρὸς διιστᾶσι. τοῦτο οὖν ἐστιν ὅ φημι, ὅτι ὁ λόγος οὗτος οὐκ ἐξ ἀϊδίου εἶναι τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν, ἀλλ' ἀπό τινος ὡρισμένου σημείου τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι παρασκευάσει· ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστι· λέξω δὲ διὰ τῶν γνωρίμων ὑποδειγμάτων σαφηνίζων τὸ νόημα, ὡς ἂν γένοιτο διὰ τῶν φαινομένων καταφανὲς ἡμῖν τὸ ἀγνοούμενον· πέμπτῃ μετὰ τὸν οὐρανὸν ἡμέρᾳ γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον λέγοντες ἐκ τῆς Μωσέως γραφῆς συγκατεσκευάσαμεν τῷ λόγῳ τούτῳ κατὰ τὸ σιωπώμενον τὸ πρὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἡμερῶν τούτων, μηδὲ τὸν οὐρανὸν εἶναι· D
οὕτω τὸ μεῖζόν τι γινόμενον διὰ τοῦ πρὸ ἑαυτοῦ διαστήματος ὁρίζει, καὶ τὴν τοῦ προϋπονοουμένου ὑπόστασιν. εἰ δὲ οὐχ ἱκανῶς τῷ ὑποδείγματι τὸν λόγον ἐσαφηνίσαμεν, δυνατόν ἐστι, καὶ δι' ἑτέρων τὸ νοηθὲν παραστῆσαι, τὸν διὰ Μωσέως δοθέντα νόμον τετρακοσίοις ἔτεσι καὶ τριάκοντα τῆς τοῦ Ἀβραὰμ ἐπαγγελίας μεταγενέστερον λέγοντες· ἐὰν ἀπὸ τοῦ νόμου τὸν κατόπιν χρόνον δι' ἀναλύσεως τῷ λογισμῷ προοδεύσαντες, εἰς

A ris initio traxiſſe: Si enim indicium aliquod eſt, quo innoteſcat Filii generatio, illud omninò Patris quoque ortum & exiſtentiam definiet ac circumſcribet.

Claritatis porrò gratia fortè non intempeſtiuum fuerit accuratius examinare aſſertionem. Qui Patris exiſtentiam docet antiquiorem eſſe exiſtentia Filii, is interuallo quodam vnigenitum Filium ſeparat ab omnium Deo: hoc verò interiectum interuallum, aut infinitum ſtatuetur, aut certis & manifeſtis limitibus circumſcriptum. At infinitum eſſe nō permittit ratio medii interiecti,
B vel certè Patris & Filii rationem penitus tollet, neque medium animo concipere licebit: quouſque fuerit infinitum, neutra ex parte certis terminis concluſum: neque ſupernè ſi Patrem concipiat, infiniti immenſitate deſinente: neque infernè, Filio infiniti ſpatium terminante. Iſta enim infiniti notio & ratio eſt, quaqua verſum natura ſua diffuſum eſſe, neque vllo limite vllo modo comprehendi.

Igitur vt fixa & immota maneat Patris & Filii ſubſtantia, & quam de hac habemus, exiſtimatio: non licet vlla ratione infinitum interuallum affirmare,
C ſed neceſſe erit, vt finito quodam ſpatio Filius à Patre ſit ſegregatus. Hoc igitur eſt, quod aſſero: doctrinam hanc eò tendere, vt obtineat Deum vniuerſorum ab æterno non fuiſſe, ſed definito quodam temporis puncto ortum habuiſſe: quod appoſitis ad rem exemplis declarabo, vt nobis per ea, quæ nota ſunt, perſpicuum fiat id, quod ignoratur. Quoniam dicimus quinta die poſt cœlum hominem eſſe cōditum Gen. 1.
ex Moyſis libro, facile etiam ſignificamus ante hunc horum dierum numerum, ne cœlum quidem exſtitiſſe, adeò,
D id quod poſterius eſt, definit quoque & circumſcribit per interuallum, id quod anteceſſit; nempe ſubſtantiam, & exiſtentiam eius, quod tanquam prius concipitur, & conſideratur. Quod ſi non ſatis clarè rem hoc exemplo illuſtrauimus, poſſumus eandem alio euidentius Gen. 15.
demonſtrare: cum legem per Moyſen & 15.
datam, quadringentis & triginta annis poſteriorem eſſe affirmamus, promiſſione illa diuina, quæ ad Abraham facta Act. 7.
eſt, ſi ductò à lege initio, tempus anteactum cogitatione quaſi aſcendendo

percurrere velimus, & tandem ad finem annorum, quos numerauimus, peruenniamus, dilucidè deprehēdemus, quod ante hoc tempus diuina illa promiſſio nondum fuerit: multáque ſuppetunt huius generis exempla, quibus ſigillatim percenſendis ſuperſedebo, tædij vitandi gratia.

Conuenienter igitur alicui modo in prædictis exemplis oſtenſo, oportet, vt diſcutiamus quoque propoſitam quæſtionem: eſt autem iſte, vt quidem aduerſarij ſibi perſuadent: *prius* & *poſterius*, ſeu *antiquius* & *recentius*, de Patris & Filij & Spiritus ſancti ſubſtantia dici; cum ergo Filij generatione tranſcurſa, vt hęreticus iſte nugatur, acceſſerimus ad id interuallum, quod medium interponitur (prout vana Hæreticorum perſuaſio aliquid inter Patrem & Filium ſtatuit) cumque ad extremum illud punctum proceſſerimus, quo iſti intercapedinem illam terminant, iſtic, in ſupremo quaſi culmine, Dei totius vniuerſitatis vitam ſubſiſtentem reperiemus, ex quo neceſſariò conficitur, vt credamus Deum, qui ſemper eſt, ante illud punctum non fuiſſe.

Quod ſi adhuc ambigis, rurſus id exēplis explanabo. Quemadmodum enim quando duabus regulis acceptis, altera maiore, altera minore, fines earumdem æquare volumus, in extremitate exceſſum cognoſcimus: iuxta poſita enim minoris extremitate, exceſſum maioris deprehendimus, & quantū breuiori deſit, mēſura aliqua ſiue vlna, ſiue aliud quippiam ſit, minus cum termino maioris comparantes, indagamus, quantū abſit maior à minore: ita ſi vt aduerſarij volunt, aliquis exceſſus eſt vitæ, & exiſtentiæ Patris reſpectu vitæ & exiſtentiæ Filij, omnino oportet, vt ſit in quodā certo durationis interuallo: at neceſſariò fateri debent hoc non eſſe ſecundum aliquem futuræ durationis exceſſum: Vtrumque enim ſimiliter eſſe immortalem non inficiantur ipſi etiam veritatis hoſtes: ſed diuerſitatem hanc ſecūdum præteritam durationē concipiunt: dum Filij vitam & exiſtentiam, cum Patris vita non æquant, extenſa prorogatáque per interuallum vitæ cogitatione & exiſtimatione de Patre. Cum igitur omne interuallum duplici termino circumſcribatur, oportet, vt & interuallo ab his excogitato, duo hæc ſigna,

A τὸ πέρας, τῶν ἠριθμημένων φθάσωμεν ἐτῶν σαφῶς καταλαμβάνομεν, ὅτι περὶ τοῦ χρόνου τούτου ἡ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελία οὔπω ἦν· καὶ πολλὰ τοιαῦτα λέγειν ἐστί· οἷς τὸ καθ' ἕκαστον ἐπεξιέναι, ὡς ὀχληρὸν παραιτήσομαι.

Κατὰ τοίνυν τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν τοῖς ὑποδείγμασιν εἰρημένων, καὶ τὸν προκείμενον ἐξετάσωμεν λόγον· ἦν δὲ οὗτος κατὰ τὴν τῶν ἐναντίων ὑπόληψιν τὸ πρεσβύτερον, καὶ νεώτερον ἐπὶ τῆς τοῦ πατρός τε, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου
B πνεύματος ὑποστάσεως, ἕτερον ἑτέρου λέγειν εἶναι. οὐκοῦν ἐπειδὰν τὴν τοῦ υἱοῦ γέννησιν διαβαίνοντες, καθὼς ὑφηγεῖται ὁ τῆς αἱρέσεως λόγος· ἔπειτα προσβαίνωμεν τῷ διὰ μέσου διαστήματι, ὅπερ ἡ ματαία τῶν ταῦτα δογματιζόντων οἴησις ὑποτίθεται· τὸ μεταξὺ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς εἶναί τι λογιζομένων, ἐὰν εἰς τὸ ἄκρον ἐκεῖνο σημεῖον φθάσωμεν, ᾧ τὸ διάστημα τὸ μεταξὺ περιγράφουσιν, ἐκεῖ καὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἱσταμένην ἐπὶ τὸ ἄνω τὴν ζωὴν εὑρίσκομεν, ὡς ἐξ ἀνάγκης κατασκευάζεσθαι τὸ περὶ ἐκείνου, μηδὲ ἀεὶ ὄντα
C Θεὸν πιστεύειν εἶναι.

ΕΙ δὲ ἀμφιβάλλεις ἔτι, πάλιν τὸν λόγον δι' ὑποδειγμάτων κατανοήσωμεν. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ δύο κανόνων, ὅταν ὁ μὲν ἐλάττων, ὁ δὲ ὑπερέχων ᾖ, τὰς βάσεις ἀμφοτέρων ἰσάζοντες ἐν ταῖς κορυφαῖς πλεονάζον ἐπιγινώσκομεν. παραθέντες γὰρ τὸ τοῦ ἐλάττονος πέρας, ἀπ' ἐκείνου τὸ περιττὸν τοῦ ὑπερέχοντος ἔγνωμεν· καὶ ὅσον ἐνδεῖ τῷ βραχυτέρῳ διά τινος μέτρου τὸ λεῖπον πρὸς τὸ πέρας τοῦ μείζονος παρισάζοντες εὕρομεν. εἴτε πῆχυς, εἴτε ὁπόσον οὖν ἐστιν, ὅσον τοῦ ἐλάττονος
D τὸ μεῖζον ἀφέστηκεν, οὕτως εἴ τίς ἐστι κατὰ τὸν τῶν ὑπεναντίων λόγον, τῆς τοῦ πατρὸς ζωῆς, ὡς πρὸς τὴν ζωὴν τοῦ υἱοῦ πλεονασμός, ἔν τινι ῥητῷ διαστήματι πάντως ἐστί, τοῦτο δὲ οὐκ εἰς τὸ ἐφεξῆς παρατείνειν ἀναγκαίως συνθήσονται. ἀθάνατον γὰρ ὁμοίως ἑκάτερον εἶναι καὶ οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας ὁμολογοῦσιν· ἀλλ' εἰς τὸ ἄνω τὴν διαφορὰν ταύτην ἐπινοοῦσιν, οὐκ ἰσοῦντες πρὸς τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ τὴν ζωήν, ἀλλ' ἐκτείνοντες τὴν περὶ τοῦ πατρὸς ἔννοιαν, τῷ τῆς ζωῆς διαστήματι. ἐπεὶ οὖν διάστημα διπλοῖς πέρασι περιγράφεται πάντως ἀνάγκη πᾶσα, καὶ τοῦ ἐπινοηθέντος παρ' αὐτοῖς διαστήματος, τὰ δύο σημεῖα.

τὰ γνωριστικὰ τῶν περάτων καταληφθῶσιν. ὥσπερ οὖν τὸ ἓν μέρος κατ' αὐτούς, ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ μονογενοῦς τὴν ἀρχὴν ἔχει, οὕτω καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον, ἑτέρῳ τινὶ πέρατι πάντως συναποληφθήσεται, ᾧ συναπαρτιζόμενον τὸ διάστημα ἑαυτὸ περιγράφει. τί οὖν ἐστι τοῦτο τὸ πέρας αὐτοὶ εἰπάτωσαν. εἴπερ τοῖς ἰδίοις λόγοις ἀκολουθεῖν οὐκ αἰσχύνονται.

Ἀλλ' οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ὁ λόγος ἔχει. ὅτι οὐδὲν εὑρήσουσι τὸ ἕτερον μέρος, ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος τοῦ ἀναπλασθέντος παρ' αὐτῶν διαστήματος, εἰ μή τινα πάντως ἀρχὴν ὑπόθοιντο τοῦ ἀγεννήτου, ἀφ' ἧς τὸ μέσον ὡς πρὸς τὴν τοῦ υἱοῦ γέννησιν τῷ λόγῳ διαλαμβάνουσι. τοῦτο οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον· ὅτι ὁ μεταγενέστερον τὸν υἱὸν, ἔν τινι διαστηματικῇ παρατάσει τῆς τοῦ πατρὸς ζωῆς λέγων, ὡρισμένην δίδωσι καὶ τῷ πατρὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως, τῷ ἐπινοηθέντι κατὰ τὸ μέσον διαστήματι συμπεριγραφομένην· καὶ οὕτως αὐτοῖς εὑρεθήσεται ἡ πολυθρύλλητος τοῦ πατρὸς ἀγεννησία διὰ τῆς τοιαύτης κατασκευῆς, ὑπ' αὐτῶν τῶν προμάχων τῆς ἀγεννησίας ἐκκλεπτομένη, τὸ ἀγέννητον Θεὸν μὴ ἀεὶ εἶναι λέγειν, ἀλλ' ἀπό τινος ἀρχῆς, τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι κατασκευάζειν· ὁ γὰρ ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἔχων, ἄναρχος οὐκ ἔστιν. εἰ δὲ παντὶ τρόπῳ τὸ ἄναρχον τοῦ πατρὸς ὁμολογεῖσθαι προσήκει, μηδὲ τῆς τοῦ υἱοῦ ζωῆς ὡρισμένον τι πολυπραγμονείσθω σημεῖον ἀφ' οὗ τοῦ εἶναι ἀρξάμενος τῆς εἰς τὸ ἐπέκεινα τοῦ σημείου ζωῆς ἀποτέμνεται. ἀλλ' ἀρκεῖ κατὰ μόνον τὸν τῆς αἰτίας λόγον προεπινοεῖν τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, καὶ μὴ κεχωρισμένην, καὶ ἰδιάζουσαν πάντη τοῦ πατρὸς τὴν ζωὴν, πρὸ τῆς τοῦ υἱοῦ γεννήσεως· ἵνα μὴ συνεισέλθῃ τῇ ὑπολήψει ταύτῃ διαστηματικόν τι νόημα πρὸ τῆς τοῦ υἱοῦ ἀναδείξεως τῇ ζωῇ τοῦ γεγεννηκότος παραμετρούμενον· ᾧ κατ' ἀνάγκην ἀκολουθήσει, τὸ καὶ τοῦ πατρὸς ἀρχήν τινα τῆς ζωῆς ὑποθέσθαι, καθ' ἣν τὸ ἀναπλασθὲν παρ' αὐτῶν διάστημα προϊὸν ἐπὶ τὸ ἄνω στήσεται συμπεριγράφον αὐτῷ τῆς προεπινοηθείσης τοῦ πατρὸς ζωῆς τὴν ἀρχήν. ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ ὁμολογοῦντας, κἂν τολμηρόν τι φαίνηται· καὶ τὸ σὺν αὐτῷ μὴ ἀρνεῖσθαι, ὑπὸ τῆς ἐν τῇ ὑποθήκῃ γραφῆς πρὸς τὴν ἔννοιαν ταύτην ὁδηγούμενοι. ἀπαύγασμα γὰρ ἀϊδίου φωτὸς παρὰ

A tanquam extremitatum indicia, aſſignentur. Quemadmodum igitur ex illorum ſententia, altera quidem pars initium ducit ab ortu vnigeniti Filii, ſic & alteram extremitatẽ altero quodam termino finiri neceſſe eſt, ex quo interuallum illud verum aptumque ſeipſum definit & circumſcribit. Ergo quiſnam iſte ſit terminus, ipſimet exponant, ſiquidem propriam ſuam doctrinam profiteri non erubeſcunt.

Sed res omni ambiguitate caret. Non enim inuenient alteram partem connexam cum altera in conficto ab ipſis B interuallo, niſi admittant & ſtatuant aliquod initium eius, qui omninò eſt ingenitus, omniſque ortus expers, ex quo medium ad Filii vſque generationem cogitatione producant & protrahant. Hoc igitur eſt quod affirmamus, eum qui Filiũ poſteriorẽ aſſerit, ſecundum interualli quandã extenſionẽ Patris vitam & exiſtentiã: ſimiliter quoq; certis ſpatiis & finibus exiſtentiã Patris coarctare: vtpotè circũſcriptam per medium extenſo interuallo, & ſic videmus celebrem illã, paſſimq; iactatam Patris C innaſcibilitatem, per hanc technam & machinationem ab ipſis innaſcibilitatis propugnatoribus euerti, dum aſſerunt, Deum non eſſe ingenitum, ſed à certo quodã initio principium duxiſſe: nam quod initiũ ſuæ exiſtentiæ habet, non caret principio. Quod ſi omni modo confitendũ eſt Patrem principio carere, oportet, vt neq; Filii vitæ definitum & certum terminũ ſtatuas, à quo viuendi principiũ duxerit, vitaque, eo, quod ſupra hunc terminũ eſt, ſpatio, penitus caruerit: ſed ſufficit ſecundũ ſolam princi- D pii rationẽ præintelligere Patrem Filio, neq; Patris vita ſeparatim, & quaſi propria illius, ante Filii generationem ſpectanda eſt, ne animo ſubeat interualli alicuius cogitatio, quod ante Fili generationẽ cum ipſo Patre generante ſimul extiterit: ex quo neceſſariò cõcluditur, etiã vitæ & exiſtẽtiæ Patris principium eſſe admittendũ, à quo confictũ ab iſto interuallum procedens ibidẽ ex ſupera parte finietur: ſecumq; pariter definiet & circũſcribet principiũ præintellectæ, & præexiſtentis vitæ Patris. Verumenimuerò, eum, quem ex Patre procedere confitemur, etiamſi facinus audax videatur: non negemus ſimul cum ipſo eſſe, in hanc ſententiam ab ipſis ſacræ Scripturæ oraculis ducti. Cum enim ab ipſa

Hebr. 1. Sapientia audimus, eum eſſe *ſplendorem æterni luminis*: ſtatim mente concipimus, ipſum ſplendorem, tanquam æquè æternum ac lumen illud princeps, ex quo ſplendor emicuit; dumque cauſam & principium ſplendoris intelligimus, ſimul etiam rationem antiquioris ſeu prioris repudiamus: Quo fit, vt quod piè nobis traditum eſt, inuiolatum cuſtodiatur, dum neque vita Filii priori aliquo interuallo deficit, neque etiam æternitas Patris mutilatur, Filii vita & exiſtentia certè alicuius durationis limitibus incluſa.

Sed fortè dixerit quiſpiam ex aduerſariorum numero, ipſam quoque creaturam omniũ confeſſione certum principium habere, neque tamen res creatas, vt coæternas, opifici ſuo concipi poſſe, neque etiam eas ſuo initio infinitatem diuinæ naturæ terminare, quod nos cum de Patre & Filio diſputamus, tanquam abſurdum, conſequi dicebamus. Itaque neceſſariò concludendum eſſe ob hoc, vel creaturã eſſe coęternam Deo, vel certè ſine ſcrupulo cõcedi poſſe, Filiũ eſſe Patre ſuo poſteriorem: nam ratio interualli æqualiter abſurditatem ſecum affert, quando à creatura ad creatorem ipſum ducitur.

At qui hoc obiicit, is fortè nõ ſatis accuratè & diligẽter dogmate ipſo introſpecto, ex alienis, & omnino nihil ad propoſitũ noſtrum faciẽtibus, contra ea quæ diſſeruim⁹, argumẽta promit. Nam ſi demonſtrare poſſet, aliquid eorũ, quæ ſupra creaturã ſunt, ſubſiſtentiæ ſuæ in puncto alicuius interualli originẽ ducere, ſiq; præterea pro certo, cõmuni omnium approbatione cõſtaret, fieri poſſe, vt etiã ante creaturæ effectionem interualli alicuius ratio cõciperetur: tum fortaſſis non omninò pręter rem foret huiuſmodi argumẽtis demõſtratã de Filio æternitatẽ eludere & oppugnare velle. At cum omniũ rectè ſentiẽtium ſuffragiis & cõſenſione liqueat, entium aliud quidem eſſe creatum, aliud increatum, cumq; veritatis & pietatis diſciplina doceamur, diuinã naturã increatam eſſe, in qua alius quidẽ ſit principiũ, alius ex principio inſeparabiliter ſubſtantiã ſuã accipiẽs, & creatura in interuallo quodã repræſentata continentur, omnis omninò temporalis ordo & ſeries rerum creatarum à tempore comprehenditur: Illa verò anteſecularis, ſeu ante tempus exiſtens natura, caret omni ea diuerſitate, qua alia antiquiora, alia recentiora eſſe ſolent,

A τῆς σοφίας ἀκούσαντες, συνεπιθεωροῦμεν τῇ ἀϊδιότητι τοῦ πρωτοτύπου φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, καὶ τὸ αἴτιον τοῦ ἀπαυγάσματος ἐννοοῦντες, καὶ τὸ πρεσβύτερον οὐ δεχόμενοι· καὶ οὕτως ἡμῖν ὁ τῆς εὐσεβείας διασωθήσεται λόγος· οὔτε τῷ υἱῷ τῆς ζωῆς ἐπὶ τὸ ἄνω λειπούσης, οὔτε τῆς ἀϊδιότητος τοῦ πατρὸς ἐν τῷ ὁριστὴν ὑποτίθεσθαι τοῦ υἱοῦ τὴν ἀρχὴν κολοβουμένης.

Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις τῶν ἐνισταμένων τῷ λόγῳ· ὅτι καὶ ἡ κτίσις ὁμολογουμένην ἀρχὴν ἔχει, καὶ οὔτε συνεπινοεῖται τῇ ἀϊδιότητι τοῦ δημιουργοῦ τὰ γινόμενα, οὔτε ἵστησι διὰ τῆς ἰδίας B ἀρχῆς τὸ ἀόριστον τῆς θείας ζωῆς. ὥσπερ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς ἐξεταζόμενος ὁ λόγος τὴν ἀτοπίαν ἐπιδείξει, ὡς ἀκόλουθον εἶναι διὰ τοῦτο ἢ τὴν κτίσιν συναΐδιον τῷ Θεῷ, ἢ καὶ τὸν υἱὸν μεταγενέστερον ἀφόβως λέγειν· ὁ γὰρ τοῦ διαστήματος λόγος ὁμοίως ἀποδείξει τὸ ἄτοπον, καὶ ἀπὸ τῆς κτίσεως ἐπὶ τὸν πεποιηκότα διαμετρούμενος.

Ὁ δὲ τὸ τοιοῦτον ἀνθυποφέρων, οὐκ ἀκριβῶς τάχα τῇ διανοίᾳ τοῦ δόγματος ἐφιστὰς διὰ τῶν ἀλλοτρίων, καὶ παντάπασιν ἀκοινωνήτων τοῦ προ- C κειμένου τὴν πρὸς τὰ εἰρημένα ποιεῖται μάχην. εἰ μὲν γάρ τι τῶν ὑπὲρ τὴν κτίσιν δεικνύειν εἶχεν, ἔν τινι διαστηματικῷ σημείῳ τὴν ἀρχὴν ἔχον τῆς ὑποστάσεως, καὶ τοῦτο παρὰ πάντων ὁμολογεῖτο δυνατὸν εἶναι, καὶ τὴν τοῦ διαστήματος ἔννοιαν, καὶ πρὸ τῆς κτίσεως ἐννοεῖν, εἶχεν ἂν ἴσως καιρὸν τὴν ἐπὶ τοῦ μονογενοῦς ἀποδειχθεῖσαν διὰ τῶν εἰρημένων ἀϊδιότητα τοῖς τοιούτοις ἐπιχειρήμασιν [illegible] πειρᾶσθαι. ἐπεὶ δὲ πάσαις ταῖς τῶν εὐσεβούντων ψήφοις ὁμολογεῖται, ὅτι πάντων τῶν ὄντων, τὸ μὲν, διὰ τῆς κτίσεώς ἐστι· τὸ δὲ πρὸ τῆς κτίσεως· καὶ ὅτι ἡ μὲν θεία φύσις ἄκτιστος εἶναι D πεπίστευται· ἐν ᾗ τὸ μὲν αἴτιον, τὸ δὲ ἐξ αἰτίου τὴν ὑπόστασιν ἀδιαστάτως ἔχειν ὁ τῆς εὐσεβείας διδάσκει λόγος, τῆς δὲ κτίσεως ἐν παρατάσει τινὶ διαστηματικῇ θεωρουμένης, πᾶσα χρονικὴ τάξις, καὶ ἀκολουθία τῶν γεγονότων διὰ τῶν αἰώνων καταλαμβάνεται· ἡ δὲ προαιώνιος φύσις ἐκπέφευγε τὰς κατὰ τὸ πρεσβύτερόν τε, καὶ νεώτερον διαφοράς,

τῷ μὴ

τὸ μὴ συνθεωρεῖσθαι τῇ θείᾳ, καὶ μακαρίᾳ ζωῇ, ὅσα περὶ τὴν κτίσιν ἰδίως ὁ λόγος βλέπει. ἡ μὲν γὰρ κτίσις πᾶσα, καθὼς εἴρηται, κατά τινα τάξεως ἀκολουθίαν γεγενημένη, τῷ τῶν αἰώνων διαστήματι συμπαραμετρεῖται· καὶ εἴ τις ἀνίοι τῷ λόγῳ διὰ τῆς τῶν κτισθέντων ἀκολουθίας, ἐπὶ τὴν τῶν γεγονότων ἀρχὴν, τῇ τῶν αἰώνων καταβολῇ περιορίσει τὴν ζήτησιν. ἡ δὲ ὑπὲρ τὴν κτίσιν οὐσία, ἅτε πόρρω τῆς διαστηματικοῦ νοήματος κεχωρισμένη, πᾶσαν χρονικὴν ἀκολουθίαν ἐκπέφευγεν, ἀπ' οὐδεμιᾶς τοιαύτης ἀρχῆς εἰς οὐδὲν πέρας δι' οὐδενὸς τόπου κατά τινα τάξιν διεξοδευομένου περιιοῦσα, ἢ καταλήγουσα. τῷ γὰρ διαβαίνοντι τοὺς αἰῶνας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γεγονότα, καθάπερ τι πέλαγος ἀχανὲς, ἡ τῆς θείας φύσεως θεωρία τοῖς λογισμοῖς προφανεῖσα, οὐδὲν δίδωσι σημεῖον ἐφ' ἑαυτῆς γνωριστικὸν ἀρχῆς τινος τῷ εἰς τὰ ἐπέκεινα διατείνοντι τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν· ὥστε τὸν πολυπραγμονοῦντα τὸ τῶν αἰώνων πρεσβύτερον, καὶ ἀνιόντα ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων ἀρχὴν, ἐν μηδενὶ στῆναι τῷ λογισμῷ δύνασθαι· ἀεὶ τοῦ ζητουμένου ἀποπροθέοντος, καὶ μηδεμίαν στάσιν τῇ πολυπραγμοσύνῃ τῆς διανοίας ὑποδεδωκότος.

Σαφὴς δὲ ὁ λόγος καὶ τῷ μετρίως ἐπεσκεμμένῳ τὴν τῶν ὄντων φύσιν· ὅτι τῇ μὲν θείᾳ τε, καὶ μακαρίᾳ ζωῇ τὸ συμπαραμετρούμενόν ἐστιν οὐδέν. οὐ γὰρ ἐκείνη ἐν χρόνῳ, ἀλλ' ἐξ ἐκείνης ὁ χρόνος· ἡ δὲ κτίσις ἀπό τινος ὁμολογουμένης πάντως ἀρχῆς ἐπὶ τὸν ἴδιον σκοπὸν διὰ τῶν χρονικῶν διαστημάτων ὁδεύουσα φέρεται· ὡς ταύτης μὲν δυνατὸν εἶναι, καθώς φησί που ὁ Σολομὼν, ἀρχὴν, καὶ τέλος, καὶ μεσότητα διασκοπῆσαι, διὰ τῶν χρονικῶν τμημάτων, τὴν ἀκολουθίαν, τῶν κατ' αὐτὴν σημειούμενον. ἡ δὲ ὑπερκειμένη τε, καὶ μακαρία ζωὴ, ἅτε μηδενὸς συμπροοδεύοντος αὐτῇ διαστήματος, τὸ διαμετροῦν, καὶ διαλαμβάνον οὐκ ἔχει. τὰ μὲν γὰρ γεγονότα πάντα τοῖς ἰδίοις μέτροις ἐμπεριγεγραμμένα κατὰ τὸ ἀρέσκον τῇ σοφίᾳ τοῦ κτίσαντος, οἷόν τινι ὅρῳ τῷ προσήκοντι μέτρῳ, ὡς πρὸς τὴν τοῦ παντὸς εὐαρμοστίαν ἐμπεριείληπται. διὰ τοῦτο κἂν τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἀνέφικτος ἡ τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων ἔφοδος,

A eo quod in diuina illa, & beata vita minimè quærenda & conſideranda ſint, quæ ratio noſtra in creatura ineſſe conſpicit: nam omnis creatura, ſicut dictum eſt, ſecundum ordinem & ſeriem quandam producta menſuratur duratione temporis, & ſi quis ratione aſcendat per rerum creatarum ordinem ad earumdem principium, indagationem ſuam temporis exortu & conditione circumſcribet. At verò ſubſtantia, quæ ſupra creaturam euecta eſt, tanquam ab omni intercapedine tẽporali libera, omnem temporis ſeriem tranſcendit: à nullo B huiuſcemodi principio, vllo modo ſecundũ ordinẽ procedens, vel in vllum deſinẽs. Ei enim, qui omina tempora, & omnia, quæ in illis cõdita ſunt, percurrit atq; perluſtrat, ipſius diuinæ naturę conſideratio, tanquã immenſum quoddam pelagus mẽti apparebit, nullumq; argumentũ ſuppeditabit, quod alicuius initii indicium ſit ei, qui facultatem ſuam intelligendi in illa vlteriora extendere volet: adeò, vt qui circa temporum maiorem antiquitatem occupatur, & ad primum principium rerum aſcendit, C nuſquam cogitationem ſuam ſiſtere & figere poſſit: ſemper enim id quod inueſtigatur, quodammodo ſubterfugit, nullumque ſtatum & terminum curioſæ inquiſitioni concedit.

Manifeſtum eſt porrò omni illi, qui ſobriè rerum naturã conſiderare ingreditur, nullã rem eſſe, quæ diuinæ illi & beatæ vitæ cõmenſuretur. Nam natura diuina non continetur tempore, ſed ab illa tempus eſt: Creatura verò à certo & noto initio, ad præfixam ſibi metam per temporalia interualla decurrens fertur, D adeò vt eius quidem, quemadmodum ſapiens alicubi Salomon ait, liceat principium finem & medium inuenire, temporariis quibuſdam ſectionibus & diuiſionibus ſeriem eorum, quæ in ipſa ſunt, deſignantia: At ſuprema illa & beata natura, quam nullum temporis ſpatium comitatur, nihil habet, quo menſuretur & cõtineatur. omnia enim, quæ facta ſunt, propriis quaſi ambitibus, diuinæ ſapiẽtiæ arbitratu, deſcripta, tanquam terminis quibuſdã congruẽti modo, ad huius vniuerſitatis decorẽ, & cõcinnam coagmentationem, cõprehenduntur; Quocirca licet humanæ imbecillitati ratio eorum, quæ in creatis rebus apparent, ſit inueſtigabilis,

attamen omnia conditoris potentiâ finita & certis limitibus circűſcripta eſſe, & intra metas creaturæ contineri, minimè dubium eſt. At verò vis efficiens rerum, quæ in ſeipſa rerum creatarum naturam circumſcribit, termino circumſcribente caret, omnemq́; intelligendi vim, quæ ad principium diuinæ naturæ peruenire contendit, intra ſeipſam concludit & terminat, quippè tranſcēdens omnē curioſitatē, & conatū qui ad terminum eius, quod interminatū eſt, penetrare nititur: omnis enim aſcenſus, & mentis contentio poſt temporis, rerumque temporalium interualla, tantum duntaxat euehetur, vt videre poſſit eius, quod quęritur, imperſcrutabilem rationem, ita vt terminus & modus humanarum cogitationum, motionis & actionis, videatur eſſe tempus, & ea, quæ in tēpore ſunt, quæ ſupra hæc poſita ſunt, cogitationibus noſtris inueſtigabilia, & impenetrabilia manent, vtpotè procul ſeiuncta ab omnibus illis, quæ in humanam cogitationem cadere poſſunt: ea enim, quibus neq; figura eſt, neq; locus, neque magnitudo, neq; menſura temporaria, neque aliud quippiā ex his, quę animo comprehēdimus, ſi intelligentia mētis aſſequi velit, neceſſariò tempora, & in his res creatas, ſecundū cognatam & inſitam ſibi cōſuetudinem quæret & apprehendet, ab incomprehenſibili illa natura procul & vndique aberrans.

Puto enim cuiuis, qui vel obiter animum ad hæc aduertere velit, manifeſtū eſſe, vniuerſi huius conditorē, tempora & ſpatia loci, velut interuallū quoddam quo res producēdæ reciperentur, pręparauiſſe, & in illis res omnes creaſſe. Neque enim fieri poteſt, vt aliquid quod vel creatur vel naſcitur, non habeat eſſe ſuū vel in loco vel in tempore. At vero illa nullius indigens & ſempiterna, & quæ omnia ſuo complexu cōprehendit natura, neque in loco eſt, neque in tempore. Sed ante hæc eſt, & ſupra hæc inenarrabili quadam ratione, ipſaque in ſeipſa ſola fide conſpicitur, neq; ſæculis circumſcripta, neque cum tempore decurrens, ſed in ſeipſa conſiſtens & in ſeipſa velut fundata & ſolidata, in qua neque præteritum, neque futurum inuenias: nihil enim ipſius extra ipſam eſt, quo tranſeunte, aliud quidē prætereat, aliud verò futurū ſit. Hæc enim propriæ ſunt affectiones rerum creatarū, ſpei &

A ἀλλ' ὅμως τὸ πεπεράνθαι τὰ πάντα τῇ τοῦ πεποιηκότος δυνάμει, καὶ ἐντὸς εἶναι τῶν τῆς κτίσεως ὅρων οὐκ ἀμφιβάλλεται. ἡ δὲ ποιητικὴ τῶν ὄντων δύναμις τὴν τῶν γεγονότων ἐν ἑαυτῇ συμπεριγράφουσα φύσιν, αὐτὴ τὸ περιέχον οὐκ ἔχει· πᾶν νόημα τὸ πρὸς τὴν ἀρχὴν τῆς θείας ζωῆς ἀνελθεῖν ἐπειγόμενον, ἐντὸς ἑαυτῆς κατακλείουσα, καὶ πάσης περιεργίας, καὶ φιλοπραγμοσύνης τῆς πρὸς τὸ πέρας τοῦ ἀορίστου φθάσαι φιλονεικούσης ὑπερεκπίπτουσα. ἅπασα γὰρ ἡ μετὰ τοὺς αἰῶνας ἄνοδος, καὶ διάστασις τοῦ νοῦ τοσοῦτον ὑψωθήσεται μόνον, B ὅσον κατιδεῖν τὸ τοῦ ζητουμένου ἀδιεξίτητον, καὶ ἔοικεν εἶναί τι μέτρον, καὶ ὅρος τῆς τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν κινήσεως, καὶ ἐνεργείας, ὁ αἰών, καὶ τὰ ἐντὸς τούτων εἶναι, τὰ δὲ ὑπερκείμενα τούτων, ἄληπτα, καὶ ἀνεπίβατα λογισμοῖς μένει, πόρρωθεν τῆς δυναμένης ὑπὸ κατάληψιν ἀνθρωπίνην ἐλθεῖν καθαρεύοντα. ἐν οἷς γὰρ οὐκ εἶδος, οὐ τόπος, οὐ μέγεθος, οὐ τὸ ἐκ τοῦ χρόνου μέτρον, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν καταληπτῶν ἐπινοεῖται ἐξ ἀνάγκης καὶ ἡ καταληπτικὴ τοῦ νοῦ δύναμις ζητοῦσά τινος περιδράξασθαι τοὺς αἰῶνας, καὶ τὴν ἐν τούτοις κτίσιν εἰς τὸ συγγενὲς ἑαυτῇ, καὶ ὁμόφυλον συζητήσει τῆς C ἀλήπτου φύσεως πανταχόθεν ἀπολισθαίνουσα.

Παντὶ γὰρ οἶμαι τοῦτο γνώριμον εἶναι τῷ καὶ μετρίως ἐπεσκεμμένῳ τὰ ὄντα. ὅτι τοὺς αἰῶνας, καὶ τὸν ἐν τούτοις τόπον εἶναί τι χώρημα δεκτικὸν τῶν γινομένων προκαταβαλλόμενος ὁ τῶν ὅλων δημιουργός, ἐν τούτοις κτίζει τὰ πάντα. οὐ γὰρ ἐνδέχεταί τι τῶν διὰ κτίσεως γεγονότων, ἢ γινομένων μὴ πάντως ἢ ἐν τόπῳ, ἢ ἐν χρόνῳ τὸ εἶναι ἔχειν· ἡ δὲ ἀπροσδεὴς, καὶ ἀΐδιος, καὶ τῶν ὄντων ἐμπεριεκτικὴ φύσις οὔτ' ἐν τόπῳ ἐστίν, οὔτε ἐν χρόνῳ. ἀλλὰ πρὸ τούτων, καὶ D ὑπὲρ ταῦτα κατὰ τὸν ἄφραστον λόγον, αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς διὰ μόνης πίστεως θεωρεῖται, οὔτε αἰῶσι παραμετρουμένη, οὔτε χρόνοις συμπαρατρέχουσα, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῆς ἑστῶσα, καὶ ἐν ἑαυτῇ καθιδρυμένη, οὔτε παρῳχηκότι, οὔτε τῷ μέλλοντι συνθεωρουμένη· οὐδὲ τίν ἐστί τι παρ' αὐτήν, ἔξω αὐτῆς, οὗ παροδεύοντος τὸ μέν τι παρέρχεται, τὸ δὲ μέλλει. ταῦτα γὰρ ἴδια τῶν ἐν τῇ κτίσει τὰ πάθη πρὸς ἐλπίδα, καὶ μνήμην

κατὰ τὴν τοῦ χρόνου διαίρεσιν τῆς ζωῆς διαιζομένοις. ἐκείνη δὲ τῇ ὑψηλῇ, καὶ μακαρίᾳ δυνάμει, ᾗ πάντα κατὰ ἐνεστὼς ἀεὶ πρόσεστιν ἐπίσης, καὶ τὸ προσδοκώμενον ὑπὸ τῆς περιεκτικῆς πάντως δυνάμεως ἐγκρατούμενα καθορᾶται.

Αὕτη τοίνυν ἡ οὐσία ἐστὶν, ἐν ᾗ πάντα, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, συνέστηκε. καὶ οἱ καθέκαστον εἶναι μετέχοντες, ζῶμέν τε, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν, ἡ ἀνωτέρα μὲν πάσης ἀρχῆς. σημεῖα δὲ τῆς ἰδίας φύσεως οὐ παρεχομένη, ἀλλ' ἐν μόνῳ τὸ μὴ δύνασθαι καταληφθῆναι γινωσκομένη. τοῦτο γὰρ αὐτῆς ἰδιαίτατον γνώρισμα, τὸ πάντος χαρακτηριστικοῦ νοήματος, ὑψηλοτέραν αὐτῆς εἶναι τὴν φύσιν. ἡ τοίνυν κτίσις διὰ τὸ μὴ τὸν αὐτὸν τῷ ἀκτίστῳ λόγον ἔχειν, αὐτῷ τούτῳ τῆς πρὸς τὸν πεποιηκότα συγκρίσεώς τε, καὶ κοινωνίας χωρίζεται, τῇ κατὰ τὴν οὐσίαν λέγω διαφορᾷ, καὶ τῷ, ἴδιον ἐφ' ἑαυτῇ τὸν παραστατικὸν τῆς φύσεως ἐπιδέχεσθαι λόγον, οὐδὲν ἐπικοινωνοῦντα τῷ ἐξ οὗ γέγονεν. ἡ δὲ θεία φύσις πάντων τῶν ἰδιαζόντως ἐπιθεωρουμένων τῇ κτίσει σημείων ἀλλοτρίως ἔχουσα, κάτω ἑαυτῆς καταλείπει τά τε χρονικὰ τμήματα, τὸ πρεσβύτερον λέγω, καὶ τὸ νεώτερον, καὶ τὰς τοπικὰς ἐπινοίας· ὡς μήτε ἀνώτερον ἐπ' αὐτῆς τι κυρίως λέγεσθαι. πᾶν γὰρ τὸ νοούμενον ἐπὶ τῆς ἀκτίστου δυνάμεως, ἄνω ἐστὶ, καὶ ἀρχή ἐστι, καὶ τὸν τοῦ κυριωτάτου λόγον ἐπέχει.

Ἐπεὶ οὖν δέδεικται διὰ τῶν εἰρημένων μὴ ἐν τῇ κτίσει τὸν μονογενῆ υἱὸν, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα διερευνᾶσθαι· ἀλλ' ἄνω τῆς κτίσεως πιστεύεσθαι εἶναι· ἡ μὲν κτίσις ἐπί τινος ἰδιαζούσης ἀρχῆς διὰ τῆς φιλοπραγμοσύνης τῶν τὰ τοιαῦτα ζητεῖν φιλονεικοτέρων ἴσως καταληφθήσεται. τὸ δὲ ὑπὲρ ταύτην, οὐδὲν ἂν διὰ τούτων μᾶλλον εἰς γνῶσιν ἔλθοι, οὐδενὸς ἐν αὐτῷ σημείου δεικτικοῦ πρὸ τῶν αἰώνων εὑρισκομένου. Εἰ οὖν ἐν τῇ ἀκτίστῳ φύσει νοεῖται τὰ θαυμαστὰ πράγματά τε, καὶ ὀνόματα. ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱός, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πῶς ἐστι δυνατὸν, ὅπερ ἐπὶ τῶν κάτω περιεργαζομένη, καὶ πολυπραγμονοῦσα καταλαμβάνει ἡ ἔννοια· ἕτερον ἑτέρου συγκριτικῶς ὑποτιθεῖσα, διά τινος χρονικοῦ διαστήματος, τοῦτο καὶ ἐπὶ

A memoriæ cauſſa, vita variè diuiſa, ſecundum diuiſionem temporis. At in illa ſuprema & beata poteſtate, cui omnia æqualiter de præſenti adſunt, etiam id quod futurum eſt, ob illam infinitam comprehendendi vim ineſſe conſideratur.

Ipſa itaque eſt ſubſtantia, in qua, vt Apoſtolus ait, omnia conſtituta ſunt, etiam ſingularia, *in qua viuimus, mouemur, & ſumus*: quæ omni principio ſuperior eſt, neque vlla ſuæ naturæ argumenta præbet, ſed hac ſola nota cognoſcitur, quod comprehendi nequeat: nam hæc nota ei eſt, quàm maximè propria, omni B nota omnique charactere ad intelligendum accõmodato ſuperiorẽ eſſe. Creatura igitur eo ipſo, quod ſua in ratione cum increato non conuenit: à comparatione & cõmunione ſui conditoris ſecernitur, diuerſitate, inquam, ſubſtãtiæ, quodque in ſeipſa exhibeat rationem quaſi demõſtratricem, quòd cum eo, ex quo extitit, nihil commune poſſideat. At verò diuina natura procul abeſt ab omnibus illis proprietatibus & cognoſcendi indiciis, quæ creaturis ineſſe cõſiderãtur: hinc & infra ſe relinquit omnis temporis ſectiones, prius dico & poſte- C rius, omnes de loco cogitationes, vt nec ſuperius de ea propriè affirmari queat. Omne enim quod ſpectatur in increata illa natura, ſupra eſt, & principium eſt, & rationem rei maximè propriè dictæ habet.

Act. 17.

Cum igitur hactenus demonſtratum ſit, vnigenitũ Filium & Spiritũ ſanctum non inter creaturas quæri, ſed ſupra omnes creaturas euectos credi debere: fieri fortaſſis poterit, vt creaturę per ſtudium & contentionem eorum, qui circa hæc talia laborioſè occupantur, principium propriũ reperiatur, at quod ſupra crea- D turæ ſortem eſt, id hoc modo & medio nunquam ſub cogitationẽ cadet, cum nullum indicium, quo, ad cognitionem quaſi manu ducamur, in eo, ante temporis ortũ liceat inuenire. Si ergo in increata illa natura non modò res, ſed & nomina miranda ineſſe cogitantur, Pater videlicet & Filius, & Spiritus ſanctus, quomodo fieri poteſt, vt quod mens curioſa, & pluribus quàm par eſt intẽta, in his rebus inferioribus animaduertit, vt ſcilicet altera alteri collata ſuperior ſit & prior, ſecundum aliquam temporis durationem: hoc etiam in

increata illa & æterna natura ineſſe exi- A ſtimet: in qua Pater principii expers, & ingenitus, & ſemper Pater cõcipitur, ex ipſo autẽ vnigenitus Filius, ſine vlla interruptione & diuulſione, vnà cũ Patre intelligitur, cum ipſo verò & per ipſum, antequã neſcio quod inane, & quiddam non ſubſiſtẽs, tanquam mediũ interueniret, ſtatim etiã & coniunctim Spiritus ſanctus cõcipitur, non poſterior Filio ſecundũ ſuã ſubſiſtentiam, quaſi poſſit aliquando vnigenitus Filius intelligi abſq; Spiritu ſancto, qui & ipſe ex vniuerſorum Deo ſui ſubſiſtentiæ originem habet, à quo etiam Vnigenitum illud lu- B men eſt de vero lumine reſplendens: neque diuerſitate durationis, neque natura à Patre vel Vnigenito ſeparatur. Durationis namque intercapedo non eſt in ſempiterna illa natura, neque vlla naturæ diuerſitas: Neque enim fieri poteſt, vt increatum ab increato, quo ad naturam, diuerſum ſit. Eſt autem Spiritus ſanctus increatus, quemadmodum ſuperiori diſputatione demonſtratũ eſt.

Cum igitur hæc ita ſeſe habeant, conſenſu omnium illorum, qui veræ & ſanæ fidei ſimplicitatem amplectuntur, C non niſi intempeſtiuum apparet, Filii cum Patre coniunctionem diſſoluere velle per id, quod eſt creaturæ, quaſi neceſſe ſit, vel huic etiam aliquid coæternum, vel certè Filiũ Patre poſteriorem fore. Nam generatio Filii tempore non concluditur, neque creatura tempore antiquior eſt. Itaque nullo modo conuenit naturam indiuiſam & inſeparatã partiri & diſſecare, & inter cauſam omnium rerum effectricem, intercapedinem quandam durationis cogitatione interiicere, vt ſcilicet affirmetur aliquando non fuiſſe illum, qui omnibus D fuit auctor, vt ſint.

Verum ergo eſt, quod aſſeruimus, nempe, quòd cum Patris innaſcibilitate vnigeniti Filii æternitas naſcibiliter coniuncta conſideretur: ſi quis putet interuallum interceſſiſſe, quo generatio Filii à Patris vita ſeparetur, is hoc ipſo etiam Deo vniuerſorum principium vitæ & ſubſiſtentiæ attribuat, quod abſurdiſſimum eſt. Nihil verò prohibet creaturam, vtpotè à ſuo creatore diuerſam, conſiderari tanquam à proprio quodam initio procedentem, vt diximus, quod in illam immortalem & æternam naturam nullo pacto conuenire poteſt:

A τῆς ἀκτίστου καὶ προαιωνίου νομίζειν οὐσίας εἶναι· ἐν ᾗ πατὴρ μὲν ἄναρχος, καὶ ἀγέννητος, καὶ ἀεὶ πατὴρ νοεῖται· ἐξ αὐτοῦ δὲ κατὰ τὸ προσεχὲς ἀδιαστάτως ὁ μονογενὴς υἱὸς τῷ πατρὶ συνεπινοεῖται· δι᾽ αὐτοῦ δὲ, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ, πρίν τι κενόν τε, καὶ ἀνυπόστατον διὰ μέσου παρεμπεσεῖν νόημα, εὐθὺς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον συνημμένως καταλαμβάνεται· οὐχ ὑστερίζον κατὰ τὴν ὕπαρξιν μετὰ τὸν υἱόν· ὥστε ποτὲ τὸν μονογενῆ δίχα τοῦ πνεύματος νοηθῆναι· ἀλλ᾽ ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, καὶ αὐτὸ τὴν αἰτίαν ἔχον τοῦ εἶναι, ὅ- B θεν καὶ τὸ μονογενές ἐστι φῶς· διὰ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐκλάμψαν· οὔτε διαστήματι, οὔτε φύσεως ἑτερότητι τοῦ πατρὸς, ἢ τοῦ μονογενοῦς ἀποτέμνεται. διάστημα μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς προαιωνίου φύσεως οὐκ ἔστιν· ἡ δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν διαφορὰ οὐδεμία. οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν ἀκτίστου πρὸς ἄκτιστον διαφορὰν ἐννοῆσαι· ἄκτιστον δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καθὼς ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἀποδέδεικται λόγοις.

Τούτων οὕτως ἔχειν ὑπειλημμένων παρὰ πᾶσι τοῖς καταδεχομένοις τὸν ἰδιωτισμὸν τοῦ C ἁπλουστέρου κηρύγματος, ἵνα καιρὸν ἔχῃ τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα συνάφειαν διὰ τῆς κτίσεως διαλύειν πειρᾶσθαι· ὡς ἐπάναγκες εἶναι ἢ, καὶ ταύτῃ συναΐδιον, ἢ καὶ τὸν υἱὸν μεταγενέστερον οἴεσθαι. οὔτε γὰρ ἡ γέννησις τοῦ μονογενοῦς ἐντὸς τῶν αἰώνων. οὔτε ἡ κτίσις πρὸ τῶν αἰώνων, ὥστε οὐδενὶ τρόπῳ προσήκει τὴν ἀδιάστατον φύσιν καταμερίζεσθαι· καὶ μεταξὺ τῆς πάντων ποιητικῆς αἰτίας, διαστηματικήν τινα παρενείρειν ὑπόνοιαν ἐν τῷ λέγειν, ποτὲ μὴ εἶναι τὸν πᾶσι δεδωκότα τὸ εἶναι.

D

Οὐκοῦν ἀληθὴς ὁ προαποδεδομένος λόγος· ὅτι τῇ μὲν ἀγεννησίᾳ τοῦ πατρὸς, ἡ τοῦ μονογενοῦς ἀϊδιότης γεννητῶς συνεπινοεῖται· εἰ δέ τι διάστημα μεταξὺ νομισθείη, ᾧ ἡ γέννησις τοῦ υἱοῦ τῆς τοῦ πατρὸς ζωῆς διατέμνεται· τούτῳ καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ζωῆς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ ὁρισθήσεται· ὅπερ ἄτοπον, τὴν δὲ κτίσιν κωλύει οὐδὲν ἄλλό τι οὖσαν κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν παρὰ τὸν κτίσαντα ἀπό τινος ἰδιαζούσης νοηθῆναι ἀρχῆς, καθὼς ἔφαμεν, κατ᾽ οὐδὲν τῇ ἀκηράτῳ, καὶ προαιωνίῳ φύσει συμβαινουσαν·

τὸ γὰρ ἐκ μὴ ὄντων, ἢ ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐκ μὴ φαινομένων, οὐρανὸν, ἢ γῆν, ἢ ἄλλο τι τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων γεγενῆσθαι λέγειν, οὐδεμίαν τῷ ποιητῇ τῶν ὅλων ἀδοξίαν περιτρίβεται· ἐπεὶ καὶ μεμαθήκαμεν παρὰ τῆς θείας γραφῆς, μήτε ἐξ ἀϊδίου ταῦτα εἶναι, μήτε εἰσαεὶ διαμένειν. εἰ δέ τι τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι πεπιστευμένων, μὴ ἀεὶ συνυπάρχειν τῷ πατρὶ πιστευθείη, ἀλλά τις κατὰ τὸν τῆς αἱρέσεως λόγον ἐπινοηθείη διάνοια γυμνοῦσά ποτε τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν τῆς τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος δόξης, οὐδὲν ἕτερον, ἢ παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ θείου πράγματός τε, καὶ νοήματος, κατὰ τὸν τῆς αἱρέσεως λόγον, ὁ Θεὸς κεχωρισμένος ἐπιδειχθήσεται. Εἰ δὲ ἀεὶ ἔνδοξος ὁ πατὴρ, ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων· δόξα δὲ τοῦ πατρὸς ὁ προαιώνιος υἱὸς, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ υἱοῦ δόξα τὸ τοῦ Χριστοῦ πνεῦμα, τὸ ἀεὶ συνθεωρούμενον τῷ υἱῷ, καὶ τῷ πατρὶ, πόθεν ὁ σοφὸς οὗτος, καὶ ἐκ ποίας παιδεύσεως τὸ πρεσβύτερον ἐν τοῖς ἀχρόνοις, καὶ τὸ τιμιώτερον ἐν τοῖς κατὰ φύσιν τιμίοις ἀποφαίνεται· συγκριτικῶς ὑπερτιθεὶς τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, καὶ διὰ τῆς τοῦ ἑνὸς προτιμήσεως, τὸ ἐφεξῆς ἀτιμάζων; ἡ γὰρ ἀντιδιαστολὴ τοῦ τιμιωτέρου φανερωτέρα πάντως ἐστὶν, εἰς ὅ, τι φέρει.

Οἷα δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐπάγει, καὶ τὰ ἀκόλουθα· ἅ τε φησὶ τὰς αὐτὰς ἐνεργείας τὴν ταυτότητα τῶν ἔργων ἀποτελουσῶν, καὶ τῶν παρηλλαγμένων ἔργων, παρηλλαγμένας, καὶ τὰς ἐνεργείας ἀποφαινόντων. καλῶς ὁ γεννάδας ἦλθεν ἐπὶ τὸ ἄμαχον συνηγορίαν τοῦ λόγου· αἱ αὐταὶ ἐνέργειαι, τὴν ταυτότητα τῶν ἔργων ἀποτελοῦσι φησί. ἴδωμεν τοίνυν ἐπὶ τῶν παραδειγμάτων τὸν λόγον, μία τοῦ πυρὸς ἡ διὰ τοῦ θερμαίνειν ἐνέργεια, ἀλλὰ τὰ ἔργα οἵαν ἔχει τὴν συμφωνίαν, ἐπισκεψώμεθα. τήκεται ὁ χαλκός· ὁ πηλὸς πήγνυται· ὁ κηρὸς ἀναλίσκεται· τὰ λοιπὰ τῶν ζώων εἰ ἐν αὐτῷ γένοιτο, φθείρεται· ἡ σαλαμάνδρα ζωογονεῖται· τὸ, στυππεῖον καίεται· τὸ ἀμίαντον, ὥσπερ ἐν ὕδατι τῇ φλογὶ καταπλυνεται. τοσαύτη ἡ ταυτότης τῶν ἔργων ἐκ τῆς μιᾶς ἐνεργείας. τί δὲ ὁ ἥλιος; ἆρ' οὐχὶ καὶ αὐτὸς, ἐκ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ὁμοίως ἐπιθάλπων τὰ πάντα· τὸ μέν τι τῶν φυτῶν αὔξησι· τὸ δὲ καταμαραίνει,

A Dicere enim *ex non entibus*, vel, vt Apoſtolus ait, *ex non apparentibus*, vel inuiſibilibus cœlum vel terram aut aliquid eorum, quę in creaturatum ordine cenſentur, extitiſſe, nullam iniuriam vniuerſorum conditori adfert: cum ex ſcriptura compertum nobis ſit, hæc neque ab æterno fuiſſe, neque in æternũ fore. At ſi quid eorum, quæ in Trinitate ineſſe creduntur, credatur non ſemper Patri coexſtitiſſe: & ſi, conuenienter hæreticorum inſtitutis & placitis, admittatur eiuſcemodi cogitatio, quæ Deum omnium gloria Filii & Spiritus ſancti denudet & ſpoliet, tunc nihil aliud ſequitur ex hæreticorum iſtorum B opinione, quàm quod Deus omni bonitate & diuinitate, diuinitatique competente exiſtimatione ſpoliatus apparebit. At ſi ſuam gloriam ſemper habet Pater, qui eſt ante ſecula, gloria vero Patris eſt æternus Filius, ſimiliter & Filii gloria Spiritus ſanctus, qui vnà cum Filio & Patre ſemper conſideratione cernitur, vndénam ſapientiſſimus iſte, & ex quali diſciplina in æternis temporiſque expertibus ſtatuit prius & antiquius, & honorabilius ſeu dignius in iis, quæ ſua natura ſunt æquè honorabilia & digna, vnum alteri per comparatio- C nem præferens, qui hoc ipſo, quod primas honoris vni defert: ſic quod deinceps eſt inhonorat & iniuria afficit: nam quorſum tendat diſtinctio iſta præſtantioris & honorabilioris neminem latet. — Hebr. 11.

Iam verò qualia ſunt quæ his ſubiungit, cum affirmat, *eaſdem operationes eadem opera efficere, & mutatis operibus mutatas etiam operationes conſpici*: Opportunè profectò egregius iſte ad inexpugnabilem orationis ſuæ defenſionem ſe confert. *Eadem operationes*, inquit, *eadem etiam opera efficiunt*. Videamus igitur quam verum hoc ſit, allatis exemplis. Vna ignis D operatio eſt calefacere: diſpiciamus igitur, qualem conuenientiam habeāt huius operationis opera. Calore liqueſcit æs, lutum indureſcit, cera conſumitur: Reliqua animantia ſi in igne ſint corrumpuntur, at ſalamandra viuificatur: ſtupa ardet. Amiantum (ſeu amiantus, nomen gemmæ) flammâ, velut aquâ, purgatur. Tanta eſt ſimilitudo operum eiuſdem operationis. Quid vero ſol? an non & ipſe eadem ſua vi & potentia omnia æqualiter fouens, plantarum quidẽ aliam auget, aliam verò exſiccat,

A mutato operationis fine pro materiæ ſubſtratæ conditione & qualitate. Illam enim plantam, quæ ſupra petram eſt, arefacit, at eam, quæ altas in terra egit radices, patulis vbique ramis diffundit. Quod ſi opera naturæ mente luſtrare, & quid in corporibus natura agere ſoleat, obſeruare velis, clarius intelliges, quam circumſpectè iſte dixerit. *Eandem operationem eadem efficere opera.* Vna operatio eſt cauſa conceptionis, ſed compoſitio eius, quod intus fit & conſtituitur, varia eſt & multiformis, vt nulli facilè ſit enumerare diuerſitatem omniũ earum, quæ in corpore inſunt, qualitatum. B Infantibus vna itidẽ operatio eſt, lactis attractio & exſuctio. At quis varietatem effectuum talis alimenti percenſeat? quod tanquã per canales ex ore in meatus deſtinatos deſcendit: nutriendi verò & alterandi facultas vnicuique membrorum conuenienter lac adducit: ſexcentis modis per cõcoctionem alimentum illud ſubigens & diuidens, & cuilibet ex ſubiectis membris ſimile cognatumque conſentanea ratione efficiens. Nam ex eodem alimento aluntur & augentur arteriæ, venæ, cerebrum, meninges ſeu membranæ, medulla, C oſſa, nerui, muſculi, tendines, caro, extremitas ſeu ſuperficies, chondri, adeps, capilli, vngues, ſudores, halitus, pituita, bilis, & ſi quæ alia ſuperflua & inutilia ex eadem cauſa exiſtunt. Si membra intuearis, quorum alia ſunt organica, alia ſenſibus deſeruientia, alia aliter molem hanc corporis conſtituentia, videbis, & hæc ex vna nutrimenti operatione in talem & tantam diuerſitatem excreſcere. Si quis res manu & arte factas contemplari cupiat, inueniet etiam in his, quam inconſideratè hoc, quod contraria ſententia vult, aſſertum ſit: vnam enim vt plurimum in iis, qui manu laborant, D in omni arte videmus operationem, ipſam, inquã, manus motionem: at diſpiciamus quænam ſit ſimilitudo effectuum. Quid commune & ſimile habet templi exſtructio, cum veſtis confectione, arte vtrobique per manus motionem operante? Manum mouet, tam qui muros perfodit, quam qui puteum fodit, ex terra eruitur metallũ, quo homo occiditur, & omnia ſua efficere conatur homo motione manus. Nã miles in bello manu cædẽ & ſtragem ſuorum hoſtium edit: & agricola manu per li-

πρὸς τὴν ὑποκειμένην δύναμιν ὑπαλλάσσων τῆς ἐνεργείας τὸ τέλος. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς πέτρας ἐξήρανε, τὸ δὲ ἐκ τῆς βαθείας γῆς, ἑκατοντάρχουν ἐποίησεν. εἰ δὲ εἰσέλθοις εἰς τὰ τῆς φύσεως ἔργα, καὶ ἴδοις ἐν τοῖς σώμασιν ὅσα φιλοτεχνοῦσα ἐργάζεται, μᾶλλον ἂν τὸ περιεσκεμμένον κατίδοις τοῦ λέγοντος, ὅτι ἡ αὐτὴ ἐνέργεια τὴν ταυτότητα τῶν ἔργων ἀποτελεῖ. μία ἐνέργεια τῆς συλλήψεώς ἐστιν ἡ αἰτία· ἀλλὰ τὸ σύγκριμα τοῦ ἔνδον οἰκονομουμένου πολυειδές, ὡς ἂν μὴ δυνηθῆναι ῥᾳδίως τινὰ τὴν διαφορὰν τῶν ἐν τῷ σώματι ποιοτήτων ἀπαριθμήσασθαι. μία πάλιν ἐνέργεια ἐπὶ τῶν νηπίων ἡ τοῦ γάλακτός ἐστιν ὁλκή· τὸ δὲ ποικίλον τῶν ἀποτελεσμάτων τῆς τοιαύτης τροφῆς; τίς ἂν διεξέλθοι λόγος· ἡ μὲν γὰρ καθάπερ διὰ σωλῆνος ἐκ τοῦ στόματος ἐπὶ τοὺς ἀποκριτικοὺς διεξέρχεται πόρους· ἡ δὲ ἀλλοιωτικὴ τῆς φύσεως δύναμις, ἑκάστῳ τῶν μελῶν καταλλήλως προσάγει τὸ γάλα διὰ τῆς πέψεως εἰς μυρίας διαφορὰς τὴν τροφὴν κερματίζουσα, καὶ τοῖς ὑποκειμένοις ὁμοφυὲς ἀπεργαζομένη τὸ ἑκάστῳ κατάλληλον. ἐκ γὰρ τῆς αὐτῆς τρέφονται βρώσεως ἀρτηρίαι, φλέβες, ἐγκέφαλος, μήνιγγες, μυελός, ὀστᾶ, νεῦρα, σύνδεσμος, τένοντες, σάρκες, ἐπιφάνεια, χόνδροι, πιμελαί, τρίχες, ὄνυχες, ἱδρῶτες, ἀτμοί, φλέγμα, χολή, καὶ ὅσα λοιπὰ περιττά, καὶ ἄχρηστα τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐξῆπται. κἂν τὰ τῶν μελῶν εἴπῃς ὀνόματα, τά τε ὀργανικά, καὶ τὰ αἰσθητήρια, καὶ ὅσα ἄλλα πληροῖ τὸν τοῦ σώματος ὄγκον, ἐκ μιᾶς, καὶ τῆς αὐτῆς κατὰ τὴν τροφὴν ἐνεργείας εἰς τὰς τοσαύτας διαφορὰς ἀλλοιοῦται. εἰ δέ τις καὶ τὰς τέχνας ἀναλογίσαιτο, εὑρήσει καὶ διὰ τούτων τὸ κατεξητασμένον τοῦ δόγματος· μίαν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τῶν διὰ χειρός τι ποιούντων ἐπὶ πάσης τέχνης ὁρῶμεν ἐνέργειαν· αὐτὴν λέγω τῆς χειρὸς τὴν κίνησιν· ἀλλά τις ἡ κοινωνία τῶν ἀποτελεσμάτων σκοπήσωμεν. τί κοινὸν ἔχει ναοῦ κατασκευὴ πρὸς ἱμάτιον; τῆς ἐν ἑκατέρᾳ τέχνης κινήσει χειρὸς ἐνεργουμένης. κινεῖ τὴν χεῖρα καὶ ὁ τοιχωρύχος, κινεῖ καὶ ὁ φρεωρύχος· καὶ γῆ μεταλλεύεται. καὶ φονεύεται ἄνθρωπος κινήσεως χειρὸς ἔργα τὰ πάντα. ὅ τε γὰρ πολεμιστὴς ἐπὶ τῆς μάχης, διὰ χειρὸς ἐνεργεῖ τὴν τῶν ἐναντίων σφαγήν· καὶ ὁ γεωπόνος πάλιν τῇ χειρί, διὰ τῆς δικέλλης

ἐπιθρύπτει τὴν βῶλον. πῶς οὖν ἡμῖν ὁ δογματιστὴς ἀποφαίνεται τὰς αὐτὰς ἐνεργείας τὴν ταυτότητα τῶν ἔργων ἀποτελεῖν· ἐὰν δὲ δοθῇ τι, καὶ ἀληθὲς ἔχειν τὰ εἰρημένα, πάλιν καὶ διὰ τούτου τὸ κατὰ τὴν οὐσίαν οἰκεῖον τοῦ τε υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα, καὶ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν πλέον συνίσταται. εἰ μὲν γὰρ ἦν τις τῶν ἐνεργειῶν παραλλαγὴ, ὡς ἄλλως μὲν τοῦ πατρὸς, ἑτέρως δὲ τοῦ υἱοῦ τὸ δοκοῦν ἐργαζομένου, καλῶς εἶχεν ἐκ τοῦ παρηλλαγμένου τῶν ἐνεργειῶν, καὶ τὸ τῆς ἐργασθείσης ὑφ' ἑκατέρου τούτων οὐσίας παρηλλαγμένον τεκμαίρεσθαι. εἰ δὲ ᾧ τρόπῳ ἐνεργεῖ ὁ πατὴρ, πάντα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ, κατά τε τὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου φωνὴν, καὶ κατὰ τὸν εἰκότα λόγον. οὐ γὰρ ὁ μὲν ἀσωμάτως, ὁ δὲ διὰ σώματος· οὐδὲ ἐκεῖνος μὲν ἐκ τῆς δέ τινος ὕλης, ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας ὁ ἕτερος· οὐδὲ ἐν χρόνῳ, οὐδὲ ἐν τόπῳ ἄλλος ἄλλῳ τὸ δοκοῦν κατεργάζεται· οὐδ' αὐτῶν ὀργάνων διαφοραὶ τὸ παρηλλαγμένον κατασκευάζουσιν. ἀλλ' ἀρκεῖ μόνη θελήματος κίνησις, καὶ προαιρέσεως ὁρμὴ, σύνδρομον ἔχουσα, καὶ ἐπακολουθοῦσαν πρὸς τὴν τῶν ὄντων ὑπόστασιν τὴν ὑφεστῶσαν τὰ πάντα δύναμιν· καὶ ἐν πᾶσιν ὁμοίως, ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ὁ υἱὸς δι' οὗ τὰ πάντα κατ' αὐτὸ τῆς ἐνεργείας τὸ εἶδος ἐργάζονται, πῶς ἔστι τὴν κατὰ τὰς οὐσίας διαφορὰν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος ἀποδεικνύειν οἴεται διὰ τοῦ παρηλλαγμένου τῆς τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ ἐνεργείας ἀπ' ἀλλήλων χωριζομένης. τοὐναντίον γὰρ καθὼς ἔφαμεν, κατασκευάζεται. ἐπειδὴ γὰρ οὐδεὶς τρόπος τῆς τῶν ἐνεργειῶν παραλλαγῆς ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ θεωρεῖται, καὶ τὸ μηδεμίαν ἐν ταῖς οὐσίαις τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος εἶναι διάστασιν, ἐν τῇ ταυτότητι τῆς ὑποστησάσης δυνάμεως ἐπιδείκνυται, καθὼς καὶ ἡ τοῦ λογογράφου μαρτυρία βεβαιοῖ τὸν λόγον, οὕτως ἐπὶ λέξεως ἔχουσα· ἅτε φησὶ τῶν ἐνεργειῶν τὴν ταυτότητα τῶν ἔργων ἀποτελουσῶν. ὥστε εἰ ταυτότης ἐπιτελεῖται τῶν ἔργων ἐν τῇ τῆς ἐνεργείας ὁμοιότητι· ἔργον δὲ κατ' αὐτοὺς τοῦ μὲν πατρὸς ὁ υἱὸς, τούτου δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἡ ὁμοιοτροπία τῆς τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ ἐνεργείας, τὴν ταυτότητα πάντως τῆς ἀποτελεσθείσης οὐσίας ἐνδείξεται.

Ἀλλὰ προστίθησι καὶ τὴν παρηλλαγμένων ἔργων παρηλλαγμένας καὶ τὰς ἐνεργείας ἐμφαινόντων. πάλιν τοίνυν καὶ τοῦτο σκοπήσωμεν τίνι τὸ ἰσχυρὸν ὁ

A gonem glebas frangit. Quomodo igitur hæreticus iſte affirmat, earumdem operationum eoſdem eſſe effectus, & licet concederemus à veritate aliena non eſſe, quæ dicit, tamen ex his etiam rectè confirmari poſſet, Filii cum Patre, & Spiritus ſancti cum Filio conuenientia in natura. Nam ſi eſſet aliqua operationum mutatio, vt aliter quidẽ Pater, aliter autem Filius, id, quod ſibi videretur, ageret, rectè ex mutatione & varietate operationum concluderetur diuerſitas effectuum, qui ab vtroque producti eſſent. B At ſi eo modo, quo Pater operatur omnia, Filius itidem omnia facit, vt ipſe Dominus teſtatus eſt, & res ipſa poſtulat (non enim vnus modo incorporeo, alter corporeo, neque ille ex hac materia, ex alia verò alius: neque alius alio tempore vel loco, quàm alius, id, quod vult efficit, ſed neque inſtrumentorũ diuerſitas hic reperitur, quæ diuerſitates arguat, quia ſufficit ſola voluntatis motio, & electionis appetitio quæ coniunctam habet, & quaſi comitem ad rerum effectionem, vim illam & facultatem, quæ rebus omnibus ſubſisten- C tiam tribuit.) Si igitur in omnibus ſimiliter Pater, à quo omnia, & Filius, per quem omnia, eadem operationis ſpecie *Hebr. 1. Ioan. 1.* operantur, quomodo iſte diuerſitatem ſubſtantiæ in Patre & Filio colligit ex diuerſitate operationis eoſdem à ſe mutuò ſeparantis? contrariũ enim, vt antea diximus, conficitur, cum namque nullus modus diuerſarum operationum in Patre & Filio appareat: fit, vt etiam in ſubſtantia Patris & Filii, nulla ſit diſcretio ſeu diſtantia, quod attinet ad effectricis potentiæ identitatem: cui rei accedit ipſius declamatoris (Eunomii) D teſtimonium, ita ſe verbatim habens: *iiſdem operationibus, eadẽ quoque opera efficientibus.* Itaque ſi eadem opera ex iiſdem operationibus prodeunt, opus vero Patris, ipſorum quidem iudicio, eſt Filius, huius vero Spiritus ſanctus, ſimilitudo operationis, quæ in Patre & Filio eſt, productæ quoque ſubſtantiæ identitatem euidenter euincet.

Addit, *diuerſa opera diuerſitatem operationum indicare.* Ergo diſpiciamus, quantum roboris in hac aſſertione

inſit, idque ſi placet, perſpicuis exemplis comprobemus. An non vna eſt præcepti operatio eius, qui vniuerſum mundum, & omnia, quæ illius complexu continentur, ſolâ voluntate condidit? *Ipſe enim dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.* (Pſal 148.) An non mandatum hoc omnibus ęqualiter eſſentiam dedit, ſoláque voluntas ſatis fuit, vt id, quod non erat, procrearetur? Quomodo igitur, cum ex vna mandati huius operatione, tanta rerũ diuerſitas extiterit, iſte quaſi oculis clauſis nihil vidẽs, affirmat, operum varietatem, diuerſitatem quoque operationis arguere? è contrario enim oportebat, omnia, quę in hoc mundo viſuntur, eiuſdem ſpeciei eſſe, ſi, vt ſectarius iſte tradit, diuerſitate operum, etiam diuerſitas operationum demonſtratur. An res iſtas omnes vt æquales intuetur, in ſolo autem Patre & Filio inæqualitatem deprehendit?

Igitur, ſi non prius, ſaltem iam inſpiciat eam, quæ in elementis ineſt differentiã, & quomodo quodlibet eorum, quæ ad mundi conſtitutionem concurrunt, ad contrarias partes agatur. Nam leuia ſurſum tendunt; grauia deorſum: & alia quidem ſemper conſiſtunt, alia perpetuò mouentur. Et inter ea quæ mouentur, alia immutabilẽ motionem habent, vt cœlum & planetæ, quorum curſus ſemper eodem reflectitur. At illa, quæ circumquaque diffunduntur, ſemper vt ſors fert, aguntur, vt aër, mare, & quidquid liquida natura conſtat. Quid verò attinet explicare, quomodo calidum frigido aduerſetur, aut humido ſiccum; & quomodo id, quod ſupra eſt, ab eo, quod infra eſt, diſtet? Quantas porrò in animalibus cernere eſt à natura inſitas diſſimilitudines? Et quæ hominis lingua enumeret omnes illas diuerſitates, quæ in plantis ſeſe offerunt, quoad figuram, magnitudinem, fructuumque & qualitatum diuerſitates?

At ſapientiſſimus iſte Magiſter diſſimilium & diuerſorum operum, diſſimiles quoque & diuerſas ſtatuit operationes: idque vel quia formam diuinæ operationis necdum intellexit, de qua ſacra Scriptura teſtatur, *Verbo mandati eius omnia condita eſſe*: vel quia ad rerum creatarum differentiam cæcutit, & tamen de diuinis dogmatibus vſque adeò

A λόγος ἔχει; καὶ εἰ δοκεῖ διὰ τῶν ἐναργῶν ὑποδειγμάτων ταῦτα κατανοήσωμεν. ἆρ' οὐχὶ μία ἐστὶν ἡ τοῦ προστάσσειν ἐνέργεια τοῦ πάντα τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ συστησαμένου διὰ μόνου θελήματος· αὐτὸς γὰρ εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν· οὐκ ἐπὶ πάντων ὁμοίως οὐσιώθη τὸ πρόσταγμα, καὶ ἤρκεσεν ἡ βούλησις μόνη, τὸ μὴ ὂν ὑποστῆσαι. πῶς οὖν ἐκ μιᾶς τῆς διὰ τοῦ προστάσσειν ἐνεργείας, τοσαύτης τῆς διαφορᾶς καθορωμένης, οὗτος ὥσπερ οὐχ ὁρῶν τὰ πράγματα, τὴν τῶν ἔργων παραλλαγὴν τὸ παρηλλαγμένον τῆς ἐνεργείας ἐνδείκνυσθαι λέγει. B τοὐναντίον γὰρ ἔδει μονοειδῆ πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι· εἴπερ κατὰ τὸν δογματιστήν, τῷ διηλλάσσοντι τῶν ἔργων, καὶ τὸ τῶν ἐνεργειῶν παρηλλαγμένον ἐμφαίνεται, ἢ ταῦτα ὅμοια πάντα βλέπει· ἐν μόνῳ δὲ τῷ πατρί, καὶ τῷ υἱῷ ἐνθεωρεῖ τὸ ἀνόμοιον;

Οὐκοῦν ἐπισκεψάσθω νῦν εἰ καὶ μὴ πρότερον, τὴν ἐν τοῖς στοιχείοις διαφοράν, καὶ ὡς ἕκαστον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πρὸς τὴν τοῦ παντὸς σύστασιν συντελούντων, πρὸς τὸ ἐναντίον ἀπῆκται τῇ φύσει. C τὰ μὲν γὰρ κοῦφά τε, καὶ αἰωφερῆ πέφυκε· τὰ δὲ βαρέα, καὶ εἰς τὸ κάτω βρίθοντα. καὶ τὰ μὲν ἀεὶ ἑστῶτα, τὰ δὲ διόλου κινούμενα. καὶ ἐν τοῖς κινουμένοις, τὰ μὲν ἀπαράβατον ἐπὶ τὸ ἓν ἔχει τὴν κίνησιν, ὡς ὁ οὐρανός, καὶ τῶν ἀστέρων οἱ πλανώμενοι, οἷς ὁ δρόμος εἰς τὸ ἔμπαλιν τοῦ παντὸς ἀνελίσσεται· τὰ δὲ πανταχόθεν διαχεόμενα, κατὰ τὸ συμβαῖνον ἀεὶ φέρεται, ὡς ὁ ἀήρ, καὶ ἡ θάλασσα, καὶ ἡ πᾶσα τῆς ὑγρᾶς οὐσίας φύσις. τί δ' ἂν εἴποι τις τὴν τοῦ θερμοῦ πρὸς τὸ ψυχρὸν ἐναντίωσιν, ἢ τοῦ ὑγροῦ τὴν πρὸς τὸ ξηρὸν διαφοράν; τοῦ τε ἄνω τὴν πρὸς D τὰ κάτω διάστασιν· ὅσαι δὲ τῶν ζώων, αἱ κατὰ τὴν φύσιν ἀνομοιότητες· τὰς δὲ ἐν τοῖς φυτοῖς κατά τε τὰ σχήματα, καὶ τὰ μεγέθη, καὶ τὰς τῶν καρπῶν, καὶ ποιοτήτων παραλλαγάς, τίς ἂν ἐπέλθοι λόγος ἀνθρώπινος;

Ἀλλ' ὁ σοφὸς οὗτος τῶν παρηλλαγμένων ἔργων παρηλλαγμένας καὶ τὰς ἐνεργείας ἡμῖν ἀποφαίνεται· ἢ τὸ εἶδος τῆς θείας ἐνεργείας μήπω μαθὼν ὅ φησιν ἡ γραφή, ὅτι τῷ λόγῳ προστάγματος πάντα γίνεται, ἢ πρὸς τὴν τῶν γενομένων διαφορὰν ἀμβλυώττων· καὶ οὕτως ἡμῖν ἀπερισκέπτως φθεγγόμενος, περὶ θείων

A δογμάτων νομοθετεῖ οὔπω τάχα τινὸς ἀκηκοὼς, ὅτι πᾶν τὸ ἀποφαντικῶς λεγόμενον, ἐὰν μὴ καθόλου, τὸ ἄμαχόν τε, καὶ ὁμολογούμενον περὶ τοῦ προκειμένου πράγματος ἔχει. ἀλλὰ περὶ ὧν οὐκ ἄν τις τῶν ἐπεσκεμμένων συνθοῖτο, περὶ τούτων κατ' ἐξουσίαν ὁ δογματίζων λέγει, οὐδὲν διαφέρει τῶν ὀνείρων, ἢ μύθοις παρὰ πότον διηγουμένων. καὶ τοιαύτης οὔσης τῆς ἐν τοῖς εἰρημένοις ἀναρμοστίας, καθάπερ οἱ δι' ἐνυπνίου φαντασίας τῶν καθ' ὕπαρ σπουδαζομένων ὁρᾶν τι νομίζοντες, προθύμως ἔχοντες τῶν ἀνυπάρκτων τῆς περὶ τὸ φαινόμενον ἐπι- B θυμίας διὰ τῆς ἠπατημένης ὄψεως ἀναπειθούσης ἔχειν οἴονται, οὕτω καὶ αὐτὸς διὰ τῆς ὀνειρώδεις ταύτης τῶν δογμάτων ἀνατυπώσεως ἰσχύειν αὐτῷ φαντασθεὶς τὰ εἰρημένα, ταῦτα οὕτως ἔχειν διαβεβαιοῦται, καὶ δι' αὐτῶν κατασκευάζειν ἐπιχειρεῖ τὰ ὑπόλοιπα· ἄξιον δὲ καὶ αὐτὴν παραθέσθαι τὴν λέξιν ἔχουσαν οὕτως.

Οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, καὶ τῇ πρὸς ἄλληλα σχέσει τὸν εἱρμὸν ἀπαράβατον διατηρούντων, προσήκει δήπου τοὺς κατὰ τὴν συμφυῆ τοῖς C πράγμασι τάξιν τὴν ἐξέτασιν ποιουμένους, καὶ μὴ φύρειν ὁμοῦ πάντα, καὶ συγχεῖν βιαζομένους· εἰ μὲν περὶ τῆς οὐσίας κινοῖτό τις ἀμφισβήτησις ἐκ τῶν πρώτων, καὶ προσεχῶν ταῖς οὐσίαις ἐνεργειῶν ποιεῖσθαι τῶν δεικνυμένων τὴν πίστιν, καὶ τῶν ἀμφιβαλλομένων τὴν διάλυσιν· τὴν δὲ ἐπὶ ταῖς ἐνεργείαις ἀμφιβολίαν διαλύειν ἐκ τῶν οὐσιῶν.

Ἐγὼ τοίνυν ἀρκεῖν ἡγοῦμαι πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀτοπίας τῶν εἰρημένων αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς ἀσεβείας. ὥσπερ γὰρ ὁ τὸ λελωβημένον ἐκ D πάθους πρόσωπον ὑπογράφων τῷ λόγῳ, μᾶλλον ἂν ἐπιδείξειεν ἀπογυμνώσας τῶν προκαλυμμάτων τὴν νόσον, ὡς μηδὲν δεῖσθαι λόγῳ μαθεῖν τοὺς τὸ φαινόμενον βλέποντας· οὕτως ἡγοῦμαι τὸ εἰδεχθὲς τοῦτο, καὶ περικεχυμένον τοῦ αἱρετικοῦ δόγματος ἱκανῶς φανεροῦσθαι τοῖς διορατικοῖς τῆς ψυχῆς, καὶ διὰ μόνης τῆς ἀναγνώσεως ἐκκαλυπτόμενον. ἀλλ' ἐπεὶ χρὴ καθάπερ τινὰ δάκτυλον ἐπὶ τὰ σαθρὰ τοῦ δόγματος τὸν δεικτικὸν λόγον ἐπάγοντα, φανερωτέραν τοῖς πολλοῖς καταστῆσαι τὴν ἐγκειμένην λώβην τῷ δόγματι, πάλιν ἐφεξῆς τὸ ῥητὸν ἀναλήψομαι· οὕτω δέ, φησι, τούτων ἐχόντων, τί λέγει ὁ

inconſideratè nobis quaſi leges præſcribit, cum fortè necdum ex quopiam audierit, omne illud, quod negatiuè, non tamen vniuerſim pronunciatur, indubitatum & conceſſum eſſe, reſpectu rei, cuius probãdę gratia adducitur. Verùm de eo, cui circumſpectus, & rem probè perpendens non aſſentiatur, noui dogmatis auctor, arbitratu ſuo, pro ſua auctoritate, decernit, quod nihil penitus differt à ſomniis, vel anilibus fabellis, quæ in compotationibus denarrantur. Cumque in ſupra dictis tanta inſit inconuenientia & abſurditas, fit, vt quemadmodum illi, qui per ſomnii phantaſiam aliquid eorum, quibus vigilantes operam dederunt, ſibi videre videntur, cupidè iis, quæ non exiſtunt affixi inhæreant, putentq; cupiditate ex fallaci viſo perſuaſi, ſe tenere quod non tenent, ita & iſte ex ſomniculoſa dogmatum efformatione, ratus ea admodũ valida & efficacia eſſe, hæc ita ſe habere ait, iiſq; poſitis reliqua conficere aggreditur, cuius ipſiſſima verba apponere non abs re fuerit.

Cum hæc ita ſe habeãt, inquit, *omniaq; mutua ad ſe habitudine inuariabilẽ ſeriem obſeruent, par eſt, vt qui inquiſitionẽ, ſecundũ naturalem rerum ordinem inſtituunt, neque omnia miſcere & confundere cupiunt, ſi quidem de ſubſtantia quæſtio oriatur, ex primis & ex cognatis ſubſtantiarum operationibus, argumenta rerum demonſtrandarum petant, eorumq; de quibus ambigitur ſolutionem: at verò dubitationem de operationibus ex ſubſtantiis diſſoluent.* Verba Eunomij.

Ego verò ad abſurditatis, quæ in prædictis ineſt, oſtenſionem, ipſa impietatis pleniſſima verba ſufficere arbitror. Quemadmodum enim faciem deturpatam, & detruncatam oratione deſcribens, magis videntium oculis morbum ſubiicit, ſi ablatis velamentis faciem nudam commonſtret, ita vt verbis nihil amplius opus ſit, quando rem ipſam ſpectatores iam intuentur: ſic exiſtimo hæretici huius dogmatis turpitudinem, & laceram deformitatem, iis quibus perſpiciendi facultas ſuppetit, ſatis ex ipſa verborum relatione, & lectione manifeſtam fore. ſed cum neceſſe ſit, vt demõſtrationem, velut digitum, in doctrinæ huius putredinem immittamus, quibus turpitudo eius adhuc manifeſtior pleriſque euadat, agedum ordine verba Eunomii reſumamus. *Cum hæc ita ſe habeant*, inquit, Quid ais ô

ſomniator? quæ ſunt iſta, & quomodo ſe habent? *Solam Patris ſubſtantiam eſſe propriam & ſupremam: impropriam verò planè illam, quæ ordine conſequitur, & adhuc magis impropriam, tertiam.* Iſta enim his ipſis verbis quaſi lege lata, ſancit. An quia ſequente ad primam ſubſtantiam operatione quadam, cuius effectus & opus vnigenitus Filius eſt, menſuræ efficientis illum operationis, quaſi illigatur? An quia maiores & minores ſubſtãtias concipit, quaſi in ſe mutuo includantur, quódque vaſtior & latior minorem contineat: quemadmodum accidere ſolet in cadis & vaſis, quæ ſibi mutuò imponuntur? Aut ſecundum quem tandem modum, tanquam maiores & minores intuetur ſubſtantias, quæ nullo penitus termino circumſcribuntur ac definiuntur? An quia rerum effectarum differentiæ producentium quoque diuerſitatem indicant, quaſi fieri nequeat, vt ex ſimilibus operationibus diuerſi effectus prodeant? Num cuius mentem vſque adeò grauis veternus occupat, vt cum talia dogmata audit, è veſtigio aſſentiatur aſſeueranti: *Hæc cum ita ſe habeant, & mutua habitudine inuariabilem ſeriem obſeruent.* Eiuſdem enim ſtuporis arbitror, & dicere & dicentibus abſque vlla diſcuſſione aures præbere, ſerie quadam, & nexu per mutuam habitudinem dirigi res, quas naturæ diſſimilitudo inuicem diſiunxit? Aut enim ſubſtantiæ coniunctæ ſunt, ſecundum noſtram intelligendi rationem: & ſic mutua habitudine ſeriem illam inuariabilem obſeruant: aut à ſe mutuo ſeiunctæ ſunt propter naturæ diuerſitatem, quemadmodum ille ſibi perſuadet: & quænam in rebus adeò diuerſis reperiri poterit ſecundum ſeriem illam habitudo, quæ inuariabilem rationem obſeruet? Quis præterea eſt inſitus ille rerum ordo, ex cuius norma iſte diſquiſitionem inſtitui iubet? Si enim doctrinam veritatis intuitus ſolo ordine eorum, quæ in ſanctiſſima Trinitate credimus, differentiam aſſignaſſet, non confuſis ſeu permixtis, per cognatum, quem vocat ordinem, hypoſtaſibus, ſalua communione ſecundum ſubſtantiam, & diuiſione ſecundum hypoſtaſin, non vtique in aduerſariorum numerum rela-

A ἐνυπνιαστής; ποίων ἢ τούτων, καὶ πῶς ἐχόντων; ὅτι μόνη κυρία, καὶ ἀνωτάτω τοῦ πατρὸς ἡ οὐσία, ἄκυρος δὲ κατὰ τὸ ἀκόλουθον πάντως ἡ ἐφεξῆς, καὶ ἀκυρωτέρα ἡ τρίτη. ταῦτα γὰρ οἷς, εἶπεν, ἐνομοθέτησεν· ἢ ὅτι παρεπομένης τῇ οὐσίᾳ τῇ πρώτῃ ἐνεργείας τινὸς ἧς ἀποτέλεσμα, καὶ ἔργον ὁ μονογενής ἐστιν υἱὸς τῷ μέτρῳ τῆς ὑποστησαμένης αὐτὸν ἐνεργείας ἐνδεδεμένος, ἢ ὅτι ἐλάττους τε, καὶ μείζους αἱ οὐσίαι νοοῦνται, διὰ τὸ ἐγκεῖσθαί πως ἀλλήλαις, καὶ περιέχεσθαι ὑπὸ τῆς εὐρυχωροτέρας τὴν ἥσσονα· ὥσπερ ἐπὶ τῶν κάδων συμβαίνει, τῶν ἀλλήλοις ἐντιθεμένων, B καθ' ὃ μείζους τε, καὶ ἐλάττους ἐνορᾷ τὰς οὐσίας, τὰς οὐδενὶ πέρατι, καὶ ὅρῳ περιειλημμένας· ἢ ὅτι τῶν δημιουργημάτων αἱ διαφοραὶ, καὶ τὴν τῶν δημιουργῶν ἑτερότητα συνεμφαίνουσιν, ὡς ἀμήχανον ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν διαφόρους τὰς δημιουργίας συνίστασθαι. ἆρ' οὖν ἐστί τις τοσούτῳ κώματι κατεχόμενος τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, ὥστε ἀκούσας τῶν τοιούτων δογμάτων εὐθὺς συντίθεσθαι τῷ διαβεβαιουμένῳ, ὅτι οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, καὶ τῇ πρὸς ἄλληλα C σχέσει τὸν εἱρμὸν ἀπαράβατον διατηρούντων· τῆς γὰρ αὐτῆς, οἶμαι, παραπληξίας ἐστὶ, λέγειν τέ τὰ τοιαῦτα, καὶ λεγόντων ἀκούειν ἀνεξετάστως· ὅτι εἱρμῷ τινι διὰ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως εὐθύνεται τὰ διὰ τῆς κατὰ τὴν φύσιν ἀνομοιότητος, ἀπ' ἀλλήλων διεσχισμένα. ἢ γὰρ ἥνωται διὰ τῆς οὐσίας κατὰ τὸν ἡμέτερον λόγον, καὶ οὕτως ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα σχέσει, τὸν εἱρμὸν ἀπαράβατον διατηρήσει· ἢ ἀφέστηκεν ἀλλήλων διὰ τῆς κατὰ φύσιν ἀλλοτριότητος, καθὼς ἐκεῖνος οἴεται· καὶ τίς εὑρεθήσεται καθ' εἱρμὸν σχέσις ἐν τοῖς ἀλλοτρίως ἔχουσιν, ἡ συντηροῦσα, τὸ ἀπαρά- D βατον· τῆς δὲ ἡ συμφυὴς τῶν πραγμάτων τάξις, καθ' ἣν ποιεῖσθαι νομοθετεῖ τὴν ἐξέτασιν. εἰ μὲν γὰρ εἰς τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας ἑώρα· καὶ μόνῃ τῇ τάξει κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι πεπιστευμένων πραγμάτων τὴν διαφορὰν ἐλογίζετο, τῆς συμφυοῦς ταύτης ὥς φησι τάξεως ἀσύγχυτον ποιουμένης τὴν τῶν ὑποστάσεων κρίσιν, ὥστε καὶ κοινωνεῖν κατὰ τὴν οὐσίαν, καὶ διῃρῆσθαι κατὰ τὸν τῆς ὑποστάσεως λόγον οἴεσθαι, οὐκ ἂν πάντως ἐν τοῖς ὑπεναντίοις ἐτέ-

τακτο, ταῦτα λέγων, ὧν αὖ ἡμεῖς προϊστάμεθα. νυνὶ δὲ ἅπας ὁ λόγος αὐτῷ, πρὸς τὸ ἐναντίον βλέπων, ἄπορον εἶναι παρασκευάζει τῆς ἐν τούτῳ νοηθείσης αὐτῷ τάξεως τὴν κατανόησιν. πλεῖστον γὰρ δήπου διενήνοχε τῶν τε, καὶ ἐκ προβουλεύσεως, καὶ τῶν κατὰ τὸ αὐτόματον ἐκ φυσικῆς τινος ἀνάγκης ἀποβαινόντων τὸ πέρας. συμφυής ἐστι τῷ πυρὶ ἡ θερμότης. καὶ ἡ λαμπηδὼν τῇ ἀκτῖνι· καὶ τὸ ῥέειν τῷ ὕδατι. καὶ τῷ λίθῳ ἡ ἐπὶ τὸ κάτω φορά, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἔστιν εἰπεῖν. εἰ δέ τις οἰκίαν ἐδομήσατο, ἢ μετῆλθεν ἀρχήν, ἢ ἐμπορείαν ἐστείλατο, ἢ ἄλλο B τι τῶν ἐκ προβουλεύσεως, καὶ παρασκευῆς κατορθουμένων μετεχειρίσατο, οὐκ ἔστιν ἐπὶ τούτου κυρίως λέγειν, ὅτι συμφυής τις τοῖς παρ' αὐτοῦ πεπραγμένοις ἔπεστι τάξις. κατὰ γὰρ τὸ βούλημα τοῦ προαιρουμένου, καὶ κατὰ τὸ χρήσιμον τοῦ ἐπιτελουμένου πράγματος ἡ τάξις παρὰ τῶν τὰ καθέκαστον ἐνεργούντων ἐπάγεται. ἐνταῦθα τοίνυν ἐπειδὴ ἀποσχίζει τῆς φυσικῆς οἰκειότητος τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἡ τῆς αἱρέσεως λόγος· ταὐτὰ δὲ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος οἴεται, ὡς ἀπεξενωμένου τῆς τε πρὸς τὸν υἱὸν καὶ C τὸν πατέρα ἑνώσεως· ἐν παντὶ δὲ λόγῳ κατασκευάζεται τό, ἔργον εἶναι τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν· ἔργον δὲ πάλιν τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα. πάντα δὲ τὰ ἔργα προαιρέσεως, οὐ φύσεως ἀποτελέσματα, πῶς οὖν τὸ τοῦ θελήματος ἔργον συμφυῆ τινα τάξιν πραγμάτων εἶναι ὁρίζεται.

Οὐκ οἶδα τί νοεῖν ἐν τῷ λόγῳ, ὡς ταὐτὴν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τὴν φύσιν ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου δημιουργήσαντος· καὶ τὸ ὑπερβεβηκὸς τὴν οὐσιῶν τοιοῦτον εἶναι ποιήσαντος· ὥστε ὑποχειρίως ἔχειν τῷ ἑτέρῳ D τὸ ἕτερον; καὶ εἰ ταῦτα νοεῖ, διὰ τί τὸ εἰρημένον οὐ διεσάφησε, κατὰ τίνα λόγον παρεπινοεῖται ταῦτα περὶ Θεοῦ γινώσκειν· ὡς ἐν τῇ βραχύτητι τῶν ἔργων, μείζονος ἐπιδειχθησομένης αὐτοῦ τῆς δυνάμεως· καὶ τίς τούτῳ συνθήσεται; τὴν μεγάλην αἰτίαν, καὶ δύναμιν τῇ τῶν ἀποτελεσμάτων ἐνθεωρεῖσθαι βραχύτητι. ἀλλ' ὡς οὐ δυναμένου τὸ τέλειον ἐν πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτοῦ συνυποστῆσαι· καὶ πῶς αὐτῷ συμμαρτυρεῖ τὸ ἀνώτατόν τε, καὶ κυριώτατον· εἴπερ ἐλάττονα τῆς προαιρέσεως ἐπιδείξει τὴν δύναμιν; ἢ οὐδὲ προτεθεῖσθαι λέγει τὸν τοῦ

A tus eſſet, quippe eadem nobiſcum ſentiens & docens. At verò tota eius diſputatio aliorſum tendens, efficit, vt difficilè ſit, intelligere, quid tandem per *cognatum ordinem* intellexerit. Plurimum enim intereſt inter ea, quæ ex propoſito & deliberatione, & ea, quæ ſponte naturæ ex naturali quadam neceſſitate, ad finem abeunt. Cognatus eſt igni calor, ſplendor radio, fluor aquæ, lapidi motus deorſum, vt plura alia huius generis omittam. Si quis verò domum ædificauit, aut magiſtratum iniit, aut mercaturam inchoauit, aut aliquid B eorum, quæ ex deliberatione & meditata præparatione ſuſcipi ſolent, aggreſſus eſt: non licet propriè dicere, rebus per illum actis cognatum ordinem ineſſe, nam ex voluntate eius, qui rem aggreditur, & ex vtilitate rei ſuſceptæ & peractæ, æſtimatur ordo ab illis, qui actionem aliquam aggrediuntur. At hinc, poſtquam Hæreticus Filium à naturali cum Patre conuenientia abiunxit, idemque de Spiritu ſancto ſibi perſuadeat, tanquam ſcilicet extraneus prorſus ſit ab vnione C cum Patre & Filio: cumque in tota ſua diſputatione hoc vnum moliatur, vt demonſtret Filium eſſe opus Patris, & rurſus Filii opus eſſe Spiritum ſanctum: & cum ſic omnia opera ſint electionis ſeu propoſiti, non naturæ effecta, quomodo iſte voluntatis opus cognatum quendam rerum ordinem eſſe ſtatuit?

Nec ſcio quid ſibi oratione ſua velit. An Deum vniuerſorum eandem naturam in Filio & Spiritu ſancto produxiſſe, ſed eiuſmodi exceſſum in naturis effeciſſe, vt altera alteri ſubiice- D retur? Si hac mente eſt, cur quod aſſeruit, diſertè non explicauit, qua ſcilicet ratione hæc in Deo conſiderare oporteat: an quia in imperfectione ſeu imminutione effectuum maior potentia Dei eluceſcat? Et quiſnam aſſentietur huic effato: Magnam cauſam & potentiam in effectuum imperfectione apparere, quaſi non potuerit, in omnibus à ſe productis & perfectionem pertingere: & quomodo ſuffragatur Eunomio illud, *Supremum & maximè proprium*, ſi minor eſt eius potentia, quam velit? An dicet imperfectionis rationem in ea productione

abeſſe : ne omninò honor & gloria eius, qui propter excellentiam ſupra alios colitur, extenuetur & deteratur? Et quis adeò miſerabilis eſt, qui neque diuinam & beatam illam naturam ab inuidiæ affectu immunem eſſe affirmet? Quæ eſt igitur condecens ratio, cur hęc hunc in modum à Deo vniuerſorum in Filio & Spiritu ſancto ordinata & diſpoſita ſint? *Non inde*, inquit. Vnde ergo, ſi cognatus ordo ipſis non ineſt, quòd in natura conueniant? At fortaſſis id, quod inferius ſeu minus eſt in eſſentia Filii, & Spiritus ſancti, *cognatum ordinem* appellat. Sed ego huius ipſius cauſam cognoſcere aueo, per quam Filius in eſſentia ſua minor effectus eſt, quandoquidem eſſentia ſeu ſubſtantia & operatio pares eaſdémque ad agnitionem notas, & proprietates exhibet. Si verò non eſt, eadem eſſentiæ & operationis ratio, ſed diuerſa vtriuſque ſignificatio, quomodo per peregrina & extranea, ea, quæ in quæſtione verſantur, demonſtrat? Perinde facit, ac ſi, cũ de homine diſceptatio eſſet exorta, quæreretur, num animal riſibile, aut Grammaticæ capax eſſet : aliquis ad propoſitæ dubitationis reſolutionem aſſumeret domus aut nauis ſtructuram, quam architectus aut nauium faber exſtruxit: & deinde id cõfirmaret eleganti aſſerto, ex operationibus ſubſtantias cognoſci: operationem autem hominis eſſe & domum & nauim. An ex his, ô ſtolidiſſime, concludimus hominem latis vnguibus, & facultate ridendi præditum eſſe? At dicet quiſpiam, hoc non eſſe id, quod quæritur: num homo motionem aliquam & operationem habeat, ſed quidnam ſecundum ſuam naturam ſit ipſum, quod operatur, ſeu ipſe homo, qui agit: quod, vt ex data reſponſione cognoſcam, multum certè abeſt. Etenim ſi de vento aliquid diſcere vellem, oſtenſo arenæ cumulo, quem ventus congeſſit, aut palearum aceruo, aut pulueris diſiectione, haud equidem perfectam eius, de quo quæſtio erat, rationem reddidiſſe cenſerer : Alia eſt enim ratio venti, vt & omnium aliorum, quæ loco eius, quod quærebatur, oſtenſa ſunt. Quomodo igitur iſte ex operationibus ſubſtantias demonſtrat, & rationem eſſendi ipſius entis ex effectibus entis?

A τελείου λόγου, τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐγγενέσθαι, ἵνα μὴ πάντως ἡ τιμή, καὶ ἡ δόξα τοῦ διὰ τὸ ὑπερέχον τιμωμένου καταμικρύνηται. καὶ τίς οὕτως ἄθλιος ὥστε μηδὲ τὴν θείαν τε, καὶ μακαρίαν φύσιν καθαρεύειν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν φθόνον πάθους ἀπολογίζεσθαι. ποία οὖν εὐπρεπὴς αἰτία τοῦ ταῦτα οὕτω παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐπὶ τοῦ μονογενοῦς, καὶ τοῦ πνεύματος διατετάχθαι. ἀλλ' οὐκ ἐκεῖθέν φησιν; πόθεν οὖν ἄλλοθεν, εἰ μὴ κατὰ τὴν φύσιν οἰκείως ἔχουσιν, ἡ συμφυὴς αὐτοῖς τάξις ἐνθεωρεῖται; ἀλλ' ἴσως τὸ
B ὑφειμένον τῆς οὐσίας ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος, τὸ συμφυὲς ὀνομάζει τῆς τάξεως. ἀλλ' ἐγὼ καὶ αὐτοῦ τούτου δέομαι τὴν αἰτίαν μαθεῖν, δι' ἣν ὁ υἱὸς κατὰ τὴν οὐσίαν ἠλάττωται· τῆς οὐσίας, καὶ ἐνεργείας, ἐν τοῖς ἴσοις, καὶ τοῖς αὐτοῖς γνωρίσμασί τε, καὶ ἰδιώμασιν εὑρισκομένων. Εἰ δὲ οὐχ αὐτός τῆς τε οὐσίας, καὶ τῆς ἐνεργείας ὁ λόγος, ἀλλὰ διάφορον ἐφ' ἑκατέρου τὸ σημαινόμενον; πῶς διὰ τῶν ξένων, καὶ ἀλλοτρίων αἱ ἀποδείξεις τοῖς ζητουμένοις ἐπάγονται· ὥσπερ ἂν εἴ τις, πολυπραγμονουμένης
C τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας, καὶ ζητουμένου εἰ γελαστικὸν ζῶον ὁ ἄνθρωπος, ἢ γραμματικῆς δεκτικόν, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ προτεθέντος παραλαμβάνοι οἰκίας, ἢ πλοίου κατασκευήν, ἣν ὁ οἰκοδόμος ἢ ὁ ναυπηγὸς ἐτεκτήνατο· ἔπειτα ἰσχυρίζοιτο τῷ σοφῷ τούτῳ λόγῳ, ὅτι ταῖς ἐνεργείαις τὰς οὐσίας γνωρίζομεν· ἐνέργεια δὲ τοῦ ἀνθρώπου, ἡ οἰκία, καὶ τὸ πλοῖον. ἐκ τούτων ἄρα καταλαμβανόμεθα τὸ πλατυώνυχον, καὶ γελαστικὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἁπλούστατε. ἀλλ' οὐ τοῦτο, φαίη τις ἄν, τὸ ζη-
D τούμενόν ἐστιν, εἴ τινα κίνησιν, καὶ ἐνέργειαν ὁ ἄνθρωπος ἔχει, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν τί ποτε, κατὰ τὴν φύσιν ἐστίν· ὃ πολλοῦ δέω μαθεῖν ἐκ τῆς ἀποκρίσεως. καὶ γὰρ εἰ περὶ ἀνέμου τι μαθεῖν ἐβουλόμην, οὐκ ἂν ψάμμου σωρείαν ἐξ ἀνέμου συστᾶσαν, ἢ ἀχύρου θημῶνα, ἢ κόνεως διάχυσιν δείξας, ἐντελῆ ἂν τοῦ ζητουμένου τὸν λόγον ἀποδέδωκας. ἕτερος γὰρ τοῦ ἀνέμου ὁ λόγος· καὶ ἄλλα ταῦτα ἀντὶ τοῦ ζητουμένου δεικνύμενα. πῶς οὖν οὗτος ταῖς ἐνεργείαις τὰς οὐσίας δείκνυσι, καὶ τὸν τοῦ εἶναι λόγον αὐτοῦ τοῦ ὄντος, ἐκ τῶν γινομένων παρὰ τοῦ ὄντος παρίστησιν;

Εἶτα

Εἶτα κἀκεῖνο σκεψώμεθα· τί ἔργον τοῦ πατρός, δι᾿ οὗ καταλαμβάνεσθαι λέγει τὴν οὐσίαν τοῦ ἐνεργήσαντος· τὸν υἱὸν λέξει πάντως, εἴπερ τὰ συνῳδὰ λέγει. ἀλλ᾿ οὗτος ὦ σοφώτατε κατὰ τὸν σὸν λόγον τῇ ἐργασαμένῃ αὐτὸν ἐνεργείᾳ περιμετρούμενος, ἐκείνην δείκνυσι μόνην. τὸ δὲ ζητούμενον, οὐδὲν ἧττον ἐν ἀδήλῳ μένει· εἴπερ ἦν ἐνέργεια τῶν παρεπομένων τις εἶναι τῇ πρώτῃ οὐσίᾳ, καὶ παρὰ σοῦ μεμαρτύρηται. αὕτη γὰρ τῷ ἔργῳ τῷ παρ᾿ αὐτῆς ἀποτελεσθέντι συμπαρεκτείνεται καθὼς σὺ λέγεις, καὶ δείκνυται διὰ τοῦ ἀποτελέσματος, οὐδὲ αὐτὴ κατὰ τὴν φύσιν ἡ ἐνέργεια ἥ τις ἐστίν. ἀλλὰ πόσον αὐτῆς μόνον ἐνθεωρεῖται τῷ ἔργῳ. ὡς γὰρ οὐ πᾶσα ἡ τοῦ χαλκεύοντος δύναμις συγκινηθεῖσα τὸ τρύπανον ἐξειργάσατο, ἀλλ᾿ ὅσον σύμμετρον ἦν πρὸς τὴν τοῦ σκεύους ἀπεργασίαν, τοσοῦτον ἡ τέχνη διὰ τοῦ χειρουργοῦντος ἐνήργησε, πολλὰ καὶ παντοδαπὰ κατεργάσασθαι δυνατῶς ἔχουσα, οὕτω τὸ μέτρον τῆς ἐνεργείας ἐν ἑαυτῷ δείκνυσιν ὁ παρ᾿ ἐκείνης γενόμενος, τὸ δὲ ζητούμενον, οὐχὶ πόσον ἐστὶ τῆς ἐνεργείας, ἀλλ᾿ αὐτὴ τοῦ ἐνεργήσαντος ἡ οὐσία. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον, καὶ εἰ διὰ τοῦ πνεύματος ἔργον ὀνομάζει τῆς τῷ υἱῷ παρεπομένης ἐνεργείας καταληφθέναι λέγει τοῦ μονογενοῦς τὴν φύσιν, οὐδεμίαν σύστασιν ὁ λόγος ἔχει. πάλιν καὶ ἐνταῦθα τῆς ἐνεργείας μὲν τῷ ἀποτελέσματι συμπαρεκτεινομένης, τὴν δὲ φύσιν ἑαυτῆς τε, καὶ τοῦ ἐνεργοῦντος, διὰ τοῦ κατεργασθέντος οὐ δεικνυούσης.

Ἵνα δὲ καὶ τοῦτο συγχωρήσωμεν, δεδόσθω, ταῖς ἐνεργείαις τὰς οὐσίας γινώσκεσθαι. οὐκοῦν ἡ πρώτη οὐσία, διὰ τοῦ ἐξ αὐτῆς ἔργου γνωρίζεται, καὶ τὴν δευτέραν ὡσαύτως τὸ ἔργον, τὸ παρ᾿ αὐτῆς γενόμενον δείκνυσι· τὴν τρίτην τίνων εἰπὲ ὦ σοφώτατε τί τὸ δεικνύον ἐστί; μηδενὸς ἔργου τοιούτου τῆς τρίτης οὐσίας θεωρουμένου. εἰ γὰρ ταῖς ἐνεργείαις, ὡς σὺ φής, αἱ οὐσίαι καταλαμβάνονται, ἀκατάληπτον εἶναι τὴν τοῦ πνεύματος φύσιν ὁμολογήσεις· οὐκ ἔχων κατὰ τὸ συνεχὲς τοιαύτην ἐνέργειαν, καὶ τούτου παραστησάμενος, δι᾿ ἐκείνης τὴν τοῦ πνεύματος φύσιν ἀναλογίσασθαι. ἢ τοίνυν δεῖξον τί οὐσιῶδες ἔργον τοῦ πνεύματος, δι᾿ οὗ κατειληφέναι φὴς τὴν οὐσίαν τοῦ πνεύματος,

A Deinde illud etiam conſideremus: Quódnam eſt illud opus Patris, per quod deprehendi ait ſubſtantiam ipſius operantis? Filium hoc opus eſſe omninò dicet, ſi conſtare ſibi velit. At iſte, ô ſapientiſſime, operatione, quæ ipſum effecit, circumſcriptus, illam ſolam monſtrat. Id verò, de quo diſceptatur, adhuc obſcurum manet, ſi rectè à te aſſertum eſt, iis etiam, quæ ad primam ſubſtantiam ſequuntur, aliquam operationem ineſſe. Hæc enim operi ab ipſo effecto coëxtenditur, B quemadmodum tu dicis, & per effectum non ipſa in ſe operationis natura oſtenditur: ſed tantummodo quanta ſit, in opere conſpicitur. Sicut enim non tota facultas fabri ærarii motione ſua terebram effecit, ſed quantum ad vaſis effectionem proportionè requirebatur, tantum ars per artificis manum operata eſt, cum longè plurà & varia alia adhuc procudere queat; ita menſuram & modum operationis in ſeipſo repræſentat id, quod per illam exſtitit. At non eſt quæſtio quanta ſit operatio, ſed quæ ſit ipſius operan- C tis eſſentia. Pari modo, ſi dicat, per Spiritum ſanctum, (quem ait eſſe opus eius operationis, quæ ex Filio prodit) vnigeniti naturam deprehendi ac cognoſci, oratio eius ſubſiſtere non poterit: nam & hic operatio effectui coextenditur, neque naturam ſuam vel operantis, per id quod productum eſt, patefecit.

Vt verò & hoc concedamus, eſto, ex operationibus ſubſtantiæ cognoſcantur. Igitur prima illa ſubſtantia per D opus ſuum cognoſcetur, & ſimiliter ſecundum opus, quod ab illa proficiſcitur, nobis manifeſtar. Tertiæ igitur, dic, ô ſapientiſſime, quis index erit, cum nullum tertiæ huius ſubſtãtiæ opus tale inueniatur? Si enim ex operationibus, vt tu dicis, ſubſtantiæ cognoſcuntur, oportet vt naturam Spiritus ſancti incomprehenſam affirmes, cum non ſuppetat eius per continuationem operatio aliqua, cuius beneficio in cognitionem Spiritus ſancti peruenire poſſis. Aut igitur monſtra, quódnam ſit eſſentiale opus ſancti Spiritus,

A Imperii vocabulum ſignificetur poteſtas & dominium in ſubditos: cum enim imperii nomen inter vtramque notionem medium conſiſtat, partim id, quod eſt Domino carere, partim dominationem in ſubditos innuit. Et hic quidem oſtendant, qui reconditæ ſapientiæ titulo inſolenter ſeſe efferunt, num ſit alius Pater prior Patre noſtro & Domino, & tunc fatebimur notionem ingeniti, non poſſe à Patris appellatione repræſentari. Si verò primus ille Pater, ſuæ ſubſiſtētię cauſſam ſuperiorem non habet, cum Patre verò vnigeniti quoq; hypoſtaſis prorſus connexa intelligitur, quid nos artificioſis iſtis ſophiſmatum B connexionibus terrere conantur, perſuadere vel potius decipere volentes, ſi innaſcibilitatem Dei vniuerſorum, vocabulo Patris ſignificari concedamus, Patris & Filium habitudinem abolitum iri?

Sed puerili hac & futili iſtorum obiectione contempta, quod ipſi, ceu abſurditatis plenum, proferunt, hoc nos intrepidè profitemur, nimirum Patris & *innaſcibilis* nomine idem ſignificari, & *innaſcibile* Patrem ex nullo principio eſſe, declarare, patremque notionem C vnigeniti coniunctim propter habitudinem ad illum audientibus ingenerare. Etenim cum hoc ipſum Magiſter noſter (Baſilius) ſua in diſputatione expreſsè poſuiſſet, generoſus iſte & inuictus bellator, furtim expunxit, ablatione eorum, quæ verè dicta erant, faciliorem ſibi viam ad refutationem muniens. Nam verba Doctoris noſtri ita verbatim habent: *Ego autem etiam ingeniti ſeu innaſcibilis appellationem, quamuis ſummoperè cogitationibus noſtris congruat: tamen quoniam nullo loco in ſcriptura ipſam inuenio, & quoniam primum eſt elementum blaſphemiæ iſtorum, ſilentio tradendam meritò duxerim, præſertim cum Patris vox &* D *id poßit, quod ingeniti, & ad id etiam, propter relationem coniunctam ſibi Filij cogitationem adducat.* Egregius verò iſte veritatis propugnator, id quod cautelæ cauſſa adiectum fuerat, (illud inquam, *præſertim cum Patris non idem poßit, quod ingeniti, & ad id etiam, propter ſibi coniunctam relationem filij, cogitationem ſiue intelligentiam adducat*) inſita ſibi audentia ſubtraxit, & perſpecta eorum, quæ dicta erant, ratione,

cum reliquis digladiatur, & mutilata corporis ſerie, vtq; arbitratur, ad refutationē aptiore & procliuiore via ſibi patefacta, frigido & infirmo ſophiſmate ſectatores ſuos circumuenit, demonſtrare volens, illud, quod ſecundum aliquid communionem habet, etiam totius ſignificati cōmunionem habere, ſic leues ſuorum aures ſibi cōcilians. Cum enim nos dixiſſemus, Secundum aliquod ſignificatum, Patris vocem etiā ingeniti ſignificationem habere, iſte perfectam ſignificati participationem à conſueta nominum vſurpatione inſtituens, aſſertionem noſtram, abſurditatis ſcilicet arguit: quaſi nō amplius Patris ad Filium habitudo hac appellatione indicetur, ſi ingeniti notio per eum ſeſe nobis exhibeat. Perinde ac ſi quis de pane duas rationes edoctus, diceret, illum ex frumento conſtare, & comedenti alimoniam præbere: alius autem contrà obnitens oggereret, eundem prorſus ſophiſmatum modū adhibens, aliam eſſe rationem eius, quod ex frumento conſtitutum eſt, & aliam nutrimenti. Si igitur demus panem ex frumento confectum eſſe, non poterit amplius alimentum nominari. Similis prorſus eſt ſenſus Eunomiani ſyllogiſmi. Ait enim: *Si ingenitum ſeu innaſcibile vocabulo Patris ſignificatur, nō poterit amplius ab eodem vocabulo ſignificari, quod Pater genuerit Filium.* Sed fortaſſis haud intempeſtiuum fuerit, grauem illam coli periodū in ipſius Auctoris caput à nobis retorqueri. Talia enim tales omninò decent, quia plus adiumēti ad ſobrii hominis exiſtimationem comparandam habuiſſet, ſi pleno ſilentio ſibi conſultum iuiſſet, cui enim verborum additio confert ad blaſphemiæ, vel potius ad extremæ dementiæ additionem, huic nō ſolum ſilere media, ſed omni ex parte eſt facilius, quàm loqui.

Fortè quiſpiā magis ab ipſo Eunomio deſumptis exemplis ad veritatem amplectendam promouebitur. Itaque relictis tumidis, & tortuoſis Syllogiſmorū nexibus, pinguiori Minerua, ex communi ſenſu, de propoſito argumento diſſeramus. Pater tuus, Eunomi, omninò homo erat, at ille ipſe tibi vt eſſes, cauſſa exſtitit. Num & de illo acutum illud tuum inuentum vſurpaſti? Patrem videlicet tuum, ſi per hoc, quod homo

A τοῖς ὑπολοίποις συμπλέκεται· καὶ ἀκρωτηριάσας τὸν εἱρμὸν τοῦ σώματος, καὶ ὡς ᾤετο σαθρότερον ἑαυτῷ, καὶ πρὸς τὴν ἀντίρρησιν εὐεπίβατον καταστήσας, ψυχρῷ καὶ ἀδρανεῖ τῷ σοφίσματι τοὺς καθ' ἑαυτὸν παρακρούεται, τὸ κατά τι κοινωνοῦν, καὶ διὰ πάντων τὴν κατὰ τὸ σημαινόμενον κοινωνίαν ἔχειν κατασκευάζων. καὶ τούτων τὴν ἐπιπόλαιον ἀκοὴν συναρπάζων· ἡμῶν γὰρ κατά τι σημαινόμενον τὴν τοῦ πατρὸς εἰρηκότων φωνὴν, καὶ τὴν τοῦ ἀγεννήτου σημασίαν περιέχεσθαι, οὗτος τὴν παντελῆ τοῦ σημαινομένου μετάληψιν ἀπὸ τῆς συνηθείας τῶν ὀνομάτων ἐμφάσεως ποιησάμενος, εἰς ἄτοπον δῆθεν B ἐκβάλλει τὸν λόγον, ὡς οὐκέτι τὴν πρὸς τὸν υἱὸν σχέσιν τῆς προσηγορίας ταύτης ἐνδεικνυμένης, εἰ καὶ τὸ τοῦ ἀγεννήτου νόημα διὰ τούτου ἐσημαίνετο. ὥσπερ ἂν εἴ τις δύο ἐννοίας περὶ τοῦ ἄρτου μαθὼν, ὅτι τε ἀπὸ σίτου συνέστηκε, καὶ ὅτι τροφὴ τῷ χρωμένῳ γίνεται, μάχοιτο πρὸς τὸν λέγοντα, τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ τῶν σοφισμάτων κατ' αὐτοῦ χρώμενος· ὅτι ἄλλος λόγος ἐστὶ τῆς ἐκ τοῦ σίτου συστάσεως, καὶ ὁ τῆς τροφῆς πάλιν ἕτερος. εἰ οὖν δοθείη, τὸ ἐκ τοῦ σίτου εἶναι τὸν ἄρτον, οὐκέτι αὐτὸ τοῦτο, καὶ τροφὴ κυρίως ὀνομασθήσεται· C τοιαύτη τοῦ συλλογισμοῦ ἡ διάνοια. εἰ γὰρ τὸ ἀγέννητον, φησὶν, ὑπὸ τῆς τοῦ πατρὸς προσηγορίας σημαίνεται, οὐκέτι τὸ γεγεννηκέναι τὸν υἱὸν ἡ φωνὴ αὕτη παρίστησιν. ἀλλ' εὐκαιρότερον ἴσως τὴν σεμνὴν ἐκείνην τοῦ κώλου περίοδον, καὶ παρ' ἡμῶν ἐπαναθεῖναι τῷ λεγομένῳ. πρέπει γὰρ τοῖς τοιούτοις πάντως τοιαῦτα· ὅτι πλέον ἂν εἶχεν πρὸς τὸ δοκεῖν σωφρονεῖν· εἰ παντελεῖ σιωπῇ ταύτην ᾤετο τὴν ἀσφάλειαν· ᾧ γὰρ ἡ προσθήκη τῶν λόγων εἰς προσθήκην τελεῖ βλασφημίας, μᾶλλον δὲ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας. τούτῳ τὸ σιγᾶν, οὐχ ἡμίσει μέρει, ἀλλὰ τῷ παντὶ τοῦ λαλεῖν ἐστὶ D κουφότερον.

Τάχα ἄν τις μᾶλλον ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν προσάγοιτο πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἀλήθειαν. καὶ δὴ καταλιπόντες τὸ κατεσκυλωμένον τῆς τῶν σοφισμάτων πλοκῆς, ἰδιωτικώτερόν τι, καὶ κοινότερον περὶ τοῦ προκειμένου διαλεξόμεθα. ὁ σὸς πατὴρ, ὦ ΕΥνόμιε, πάντως ἄνθρωπος ἦν· ἀλλ' ὁ αὐτὸς οὗτος καὶ σοὶ τοῦ εἶναι γέγονεν αἴτιος. ἆρ' οὖν ἐχρήσω τῷ σοφῷ τούτῳ, καὶ ἐπ' ἐκείνου, ὥστε τὸν πατέρα τὸν σὸν, εἰ τὴν τῆς φύσεως οἰ-

σμὸν δέχοιτο, διὰ τὸ, ἄνθρωπος εἶναι μηκέτι δύνασθαι τὴν πρὸς σὲ σχέσιν ἀποσημαίνειν; χρὴ ναι γὰρ πάντως τῶν δύο τὸ ἕτερον, ἢ ἄνθρωπον εἶναι, ἢ ΕΥνομίου πατέρα. εἶτα σοὶ μὲν οὐκ ἔξεστι, μὴ κατὰ τὸ οἰκεῖον τῆς σημασίας προσφέρεσθαι τὰ τῶν οἰκείων ὀνόματα. ἀλλὰ κἂν ὕβρεως, γράψαιό τινα τὸν χλευαστικῶς εἰς σὲ, διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ὑπαλλαγῆς διαπαίζοντας οὐ φείτῃς. καὶ διαγελῶν τὰ δόγματα τῶν μυστηρίων ἀκινδύνως γελᾷς; ὡς γὰρ ὁ σὸς πατὴρ, καὶ τὴν πρὸς σὲ δείκνυσιν οἰκειότητα· καὶ τὸ, ἄνθρωπος εἶναι οὐδὲν διὰ τοῦτου κωλύεται· καὶ οὐκ ἄν τις σωφρονοίη τῶν, ἀντὶ τοῦ πατέρα σου προσειπεῖν τὸν γεννήσαντα· ὁ δὲ τοῦ ἀνθρώπου τὸν ὁρισμὸν ἀποδοίη. ἢ πάλιν περὶ τοῦ γένους ἐρωτηθεὶς, καὶ ὁμολογήσας τὸ εἶναι ἄνθρωπον κωλύεσθαι λέγει, διὰ τῆς ὁμολογίας ταύτης, τὸ, καὶ σοῦ αὐτὸν εἶναι πατέρα. οὕτως ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, ὁ μὲν εὐσεβὴς, καὶ τὸ ἀγεννήτως αὐτὸν εἶναι σημαίνεσθαι, διὰ τῆς προσηγορίας τοῦ πατρὸς οὐκ ἀρνήσεται· καὶ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν οἰκειότητα, καθ' ἕτερον ἐνδείκνυσθαι σημαινόμενον· ὁ δὲ καταγελῶν τῆς ἀληθείας, οὐκέτι τὸ γεγεννηκέναι τὸν υἱὸν, τὴν τοῦ πατρὸς προσηγορίαν λέγει σημαίνειν. ἐὰν καὶ τὸ ἀγέννητον εἶναι διὰ τῆς αὐτῆς φωνῆς διδασκώμεθα.

Ετι δὲ καὶ τοῦτο πρὸς ἔλεγχον τῆς τῶν ῥηθέντων ἀτοπίας συμπαραλάβωμεν· ὅπερ οὐδένα φημὶ, οὐδὲ τῶν κομιδῇ νηπίων ὑπὸ γραμματιστῇ, καὶ παιδαγωγῷ πρὸς τὴν ὀνοματικὴν τεχνολογίαν ἐναγόμενον ἀγνοεῖν. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἀπόλυτά τε, καὶ ἄσχετα· τὰ δὲ πρός τινα σχέσιν ὠνομασμένα ἐστίν· αὐτῶν δὲ τούτων πάλιν ἐστὶν ἃ κατὰ τὴν τῶν χρωμένων βούλησιν ἐπιρρεπῶς πρὸς ἑκάτερον ἔχει, ἃ ἐφ' ἑαυτῶν μὲν λεγόμενα τὴν ἁπλῆν ἐνδείκνυται δύναμιν· μετατιθέμενα δὲ πολλάκις τῶν πρός τι γίνεται, καὶ ἵνα μή τις πόρρω τῶν προκειμένων ὑποδείγμασι χρώμενος ἐπιμηκύνω τὸν λόγον, ἐξ αὐτῶν τῶν δογμάτων, ὃ λέγω, σαφηνισθήσεται.

Ο Θεὸς, καὶ πατὴρ, καὶ βασιλεὺς λέγεται, καὶ μυρίοις ὀνόμασιν ἄλλοις, παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς ὀνομάζεται. ἔστι τοίνυν ἐκ τῶν ὀνομάτων τούτων, τὸ μὲν ἁπλῶς οὕτως ἐφ' ἑαυτοῦ μεμονωμένον, ἀπολύτως εἰπεῖν, οἷον, ἄφθαρτος, αἰώ-

A eſt, à natura ſuis quaſi limitibus circumſcribitur, non poſſe amplius habitudinem ad te ſignificare? Alterum enim ex duobus planè eſt neceſſarium, aut hominem eſſe, aut Eunomii patrem. Neque tibi fas eſt, vt proprio ſignificatu non proferas ea nomina, quæ proprium ſignificatum habent. Verùm licet iniuriæ actionem intendas illis, qui propter nominum mutationem tibi ſubſannando illudunt, non cohorreſcis, & diuinorum dogmatum myſteria irridens, impunè rides? Quemadmodū enim tuus Pater cognationem, quam tecum ha-
B bet, oſtendit, & quominus homo ſit, per hoc nihil penitus impeditur, nulluſque ſani capitis, ſi quis iubeatur nominare Patrem, qui te genuit, ille verò definitionem hominis aſſignet, vel interrogatus de genere, reſpondeat eſſe hominem, dixerit huiuſmodi reſponſionem obſtare, quo minus Pater tuus ſit: ita quoque ſeſe res habet cum vniuerſorum Deo, quem pietatis cultor ingenitum eſſe, idque Patris appellatione ſignificari, & vtroque ſignificatū habitudinem & cognationem ad Fi-
C lium declarari, libenter confitetur. At veritatis irriſor contendit Patris appellatione non amplius ſignificari, quod Filius ex eo ſit genitus, ſi eadem appellatione ingeniti quoque notio mentibus ingeneretur.

Præterea ad abſurditatis refutationem etiam hoc adſciſcamus, quod neminem, ne valdè quidem infantem, qui adhuc à grammaticis, & pædagogis in nominum diſcendorum arte exercetur, ignorare exiſtimo. Quis enim neſcit, nominum quædam eſſe abſoluta, &
D omnis reſpectus expertia, quædam verò ad aliud quippiam reſpectum habere? Ex his rurſus nonnulla inueniūtur, quæ ex vtētium arbitrio ad vtrumlibet apta ſunt, quæ ſimpliciter prolata, vi quoque ſimplici conſtāt, tranſpoſita verò ſæpius relatiua fiunt. Et ne aliunde, procul ab inſtituto noſtro, exemplis accerſitis oratio longior euadat, ex ipſis dogmatibus, de quibus diſputatio ſuſcepta eſt, id quod aſſero, planum faciam.

Deus tam Pater, quam Rex appellatur, & ſexcentis aliis nominibus à ſacra Scriptura afficitur. Ex his igitur nominibus, quædam abſolutè & ſine vllo ad aliud reſpectu, ſolitariè & per ſe vſurpare licet, qualia ſunt *incorruptibilis*, *aeter-*

Matth. 5. 6.7.10.11. 12 13 15. Matth 5. Rom 16. 1.Tim.1.

nus, *immortalis*, & ſi quæ alia ſunt huius claſſis: hæc enim licet nihil aliud ſubaudiatur, perfectũ de Deo conceptum ingenerant. Alia verò nomina id ſolum, quod ad aliquid vtile eſt, ſignificant, vt eſt *adiutor*, *propugnator*, *ſuſceptor*, & cætera huius generis. Tolle enim eum, qui auxilio egeat, iam otioſa erit his vocabulis ſignificata virtus. Sunt autem quædam vocabula, vt antea dixi, & abſolutè & relatè vſurpari ſolita, vt eſt Deus, *bonus*, & ſimilia, non enim ſemper & in omnibus mens in abſoluto manet: nam qui vniuerſorum Deus eſt ſæpe proprius eius, qui inuocat, efficitur, prout ſancti nos docent, qui naturam nullius dominio ſubiectam, crebrò ſibi propriam faciant: *Sanctus Dominus Deus*: Hæc hucuſque abſoluta ſunt: ſed qui adiungit, *Noſter*, ille cauſſa eſt, cur hoc nomen non poſſit amplius abſolutè, & ſine relatione accipi; quia habitudine ad ſe, ſignificatum ſibi propriũ reddidit. Iterum Spiritus clamat: *Abba Pater*. Hæc vox *Patris* particulari aliqua habitudine caret: Sed cum *noſtrum*, qui eſt in cœlis, compellare iubemur, rurſus ſignificatio habitudinem induit. quemadmodum igitur, qui vniuerſorum Deum ſibi proprium efficit, nihil penitus de eius in res omnes poteſtate detrahit: Sic nihil obſtat, Patrem, & eum, qui eſt ex ipſo, omnis nimirum creaturæ primogenitũ, repræſentare, Patris appellatione, etiã Filii ex ipſo generationem ſignificãte, & illud inſuper eadẽ voce declarari, Patrem à nulla ſuperiore cauſſa eſſe. Nam qui primũ Patrem nominat, is eum, qui ante omnia cogitatur & intelligitur, nominat, vltra quẽ quod eſt, ille ipſe eſt, non habens, quod ante ſe videat, cui null⁹ poſt ſe terminus, in quem deſinat, ſed vndequaq; æqualiter ſemper eſt, omnẽ finis metam & initii cogitationem infinitate ſua tranſcendens, vtpotè qui quocumque nomine appelletur, ſemper æternitatem tacitè includat.

Pſal. 9. 17. 18. 118.

Matth. 19. Marc. 10.

Rom 8. Matth 6.

Sed hanc vulgatam doctrinam non capit Eunomius, qui ſe multum incomprehenſibilium rerum contemplatione occupat, nec agnoſcit geminã in Patris appellatione ſignificationem, quarum altera eſt, omnia ex ipſo eſſe, & ante omnia Filium vnigenitum, per quem facta ſunt omnia; altera eſt, Patrem nullam ſe ſuperiorẽ cauſſam habere. At licet ipſe

νιος, ἀθάνατος, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον. ταῦτα γὰρ κἂν μηδὲν ἕτερον συνυπακούηται νόημα, ἀπηρτισμένην τινὰ περὶ Θεοῦ τὴν διάνοιαν ἐν ἑαυτοῖς περιγράφει. ἕτερα δὲ τῶν ὀνομάτων τὸ πρός τι χρήσιμον ἀποσημαίνει μόνον, ὡς βοηθὸς, καὶ ὑπερασπιστὴς, καὶ ἀντιλήπτωρ, καὶ ὅσα τῆς τοιαύτης σημασίας εὑρίσκεται· ὧν ἐὰν ὑφέλῃς τὸ τῆς βοηθείας δεόμενον, ἤργησεν ἡ ἐμφαινομένη τῷ ὀνόματι δύναμις. ἔστι δέ τινα, καθὼς προείρηται, καὶ ἐφ' ἑαυτῶν, καὶ μετὰ τῶν πρός τι λεγόμενα, οἷον τὸ, Θεὸς, καὶ τὸ, ἀγαθὸς, καὶ ὅσα τοιαῦτα. οὐ γὰρ μέχρι παντὸς ἐν τῷ ἀπολύτῳ τούτων διαμένει ἡ ἔννοια. ὁ γὰρ καθόλου Θεὸς, ἴδιος τοῦ ἐπικαλουμένου πολλάκις γίνεται, καθὼς ἔστι τῶν ἁγίων ἀκούειν, ἰδιοποιουμένων τὴν ἀδέσποτον φύσιν· ἅγιος κύριος ὁ Θεός. ἕως τούτου ἄσχετον· ἀλλ' ὁ προστεθεὶς τὸ, ἡμῶν, οὐκέτι ἔδωκεν ἐφ' ἑαυτοῦ νοεῖσθαι τὸ ὄνομα, τῇ πρὸς ἑαυτὸν σχέσει, τὸ σημαινόμενον οἰκειώσας· πάλιν ἀββᾶ ὁ πατὴρ τὸ πνεῦμα βοᾷ· αὕτη ἡ τῆς μερικῆς σχέσεως ἀπολελυμένη φωνή. ἀλλὰ καὶ πατέρα ἡμῶν τὸν πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς καλεῖν προσετάχθημεν· αὕτη πάλιν ἡ σχετικὴ σημασία. ὥσπερ τοίνυν τὸν καθόλου Θεὸν ἑαυτοῦ τις ποιησάμενος, οὐδὲν τὴν ἐπὶ πάντων ἀξίαν ἠμαύρωσεν· οὕτως οὐδέν ἐστι κώλυμα, τὸν πατέρα, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸν πάσης κτίσεως πρωτότοκον ἀναδείξαντα, ὁμοῦ τὸ γεγεννηκέναι τὸν υἱὸν διὰ τῆς τοῦ πατρὸς προσηγορίας σημαίνειν, καὶ τὸ μὴ ἐξ αἰτίας ὑπερκειμένης εἶναι διὰ τῆς αὐτῆς ἑρμηνεύειν φωνῆς. ὁ γὰρ τὸν πρῶτον πατέρα εἰπὼν, τὸν τοῦ παντὸς προεπινοούμενον ἐνεδείξατο. οὗ τὸ ἐπέκεινα, οὗτος ἐκεῖνός ἐστιν οὐκ ἔχων ὅ,τι πρὸ ἑαυτοῦ ἴδῃ· οὐδὲ εἰς ὅ,τι πέρας μεθ' ἑαυτὸν καταλήξει· ἀλλὰ πανταχόθεν ἐπίσης ἀεὶ ὢν, καὶ τέλους ὅρον, καὶ ἀρχῆς ἔννοιαν τῇ ἀπειρίᾳ τῆς ζωῆς διαβαίνων, πάσῃ προσηγορίᾳ συνυπακουόμενον ἔχει καὶ τὸ ἀΐδιον.

Ἀλλ' οὐ δέχεται τὸν ἰδιωτισμὸν τοῦτον, ὁ πολὺς ἐν ταῖς τῶν ἀλήπτων θεωρίαις ΕΥνόμιος· οὐδὲ διπλοῦν ἐπὶ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸ σημαινόμενον τίθεται· ἓν μὲν τὸ, ἐξ ἐκείνου τὰ πάντα, καὶ πρὸ πάντων τὸν υἱὸν μονογενῆ, δι' οὗ τὰ πάντα σημαίνεσθαι. ἕτερον δὲ τὸ, μηδεμίαν αὐτὸν ὑπερκειμένην αἰτίαν ἔχειν. ἀλλὰ κἂν ἐκεῖνος

διαπτύσῃ τὸν λόγον, ἡμεῖς παρ' οὐδὲν τὸν γέλωτα τὸν χλευαστικὸν ποιησάμενοι, θαῤῥοῦντες ἀποκρινούμεθα, ὅπερ εἰρήκαμεν ἤδη, ὅτι καὶ ταὐτόν ἐστι ὁ πατὴρ τῷ ἀγεννήτῳ, καὶ τὸ, γεγεννηκέναι τὸν υἱὸν σημαίνει· καὶ τὸ, ἐξ οὐδενὸς εἶναι παρίστησιν.

Ὁ δὲ καὶ ἐπαγωνίζεται τοῖς εἰρημένοις, καί φησι, καὶ μὴν εἰς τὸ πρὸς τοὐναντίον ἀντιστρέφει πάλιν ὁ λόγος. εἰ γὰρ διὰ τὸ γεγεννηκέναι τὸν υἱὸν ὁ Θεός ἐστι πατήρ, κατὰ ταὐτὸν δὲ σημαινόμενον πατήρ ἐστι, καὶ ἀγέννητος, διὰ τὸ γεγεννηκέναι τὸν υἱὸν, ὁ Θεός ἐστιν ἀγέννητος. ἴδωμεν τοίνυν καὶ τὸν τῆς ἀναστροφῆς αὐτοῦ λόγον, πῶς πρὸς τοὐναντίον ἀναλύων τὴν τοῦ προτέρου σοφίσματος σύνθεσιν, πάλιν ἡμᾶς, καὶ διὰ τούτου ταῖς ἀφύκτοις ἀνάγκαις περιστοιχίζεται. ὁ πρότερος εἶχε συλλογισμὸς τοῦτο τὸ ἄτοπον. εἰ ὁ πατὴρ σημαίνει τὸ ἐξ οὐδενὸς εἶναι τὸν Θεόν, ἐξ ἀνάγκης τὸ γεγεννηκέναι τὸν υἱὸν οὐκέτι ἐνδείξεται τοὔνομα, διὰ δὲ τῆς πρὸς τοὐναντίον ἀναστροφῆς, ἑτέραν ἡμῖν ἀτοπίαν, κατὰ τοῦ ἡμετέρου δόγματος ἐπαγγέλλεται. τίς οὖν ἡ τοῦ ἐκείνου διαχθέντος ἀνάλυσις; εἰ διὰ τὸ γεγεννηκέναι φησὶ τὸν υἱὸν, ὁ Θεός ἐστι πατήρ· τοῦτο ἡμῖν ὁ πρότερος συλλογισμὸς οὐ παρέστησεν, ἀλλὰ τὸ μὲν, δυνατὸν, εἰ τὸ ἀγέννητον τοῦ πατρὸς σημαίνοιτο, καὶ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν σχέσιν σημαίνειν ἡ ἀκολουθία τοῦ συλλογισμοῦ δῆθεν ἐδείκνυεν. τὸ δὲ διὰ τοῦτο τὸν Θεὸν εἶναι πατέρα, διότι γεγέννηκε τὸν υἱόν, οὐδὲν ἡ τοῦ προτέρου σοφίσματος κατασκευὴ διωρίζετο. τί οὖν ἐστι τὸ ἀναστρεφόμενον ὑπὸ τῆς διαλεκτικῆς τε, καὶ τεχνικῆς ἀγχινοίας, οὔπω συνίημι.

Πλὴν ἀλλὰ σκοπήσωμεν τὴν τῶν εἰρημένων διάνοιαν. Εἰ διὰ τὸ γεγεννηκέναι τὸν υἱὸν ὁ Θεός ἐστιν ἀγέννητος πρὶν γεννῆσαι τοῦτον, οὐκ ἦν ἀγέννητος. πάλιν ἕτοιμος πρὸς τὸ εἰρημένον, καὶ ἁπλοῦς τῆς ἀληθείας ὁ λόγος· ὅτι καὶ τὸ γεγεννηκέναι τὸν υἱὸν ἡ τοῦ πατρὸς ἐνδείκνυται κλῆσις· καθὼς ἡμῖν ἐν τοῖς προειρημένοις προαποδέδεικται, καὶ τὸ μὴ ἐξ αἰτίας νοεῖσθαί τινος τὸν γεννήσαντα· ἐὰν μὲν γὰρ πρὸς τὸ ἐξ αὐτοῦ βλέπῃς, ἡ τοῦ μονογενοῦς ὑπόστασις διὰ τῆς τοῦ πατρὸς προσηγορίας γνωρίζεται. ἐὰν δὲ τὸ πρὸ αὐτοῦ ἐξετάζῃς, ἡ τοῦ πατρὸς κλῆσις, τὸ ἄναρχον τοῦ τὸν υἱὸν γεγεννηκότα ἐνδείκνυται· τὸ δὲ λέγειν, ὅτι πρὶν γεννῆσαι τὸν υἱὸν οὐκ ἦν ἀγέννητος ὁ Θεὸς,

A hanc doctrinã conſpuat, nos contempto eius riſu, ſpretiſque omnibus ſannis fidenter id, quod iam à nobis dictum eſt, reſpondemus: nempe, Patrem & ingenitum idem eſſe, & quod Filium genuerit, quodque ex nullo ſit ſignificare.

Verùm ille certamine repetito, & oratione in contrarium conuerſa ita infit. *Si Deus, qui Filium genuit, Pater eſt, & ex eodem etiam ſignificato Pater ingenitus eſt, ſequitur Deum eſſe ingenitum, quia Filium genuit: prius igitur, quàm Filium generaret, non erat ingenitus.* Diſcutiamus igitur hanc eius
B in contrarium conuerſionem, & quomodo per prioris ſyllogiſmi reſolutionem, ineluctabilibus nodis nos cõſtringat, diſpiciamus. Prior ſyllogiſmus hanc nobis abſurditatem obiiciebat. *Si vocabulum Patris ſignificat, Deum ex nulla alia cauſſa eſſe, neceſſariò ſequitur, illo vocabulo non amplius ſignificari, quòd Filium genuerit.* At iſte ſyllogiſmus via in contrarium verſa aliam doctrinæ noſtræ abſurditatem imponit. Quæ igitur eſt iſta prioris ſyllogiſmi reſolutio? *Si*, inquit, *Deus eſt Pater, quia Filium genuit.* Hoc prior ſyllo-
C giſmus non continebat, ſed iſtud, fieri non poſſe, vt ſi vocabulum Patris ſignificet Patrem ingenitũ eſſe, ſimul etiam Patris ad Filium relationem ſignificet, hoc ſcilicet ſyllogiſmus ille demonſtrabat. At in priore ſophiſmate non aſſerebatur Deum ideo eſſe Patrem, quod Filium genuerit. Quænam igitur hic ſit reciproca conuerſio ex Dialectica & artificioſa ſolertia profecta, ego non video.

Nihilominus expendamus ea, quæ
D dicit. *Si propterea Deus eſt ingenitus, quia Filium genuit, ergo priuſquam generaret, ingenitus non erat.* Rurſus facilis & expedita veritati reſponſio ſuppetit, nimirum Patris appellatione ſignificari, eum genuiſſe Filium, prout antea demonſtratum eſt, eumque ex nulla alia cauſſa eſſe: nam ſi reſpicias ad id, quod eſt ex ipſo, vnigeniti hypoſtaſis per Patris nomen innoteſcit. Si verò quid prius ipſo ſit, indages, Patris nomenclatura à Patre principii experte Filium genitum eſſe oſtendit: Cæterùm dicere Deum prius non fuiſſe ingenitum, quàm Filium generaret, duplici reprehenſione decla-

matorem dignum eſſe arguit: cum ob ſycophantiam aduerſus nos ſtructam, tum ob contumeliã ipſi doctrinæ illatã: nam quod neq; à Magiſtro noſtro neq; à nobis dictũ eſt, illud tanquã cõceſſum traducit: aitq; Deum, poſteris tandem temporibus factũ eſſe Patrẽ, cum prius aliud quiddã eſſet, & nõ Pater. Nam iiſdem argumentis, quibus dogma noſtrũ, tanquam abſurdum ſubſannat, improbitatem ſuam circa illud ipſum dogma patefacit. Sumit enim velut iam probatum, & conceſſum, Deum prius aliquid aliud fuiſſe, & poſtea per profectum, Patrem factum & appellatum eſſe: ideo ait, *priuſquam generaret Filium, & inde Patris nomen acciperet, ne ingenitum quidem fuiſſe, ſi innaſcibilitas Patris notioni adhæret*. Demonſtrare, quantum hæc ſtultitiæ complectantur, non arbitror vllo labore opus eſſe: Satis enim per ſeipſa amẽtiam ſuam produnt apud illos, qui mente nõ carent. nam ſi aliud quiddam erat Deus priuſquam Filiũ generaret, quid dicent impietatis huius anteſignani? In quo ſtatu eum conſtituent? Quódnam nomen ei in tali viuendi ratione conſtituto imponẽt? Num appellabunt puerum? Num infantem tenellum? An nihil horum dicent, manifeſtam abſurditatem reueriti, perfectumque ab initio extitiſſe non inficiabũtur? ſed quomodo perfectus, qui necdũ pater eſſe potuerit? An potuiſſe non negabunt, ſed nõ decuiſſe dicent, vt ſimul ac eſſet, etiã pater eſſet? At ſi neq; pulchrũ, neque decorũ ei eſt ab initio fuiſſe Patrem talis Filii, quomodo ſucceſſu temporis, id quod pulchrũ non erat, acquiſiuit? At nunc eſt pulchrum, & magnificentiæ diuinæ congruum talis Filii fieri parentem. Igitur Deum ab initio eius, quod pulchrũ eſt, exſortẽ fuiſſe aiunt: & quãdiu Deus Filiũ nõ habebat (ignoſcat Deus orationi meæ) neq; ſapiẽtiam illum habuiſſe dicent, neq; potentiam, neque virtutem, neque alia omnia, quæ ſecundum diuerſas rationes vnigenitus Filius & eſt & appellatur.

Verùm hæc in capita auctorũ cõuertantur. Nobis iterum regrediendũ eſt, vnde digreſſi ſumus. *Si*, inquit, *Deus eſt Pater, quia genuit Filiũ, Patris vero vocabulum ingenitum ſignificat, antequã iſtũ generaret, non erat ingenitus*. Hæc fortè tolerari poſſent, ſi de eo, quod apud homines contingere ſolet, aſſererentur, apud quos fieri

A διπλῆν φέρει τὴν κατηγορίαν τὸν λογογράφον· τῆς τε καθ' ἡμῶν συκοφαντίας, καὶ τῆς κατὰ τοῦ δόγματος ὕβρεως· τό, τι γὰρ μήτε παρὰ τοῦ διδασκάλου ῥηθὲν, μήτε νῦν παρ' ἡμῶν ὡς ὁμολογούμενον διαφέρει· καὶ τὸν Θεόν φησιν ὕστερόν ποτε γεγενῆσθαι πατέρα· ἀλλ' ὅτι ὄντα πρότερον, ὃ οὐ πατέρα. δι' ὧν γὰρ τὸ ἄτοπον τοῦ ἡμετέρου λόγου καταχλευάζει, τὴν ἑαυτοῦ περὶ τὸ δόγμα παρανομίαν βοᾷ. ὡς γὰρ ὁμολογούμενον ἔχων, ὅτι πρότερον ἄλλο τι ὤν, μετὰ ταῦτα κατὰ προκοπὴν, ἐγένετό τε, καὶ ὠνομάσθη πα-
B τήρ· τοῦτό φησιν, ὅτι πρὶν γεννῆσαι τὸν υἱὸν, καὶ διὰ τοῦτο κληθῆναι πατὴρ, οὐδὲ ἀγέννητος ἦν. εἴπερ ἡ ἀγεννησία τῇ τοῦ πατρὸς ἐννοίᾳ γνωρίζεται. τοῦτο ὅσην ἔχει τὴν ἄνοιαν, οὐδὲν οἶμαι δεῖν τοῦ ἐλέγχοντος. ἱκανῶς γὰρ καὶ δι' ἑαυτοῦ παρίστησι τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν. Εἰ γὰρ ἄλλό τι ἦν ὁ Θεὸς πρὸ τοῦ γενέσθαι πατὴρ, τί ἐροῦσιν οἱ προστάται τοῦ δόγματος· ἐν ποίᾳ καταστάσει θεωρεῖσθαι φήσουσι· τί ὄνομα τῇ τότε διαγωγῇ, παῖς, νήπιον, βρέφος, μειράκιον; ἢ τούτων μὲν ἐροῦσιν οὐδὲν· τὸ περιφανὲς ἴσως τῆς ἀτοπίας
C ἐρυθριῶντες, τέλειον δὲ αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς εἶναι οὐκ ἀπαρνήσονται· εἶτα πῶς τέλειος μήπω πατὴρ εἶναι δυνάμενος. ἢ τὸ μὲν ἰσχύειν οὐκ ἀφαιρήσονται· φήσουσι δὲ μὴ πρέπειν ὁμοῦ τῷ εἶναι αὐτὸν, καὶ πατέρα εἶναι· καὶ εἰ μὴ καλὸν, μήτε πρέπον αὐτῷ, τὸ, ἐξ ἀρχῆς εἶναι πατέρα τοιούτου παιδὸς, πῶς ὕστερον τὸ μὴ καλὸν ἐπεκτήσατο. ἀλλὰ καλόν ἐστι νῦν, καὶ τῇ μεγαλειότητι τοῦ Θεοῦ πρέπον τὸ τοιούτου γενέσθαι πατέρα. οὐκοῦν ἀμέτοχον αὐτὸν τοῦ καλοῦ τὸ κατ' ἀρχὰς εἶναι κατασκευά-
D ζουσι· καὶ ἕως οὐκ εἶχε τὸν υἱὸν ὁ Θεὸς (ἵλεως δὲ εἴη τῷ λόγῳ ὁ Θεὸς) μήτε σοφίαν ἔχειν αὐτὸν ἐροῦσι, μήτε δύναμιν· μήτε ἀλήθειαν, μήτε τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα κατὰ διαφόρους ἐπινοίας ὁ μονογενὴς υἱός ἐστί τε, καὶ ὀνομάζεται.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς κεφαλὴν τῶν αἰτίων τραπείη. ἡμῖν δὲ πάλιν ἐπανιτέον, ὅθεν ἐξέβημεν. Εἰ διὰ τὸ γεγεννηκέναι, φησὶν, ὁ Θεός ἐστι πατήρ· ὁ δὲ πατὴρ τὸ ἀγέννητον σημαίνει, πρὶν γεννῆσαι τοῦτον, οὐκ ἦν ἀγέννητος. ταῦτα εἰ μὲν κατὰ τὴν ἐπ' ἀνθρώπων λέγοι συνήθειαν, ἐφ' ὧν ἀμήχανόν ἐστι πλειόνων ἐπιτη-

δογμάτων, ἔξεστι κατὰ ταυτὸν κτήσασθαί τινα, μὴ κατά τινα χρόνου τάξιν καὶ ἀκολουθίαν ἕκαστον τῶν σπουδαζομένων ἀναλαμβάνοντα. εἰ οὕτω, καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔδει λογίζεσθαι· ὡς νῦν μὲν τὴν ἀγεννησίαν ἔχειν, μετὰ ταῦτα δὲ προσλαμβάνειν τὴν δύναμιν, εἶτα τὴν ἀφθαρσίαν, εἶτα τὴν φρόνησιν, καὶ προϊόντα πατέρα γίνεσθαι, καὶ πάλιν δίκαιον, καὶ ἐφεξῆς ἀΐδιον, καὶ πάντα ὅσα περὶ αὐτὸν θεωρεῖται διά τινος ἀκολουθίας προσκτᾶσθαι· οὐ σφόδρα ἦν ἄτοπον ἴσως ἕτερον τοῦ ἑτέρου προτερεύειν τῶν περὶ τὸν Θεὸν ὀνομάτων οἴεσθαι καὶ πρότερον μὲν ἀγέννητον, μετὰ δὲ ταῦτα πατέρα γεγενῆσθαι λέγειν. νῦν δὲ τίς οὕτω ταπεινὸς τὴν διάνοιαν, καὶ τῆς τῶν θείων δογμάτων μεγαλοφυΐας ἀμύητος, ὥστε τὴν αἰτίαν τῶν ὄντων εἰς νοῦν λαβὼν, μὴ πάντων κατὰ ταυτὸν, ἀθρόας, καὶ συγκεκροτημένων τῶν περὶ τὸν Θεὸν εὐσεβῶς νοουμένων ἀντιλαμβάνεσθαι τῇ διανοίᾳ· ἀλλὰ τὸ μὲν ὕστερον, τὸ δὲ κατ' ἀρχὰς ἕτερον δὲ τὸ διὰ μέσου κατά τινα τάξεως ἀκολουθίαν προσγεγενῆσθαι νομίζειν· οὐ γάρ ἐστιν ἔν τινι τῷ λογισμῷ διαβαίνοντα τῶν περὶ τὸν Θεὸν εὐσεβῶς λεγομένων ἐντυχεῖν ἑτέρῳ πράγματι ἢ νοήματι ὃ τῆς τοῦ ῥηθέντος ἀρχαιότητος ὑπεραρθῆναι δυνήσεται· ἀλλὰ πᾶν ὄνομα θεῖον, καὶ πᾶν μεγαλοπρεπὲς νόημα· καὶ πᾶσα γλῶσσα, καὶ ὑπόληψις, ταῖς περὶ Θεοῦ ἐννοίαις ἁρμόζουσα, συνήρτηται πρὸς τὸ ἕτερον, καὶ ἥνωται· καὶ πᾶσαι κατὰ τὸ συνεχὲς ἀθρόοι, καὶ συγκεκροτημέναι μετ' ἀλλήλων, αἱ περὶ τοῦ Θεοῦ ὑπολήψεις καταλαμβάνονται, ἡ πατρότης, ἡ ἀγεννησία, ἡ δύναμις, ἡ ἀφθαρσία, ἡ ἀγαθότης, ἡ ἐξουσία, τὰ ἄλλα πάντα· οὐ γὰρ διῃρημένως τούτων ἕκαστον, τῶν λοιπῶν ἀποτετμημένων ἐφ' ἑαυτοῦ κατά τι χρονικὸν διάστημα νοεῖται· ὡς προτερεῦον ἑτέρου, ἢ ἑφεπόμενον· ἀλλ' ὅπερ ἂν εὑρεθῇ μεγαλοπρεπές τε, καὶ εὐσεβὲς ὄνομα, τῇ ἀϊδιότητι τοῦ Θεοῦ συνεμφαίνεται. ὡς οὖν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, μὴ εἶναί ποτε τὸν Θεὸν ἀγαθὸν, ἢ δυνατὸν, ἢ ἄφθαρτον, ἢ ἀθάνατον· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀσεβές ἐστι μὴ ἀεὶ αὐτῷ προσμαρτυρεῖν τὴν πατρότητα· ἀλλ' ὕστερον προσγεγενῆσθαι λέγειν. ὁ γὰρ ἀληθῶς πατὴρ, ἀεὶ πατὴρ, εἰ δὲ μὴ προσείη τὸ ἀεὶ τῇ ὁμολογίᾳ· ἀλλά τις ἔννοια κατὰ τὸ μάταιον προσεπινοουμένη ἀποτέμνοι, καὶ κολοβώσειεν ἐπὶ τὸ ἄνω τὴν τοῦ πατρὸς

A nequit, vt diuerſorum ſtudiorum habitus, ſine temporis ſucceſſione ingenerentur, dum quilibet poſt alium acquiritur. Si pari modo de Deo ratiocinandum eſſet, quaſi nunc quidem innaſcibilitatem habuerit, poſtea verò adeptus ſit potentiam: deinde incorruptionem, poſt hæc prudentiam, & temporis ſucceſſu paternitatem, deinde iuſtitiam, tandem æternitatem: vtque alia, quæ Deo inſunt, ordine quodam ac ſerie acquiſierit: fortaſſis abſurdum non eſſet exiſtimare, nominum, quæ de Deo prædicantur altera alteris priora eſſe. Et prius quidem eſſe ingenitum, poſtea B Patrem euaſiſſe. At verò quis adeò abiectæ mentis eſt, & diuinæ Maieſtatis adeò imperitus, qui cauſſam omniũ rerum mente concipiens, non omnia, quę de Deo piè affirmantur, ſimul & quaſi vno complexu, animo & cogitatione apprehendat, ſed aliud quidẽ poſterius, aliud ab initio, aliud in medio quaſi per conſecutionis ordinem Deo aduenerit: non enim fieri poteſt, quin is, qui, quæ de Deo piè affirmantur, obit & perluſtrat, incidat in aliam vel rem vel notionem, quæ antiquitatem dicti Dei tranſcendat: Sed omne nomen pietati conC ſentaneum, & omnis Deo competens cogitatio, omniſque lingua & exiſtimatio, quæ notionibus de Deo conuenit, connexa & vnita eſt cum altera, omnéſque iunctim, abſque interruptione, & quaſi in vnum mutuò congeſtæ, in Deo concipiuntur, vt manſuetudo, innaſcibilitas, potentia, incorruptio, bonitas, poteſtas, & omnia alia: non enim aliquod ex his attributis Dei, diuiſim quaſi ab aliis reſectum, & ſeorſim, ſecundum temporale aliquod interuallum, tanquam altero prius, vel poſterius ſpectatur: ſed quodcumque noD men diuinæ magnificentiæ & pietati congruẽs repereris, illud ęternitati Dei reſpondet. Quemadmodũ igitur nunquam affirmare licet Deum non eſſe bonum, non potentia prædicum, vel incorruptũ, vel immortalem: Pari modo pietas exigit, vt Deo ſemper paternitatem adſcribamus, neque eam poſterius tandem eidẽ adueniſſe ſentiamus: nam qui verè Pater eſt, ſemper Pater eſt: Et niſi iſtud *ſemper* ad confeſſionẽ adiungatur, ſed vana quædam cogitatio notionem Patris supernè quaſi amputet &

mutilet, non poterit amplius propriè Pater vocari, cōceptione illa, quæ prius quam Filius exiſtit, élicitur, circumſcribente paternitatis æternitatem, & nuſquam interciſam durationē. Quomodo enim fieri poteſt, vt quod poſtea factum eſt, id prius eſſe intelligatur, quod nunc dicitur? Si igitur primò cum eſſet ingenitus, poſtea factus & appellatus eſt Pater, omninò non ſemper erat id, quod nunc nominatur: At Deus, qui iam eſt, ſemper eſt, & neque deterior, neque melior vlla additione euaſit, neq; aliud ab alio accipiens, neque mutationem ſubiens, ſemper idem ſibi ipſe eſt. Si igitur non erat ab initio Pater, neq; poſtea Pater factus eſt. Si autem in confeſſo eſt, cum nunc eſſe Patrem, idem namque, quod ante dictum eſt, repetam, ſequitur ſemper fuiſſe Patrem, & ſi ſemper Pater erat, ſemper etiam poſteris ſæculis erit. Semper igitur Pater eſt, & fuit Pater, ſempérque cum Patre Filius indiuiſibili nexu copulatus erat: Neque enim Patris appellatio conſtabiliri poteſt, niſi Filius eam veram faciat. Et omnia, quæ Patri inſunt, etiam Filio inſunt: omnia enim quæ Pater habet, Filii ſunt: & omnia, quæ ſunt Filii, Pater
Ioan. 17. habet. *Omnia*, dixit Filius, ne quis calumniator omnibus illudens oggerat, etiam *ingenitum* eſſe, competere Filio, eò quod dixerit, *omnia* Patris habere Filium, vel è contrario genitum eſſe conuenire Patri, quod dixerit omnia Filii in Patre ineſſe: nam ſi omnia quæ Patris ſunt, Filius habet, nónne Pater erit? Et ſi omnia quæ ſunt Filii in Patre inueniuntur, nónne Filius erit?

Si igitur omnia Patris ſunt in vnigenito, hic verò eſt in Patre, paternitas verò ab innaſcibilitate non ſeiungitur, quidnam ante Filii notionem, ſeparatim, per ſe, & ſecundum quoddam interuallum, concipere quis poſſit, ego non intelligo. Igitur intrepidè & fidenter, ea quæ in ſophiſmate iſto nobis obiiciuntur, aggredientes, nihilque ſyllogiſmi huius terriculamento pueris perterrefaciendis excogitato, retardati, affirmamus, Deum & ſanctū & immortalem & Patrem, & ingenitum, & æternum, & ſimul omnia eſſe: & ſi poſita hypotheſi aliquid eorum, quæ de Deo orthodoxè dicuntur, ſuſtuleris, omnia alia ſimul cum iſto ſublata ſunt. Non

A ἔννοιαν, οὐκέτι τὸ, ἀληθῶς πατὴρ εἶναι κυρίως ὁμολογηθήσεται, τῆς ἐννοίας ἐκείνης τῆς τοῦ υἱοῦ προεπινοουμένης, περιγραφομένης τὸ ἀΐδιον, καὶ διηνεκὲς τῆς πατρότητος. πῶς γὰρ δυνατὸν τὸ μετὰ ταῦτα ποτὲ γενόμενον νοεῖσθαι ὃ νῦν λέγεται; εἰ οὖν πρότερον ἀγέννητος ὢν μετὰ ταῦτα ἐγένετο, καὶ ὠνομάσθη πατὴρ, οὐκ ἀεὶ ἦν πάντως ὃ νῦν ὀνομάζεται· ὁ δὲ Θεὸς ὃ νῦν ἐστι, καὶ ἀεί ἐστιν, οὔτε χείρων, οὔτε βελτίων, ἐκ προσθήκης γενόμενος· οὔτε τι ἄλλο ἐξ ἄλλου μεταλαμβάνων, καὶ ἀλλοιούμενος, ἀλλ᾽ ὁ αὐτός ἐστιν ἑαυτῷ
B ἀεί. εἰ μὲν οὖν οὐκ ἦν ἐξ ἀρχῆς πατὴρ, οὔτε μετὰ ταῦτα ἐγένετο. Εἰ δὲ ὁμολογεῖται εἶναι πατὴρ, πάλιν τὸν αὐτὸν λόγον ἐπαναλήψομαι· ὅτι εἰ νῦν ἐστι, καὶ ἀεὶ ἦν, καὶ εἰ ἀεὶ ἦν, καὶ εἰσαεὶ ἔσται. οὐκοῦν ἀεὶ πατὴρ ὁ πατὴρ, τῷ δὲ πατρὶ, συνεπινοουμένου πάντως καὶ τοῦ υἱοῦ· οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν, βεβαιωθῆναι τοῦ πατρὸς τὴν κλῆσιν, μὴ υἱοῦ τὴν προσηγορίαν ἐπαληθεύοντος, καὶ τὰ τῷ πατρὶ θεωρούμενα πάντα καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ καθορᾶται. πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, τοῦ υἱοῦ ἐστι· καὶ τὰ τοῦ υἱοῦ πάντα ὁ πατὴρ ἔ-
C χει. ὁ πατὴρ εἶπον, τὰ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἂν μὴ ἐξείη τῷ συκοφάντῃ συμπαραλαμβάνειν ἐπηρεαστικῶς πως πᾶσι, καὶ τὸ μὴ γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν ἐν τῷ λέγειν, πάντα τὰ τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἔχειν, ἢ πάλιν τὸ γεννητὸν εἶναι καὶ τὸν πατέρα, ἐν τῷ τὰ τοῦ υἱοῦ πάντα ἐν τῷ πατρὶ καθορᾶσθαι. πάντα γὰρ τὰ τοῦ πατρὸς ἔχει ὁ υἱὸς, οὐχὶ πατήρ ἐστι· καὶ τὸ ἔμπαλιν, τὰ τοῦ υἱοῦ πάντα, ἐν τῷ πατρὶ θεωρεῖται, οὐχὶ υἱός ἐστιν.

ΕΙ οὖν ἐν τῷ μονογενεῖ τὰ τοῦ πατρὸς πάντα· οὗτος δὲ ἐν τῷ πατρὶ, ἡ δὲ πατρότης τῆς ἀ-
D γεννησίας οὐ διατέτμηται, τί περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ ἐννοίας κεχωρισμένως ἐφ᾽ ἑαυτῆς κατά τι διάστημα περὶ τὸν πατέρα νοεῖσθαι δύναται· ἐγὼ μὲν οὐ συνορῶ. οὐκοῦν ἀφόβως ἐστὶν, ἐπιθαρσήσαντας τοῖς προφερομένοις διὰ τοῦ σοφίσματος ἡμῖν, ὁμόσε χωρῆσαι, καὶ μηδὲν πτοηθέντας τοῦ συλλογισμοῦ τὴν γοργόνα τὴν ἐπὶ καταπλήξει τῶν παίδων σεσοφισμένην, εἰπεῖν· ὅτι ὁ Θεὸς, καὶ ἅγιος, καὶ ἀθάνατος, καὶ πατὴρ, καὶ ἀγέννητος, καὶ ἀΐδιος, καὶ ὁμοῦ τὰ πάντα ἐστί· κἂν ἕν τι τῶν εὐσεβῶς περὶ αὐτοῦ λεγομένων, καθ᾽ ὑπόθεσιν μὴ εἶναι δῷς, τὰ πάντα τῷ ἑνὶ συναναιρεῖται. οὐ γάρ

ἐστι

ἐπεὶ δυνατὸν, ἐὰν μὴ ἀθάνατος ᾖ, τὰ λοιπὰ εἶναι. ὃ δὲ ἐπὶ μέρους εἴρηται καθόλου νοείσθω. οὐκοῦν οὐδὲν περὶ αὐτὸν οὔτε παλαιότερον, οὔτε νεώτερον, ἢ οὕτως ἂν εὑρεθήσεται πρεσβύτερος αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ νεώτερος. εἰ γὰρ μὴ πάντοτε πάντα ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ κατά τινα τάξιν καὶ ἀκολουθίαν, τὸ μέν τι ἐστὶ, τὸ δὲ γίνεται, σύνθεσις δὲ περὶ αὐτὸν οὐδεμία. ἀλλ' ὅπερ ἂν ᾖ ὅλος ἐστί· κατὰ δὲ τὸν τῆς αἱρέσεως λόγον πρότερον, ἀγέννητος ὢν μετὰ ταῦτα γίνεται πατήρ, οὐδεμιᾶς σωρείας ἐπιτηδευμάτων περὶ αὐτὸν νοουμένης, οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅλος αὐτὸς ἑαυτοῦ ὅλου πρεσβύτερός τε, καὶ μεταγενέστερος γίνεται· κατὰ μὲν τὸ ἀγέννητον, ἑαυτοῦ προτερεύων, κατὰ δὲ τὴν τοῦ πατρὸς ἔννοιαν, ἑαυτοῦ γινόμενος δεύτερος· εἰ δὲ καθώς φησι περὶ τοῦ Θεοῦ ὁ προφήτης, ὅτι ὁ αὐτός ἐστι. μάταιος ὁ λέγων, ὅτι πρὶν γεννῆσαι, οὐκ ἦν ἀγέννητος· ὅτι οὐδέτερον τούτων χωρὶς τοῦ ἑτέρου εὑρίσκεται· οὔτε τοῦ πατρὸς τὸ ὄνομα, οὔτε τοῦ ἀγεννήτου. ἀλλ' ὁμοῦ τὰ δύο, καὶ μετ' ἀλλήλων ταῖς διανοίαις τῶν εὐσεβῶς λογιζομένων ἐγγίνεται τὰ νοήματα. καὶ γὰρ ἐξ ἀϊδίου πατὴρ ὁ Θεὸς, καὶ πατὴρ ἀΐδιος, καὶ πάντα ὅσα εὐσεβῶς λέγεται, κατὰ ταυτὸν ὀνομάζεται, τῆς χρονικῆς ταύτης, καθὼς ἔφαμεν ἀκολουθίας, καὶ τάξεως, ἐπὶ τῆς προαιωνίου φύσεως ἀργούσης.

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῆς διαλεκτικῆς εὐστροφίας, ἃ καὶ αὐτὸς γελοῖά τε ἅμα, καὶ ἐλεεινά φησιν εἶναι. καλῶς τοῦτο λέγων. πλατὺς γὰρ, ὡς ἀληθῶς ἐν τοῖς εἰρημένοις ὁ γέλως, μᾶλλον δὲ πολὺς ὁ θρῆνος ἐπὶ τῇ κατεχούσῃ τὴν ψυχὴν ἀπάτῃ· ἐπειδὴ γὰρ κατά τι σημαινόμενον ὁ πατὴρ, καὶ τὴν τοῦ ἀγεννήτου περιείληφεν ἔννοιαν, ὡς ὁ ἡμέτερος λόγος, μεταβαλὼν τὴν κυρίαν τοῦ πατρὸς σημασίαν εἰς τὸ ἀγέννητον, τάδε φησίν. εἰ γὰρ ταυτόν ἐστιν εἰπεῖν, ἀγέννητος, ἢ πατὴρ, ἐξέσται ἡμῖν καταλιποῦσι τὴν τοῦ πατρὸς φωνὴν, μεταλαβοῦσι δὲ τὸ ἀγέννητον, εἰπεῖν ὁ ἀγέννητος, υἱοῦ ἐστιν ἀγέννητος. ὥσπερ γὰρ ἀγέννητος υἱοῦ πατὴρ, οὕτως ἔμπαλιν υἱοῦ ἀγέννητος ὁ πατήρ· ἔπεισί μοι λοιπὸν θαυμάζειν τὸν ἄνδρα τῆς εὐμηχανίας, καὶ πολύτροπον αὐτοῦ, καὶ ποικίλον τῆς εἰς τὰ δόγματα παιδείας· ὑπὲρ τὴν τῶν πολλῶν εἶναι δύναμιν οἴεσθαι. τὸ μὲν εἰρημένον παρὰ τοῦ διδασκάλου ἡμῶν, εἰς λόγον βραχεῖ τὴν περιγραφὴν ἔχον·

A enim fieri poterat, vt ſi immortalis non eſſet, reliqua eſſet. Et quod de vno in particulari dictum eſt, de omnibus vniuerſim intelligatur. Itaque nihil in illo antiquius, nihil recentius eſt, nihil prius aut poſterius, vt ne ſic quidem ſeipſo ſit ſenior & iunior. Si enim Deus non ſemper eſt omnia, ſed ordine quodam & ſucceſſione, hoc quidem eſt, illud fit, in illo autem nulla compoſitio locum habet, ſed quæcumque eſt, ea totus eſt; vt verò hæretica doctrina habet, prius fuit ingenitus, poſtea Pater, nulla attributo-
B rum collectione in ipſo ſpectata, nihil aliud ſequitur, quàm ipſum totum ſeipſo toto priorem & poſteriorem eſſe, & quidem ſecundum innaſcibilitatem ſeipſo priorem, at ſecundum Patris notionem ſeipſo poſteriorem eſſe. Cæterum ſi, vt Propheta dicit, *idem ipſe eſt*, vanus eſt, quiſquis aſſerit, eum, priuſquam generarit, non fuiſſe ingenitum: quia neutrum horum ſine altero reperitur, neque Patris nomen, neque ingeniti, ſed ſimul iſta duo & coniunctim mentibus rectè de Deo ſentientium in-
C generantur: nam & ab æterno Deus eſt Pater, & Pater æternus, & omnia alia, quæ religioſè de Deo prædicantur, ſimul prædicantur, ſecluſo, vt diximus, omni temporis ſpatio ab illa natura, quę omnia ſæcula antecedit.

Videamus & reliqua Dialectices acumina, quæ ipſe *ridicula & miſeranda* eſſe ait. Verè profectò. Reuera enim ea, quæ iſte aſſerit, copioſam ridendi materiam continent, vel potius cauſſam lugendi, ob impium errorem, qui animos diſtinet & occupat. Cum
D enim Pater ſecundum quoddam ſignificatum, etiam ingeniti notionem complectatur, vt noſtra fert ſententia, iſte arrepta propria Patris ſignificatione, ita contra ingenitum diſputat. *Si enim idem eſt ingenitus & Pater, licebit nobis, relicto Patris vocabulo, & aſſumpto ingeniti nomine, dicere: Ingenitus Filij eſt ingenitus. Sicut enim ingenitus eſt Filij Pater, ita viciſſim Filij ingenitus eſt Pater.* Subit admirari Eunomium ob ſolertiam, cuius copiam & varietatem circa dogmatum peritiam, multorum facultatem ſuperare arbitror. Magiſter noſter paucis verbulis breuiter dixit:

fieri poſſe, vt etiam per Patris appellationem *innaſcibilitas* ſignificetur: iſte tot & tanta oggerit, vt multitudo iam non ſit amplius in ſenſuum differentia, ſed in circuitu & repetitione eorumdem verborum. Quemadmodum enim illi, qui velatis oculis circa molam diſcurſant, multo labore exantlato, in eodem loco manent: ita iſte ſemper circa eadem vertitur, & ab iiſdem non abſiſtit.

Dixerat ſemel ſubſannans nos, *Patrem non ſignificare id, quod eſt generare, ſed id, quod eſt ex nullo eſſe*, mox eadem cantilena iterata, *Si Pater*, inquit, *ſignificat ingenitum, antequam generaret, non erat ingenitus.* Deinde tertiò ad eadem recurrens, *Licebit*, inquit, *accepto ingenito dicere, ingenitus Filij eſt ingenitus:* & è veſtigio repetit, quod ſæpe iam euomuerat: *Sicuti*, inquit, *ingenitus eſt Filij Pater, ſic viceuerſa Filij ingenitus eſt Pater.* Quoties ad eundem vomitum relabitur? Quoties eadem repetit? Quoties eadem eructat? An non & nos moleſti pleriſque erimus, ſi noſtra oratione vanitatem eorum, quæ iſte adducit, diſcutere & refellere velimus? Et fortè ad iſta ſilere decentius fuerit. At ne quis id ex imbecillitate orationis & penuria argumentorum accidere arbitretur, iſta reſponſa damus: Non licet tibi dicere Filii ingenitum eſſe Patrem, etiamſi Patris appellatio ſignificet, eum, qui genuit, ex nulla cauſſa eſſe. Sicuti enim iuxta adductum à nobis exemplum, Imperatoris dignitate audita, duo iſto nomine concipimus: nempe eum, qui poteſtate omnibus præeminet, nulli ſubeſſe: & ſubditis imperare: ita & Patris appellatio duplicem nobis de Deo ſignificationem ſuppeditat: alteram, quæ eſt cum reſpectu & habitudine ad Filium: alteram, quod à nulla priore & ſuperiore cauſſa dependeat. Quemadmodum ergo de imperatore non licet dicere: Si duo prædicta per eandem appellationem ſignificentur, nimirum, quòd ſubditis imperet, neque alium ſe ſuperiorem agnoſcat, fas fore, non regem populi, ſed regni expertē, intuitu ſubditorum, appellare: neque ſi hoc concedamus, ideo integrū erit aſſeuerare, vt Rex populi, Rex nuncupatur, ſic etiam regni expertem reſpectu populi, dici poſſe:

A τὸ δυνατὸν εἶναι, καὶ διὰ τῆς τοῦ πατρὸς προσηγορίας τὴν ἀγεννησίαν σημαίνεσθαι· τὰ δὲ παρὰ τούτου τοσαῦτα, ὧν τὸ πλῆθος οὐκ ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν νενοημένων ἐστὶν, ἀλλ' ἐν τῇ περιόδῳ, καὶ ἀναστροφῇ τῶν ὁμοίων ῥημάτων. καθάπερ γὰρ οἱ τὴν μύλην κεκαλυμμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς περιθέοντες, ἐν πολλῇ τῇ ὁδοιπορίᾳ κατὰ τὸν αὐτὸν μένουσι τόπον· οὕτως ἀεὶ περὶ τὰ αὐτὰ στρέφεται, καὶ τῶν αὐτῶν οὐκ ἀφίσταται.

Εἶπεν ἅπαξ ἐπιχλευάζων ὅτι οὐ τὸ γεννῆσαι σημαίνει ὁ πατὴρ, ἀλλὰ τὸ ἐξ οὐδενὸς εἶναι. B πάλιν τὸ ὅμοιον ἔπλεξεν· εἰ πατὴρ τὸ ἀγέννητον σημαίνει, πρὶν γεννῆσαι οὐκ ἦν ἀγέννητος. εἶτα ἐκ τρίτου ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐπανέρχεται. ἔξεστι γὰρ φησὶ, μεταλαβοῦσι τὸ ἀγέννητον εἰπεῖν ὁ ἀγέννητος υἱοῦ ἐστιν ἀγέννητος· καὶ εὐθὺς ἐπανέλαβεν ὃ πολλάκις ἐξήμεσε, καί φησιν. ὥσπερ γὰρ ὁ ἀγέννητος υἱοῦ πατὴρ, οὕτως ἔμπαλιν υἱοῦ ἀγέννητος ὁ πατήρ. ὢ ποσάκις ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἔμετον ἐπαναδέδραμε, ποσάκις ἐπανέλαβε· ποσάκις ἐξέβλυσεν. ἆρ' οὖν οὐκ ἐπαχθεῖς καὶ ἡμεῖς τοῖς πολλοῖς γενησόμεθα, τῇ ματαιότητι τῶν παρ' αὐτοῦ προφερομένων, καὶ τὸν C ἡμέτερον λόγον συμπαρεισύροντες· καὶ ἴσως τὸ σιωπᾶν ἐν τοῖς τοιούτοις ἁρμοδιώτερον. ἀλλ' ἵνα μή τις τῇ περὶ τοῦ λέγειν ἀσθενείᾳ καθυφίεσθαι νομίσῃ τὸν λόγον, ταῦτα τοῖς εἰρημένοις ἀποκρινούμεθα. οὐκ ἔξεστί σοι λέγειν, υἱοῦ ἀγέννητον τὸν πατέρα, κἂν ἡ τοῦ πατρὸς κλῆσις, τὸ μὴ ἐξ αἰτίας εἶναι τὸν γεγεννηκότα σημαίνῃ. ὥσπερ γὰρ κατὰ τὸ ῥηθὲν ἡμῖν ὑπόδειγμα, τὴν τοῦ βασιλέως ἀξίαν ἀκούσαντες, δύο ἐκ τοῦ ὀνόματος ἐνοήσαμεν· τό, τε ὑποτετάχθαι μηδενὶ τὸν κατ' ἐξουσίαν προέχοντα. καὶ τὸ, τῶν ὑποχειρίων D κρατεῖν· οὕτω καὶ ἡ τοῦ πατρὸς προσηγορία, διπλῆν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν σημασίαν παρέχεται· τήν τε πρὸς τὸν υἱὸν νοουμένην, καὶ τὸ μηδεμιᾶς αὐτὸν ἐξῆφθαι προεπινοουμένης αἰτίας. ὥσπερ οὖν οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῦ βασιλέως εἰπεῖν, ὅτι εἰ τὰ δύο, διὰ τῆς αὐτῆς προσηγορίας σημαίνεται, τό τε κρατεῖν τῶν ὑποχειρίων· καὶ, τὸ μὴ ἔχειν τὸν προηγούμενον ἔξεστι μὴ ἄρχοντα τοῦ ἔθνους, ἀλλ' ἀβασίλευτον τῶν ὑποτεταγμένων προσαγορεύειν· οὐδὲ συνωθέντας τὸ τοιοῦτο λέγειν· ὅτι ὥσπερ βασιλεὺς ἔθνους λέγεται, οὕτω καὶ ἀβασίλευτος τοῦ ἔθνους ὀνομασθήσεται,

τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῆς τοῦ πατρὸς φωνῆς, τόν τε υἱὸν ἐνδεικνυμένης, καὶ τὴν τοῦ ἀγεννήτου ἔννοιαν παριστώσης, οὐκ ἔξεστι μετατιθέντας παρὰ τὸ δέον τὴν σημασίαν, τῇ πρὸς τὸν υἱὸν οἰκειότητι γελοίως προσκολλᾶν τοῦ ἀγεννήτου τὴν ἔννοιαν, ἐν τῷ λέγειν, υἱοῦ ἀγέννητος ὁ ἀγέννητος.

Ἐπὶ τοιούτοις δὲ τοῖς εἰρημένοις, ὡς ἐπιβὰς τῆς ἀληθείας, καὶ διελέγξας τῶν ἀντιτεταγμένων τὸ ἄτοπον, οἷα μεγαλαυχούμενος φθέγγεται· καὶ τίς πώποτε σωφρονῶν σιωπᾶσθαι τὴν φυσικὴν ἔννοιαν ἐδικαίωσε, τὴν δὲ παράνοιαν ἐτίμησεν. οὐδείς, ὦ σοφώτατε, οὐκοῦν οὐδὲ ὁ ἡμέτερος λόγος, ὁ εἰπὼν τὴν τοῦ ἀγεννήτου προσηγορίαν ταῖς ἐννοίαις συμβαίνειν, καὶ δεῖν ταύτην ἔχειν ἐν ταῖς καρδίαις ἀκίνητον· αὐτὴ δὲ τῆς διαστραφείσης παρ' ἡμῶν φωνῆς τὴν τοῦ πατρὸς προσηγορίαν ἱκανὴν εἶναι, καὶ πρὸς ἐκείνην ἄγειν τὴν ἔννοιαν. μνήσθητι γὰρ ὧν αὐτὸς προέθου ῥημάτων· ὅτι οὐχὶ σιωπᾶσθαι τὴν φυσικὴν ἔννοιαν ἐδικαίωσε· τὴν δὲ παράνοιαν, ὡς αὐτὸς ὀνομάζεις, ἐτίμησεν· ἀλλὰ τὴν προσηγορίαν μόνην τοῦ ἀγεννήτου, τουτέστι, τὴν ἐν ταῖς συλλαβαῖς προφοράν, ὡς κακῶς ἐξειλημμένην, καὶ ἅμα μήτε παρὰ τῆς γραφῆς εἰρημένην ἀκινδύνως σιωπᾶν συμβουλεύει· τὸ δὲ σημαινόμενον, καὶ μάλιστα ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν συμβαίνειν, φησίν.

Ἀλλὰ τὰ μὲν παρ' ἡμῶν τοιαῦτα· ὁ δὲ τοὺς σοφιστὰς διαβάλλων, καὶ τῇ ἀληθείᾳ καθοπλίζων τὸν λόγον, καὶ τῶν ἡμετέρων πλημμελημάτων κατηγορῶν, οὐκ ἐρυθριᾷ ἐν τοῖς περὶ τῶν δογμάτων λόγοις διὰ σοφισμάτων ἀστειζόμενος, καὶ μιμούμενος τοὺς ἐν συμποσίοις διὰ κομψευμάτων τινῶν ἐφελκομένους τὸν γέλωτα. θεᾶσθε γὰρ τὸ ἐμβριθές, καὶ λελογισμένον τῆς τοῦ συλλογισμοῦ πλοκῆς· τῶν αὐτῶν γὰρ πάλιν ἐπιμνησθήσομαι. εἰ γὰρ ταυτόν ἐστιν εἰπεῖν ἀγέννητος, ἢ πατήρ, ἐξέσται ἡμῖν καταλιποῦσι τὴν τοῦ πατρὸς φωνήν, μεταλαβοῦσι δὲ τὸ ἀγέννητον εἰπεῖν, ὁ ἀγέννητος υἱοῦ ἐστὶ ἀγέννητος. ὥσπερ γὰρ ὁ ἀγέννητος υἱοῦ πατήρ, οὕτως ἔμπαλιν υἱοῦ ἀγέννητος ὁ πατήρ. παραπλήσιον γὰρ τοῦτο ἐκείνῳ. ὥσπερ γὰρ εἴ τις τὸν Ἀδὰμ ὀρθῷ καὶ ὑγιαίνοντι λόγῳ, μὴ διαφέρειν λέγοι, ἢ πατέρα πάντων ἀνθρώπων, ἢ πρῶτον ἀνθρώπων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεπλάσθαι λέγειν. ταυτὸν γὰρ δι' ἑκατέρων σημαίνεσθαι· εἶτά τις τῶν κατ' αὐτὸν διαλεκτικῶν ἐφαλλόμενος

A Pari modo cum Patris vocabulum, & Filium monſtret, & ingeniti notionem repræſentet, non licet tranſlata, præter neceſſitatem, ſignificatione, habitudini ad Filium ridiculè affingere & imponere ingeniti notionem: dicendo eum, qui eſt ingenitus, Filii ingenitum eſſe.

His hunc in modum pertractatis, quaſi veritatem acu tetigiſſet, & aduerſariorum abſurditatem omnium oculis expoſuiſſet, in hæc iactabundus erumpit verba. *Et quis vnquam ſobriæ & ſanæ mentis, vt naturalis intelligentia ſilentio premeretur, ratum habuit, & veſaniam honorauit?* Nullus, ô ſapientiſſime, neque nos igitur, qui diximus, ingeniti appellatio- B nem notionibus competere, eamque in cordibus immobiliter retineri debere: loco autem vocabuli à nobis deprauati & diſtorti, *Patris* appellationem poſſe ad eandem notionem ingenerandam ſufficere. Memineris enim verborum, quæ ipſe protuliſti, quod neque naturalem intelligentiam ſilentio diſſimulari probauerit, neque *veſaniam*, vt tu nominas, honorauerit, ſed ſolam ingeniti appellationem, hoc eſt, prolationem in ſyllabis ſitam, ceu malè acceptam & intellectam, ſimúlque à ſcripturis non traditam, ſileri poſſe ſuaſerit: at rem ſigni- C ficatam cogitationibus noſtris maximè congruere, ait.

Sed hæc quidem à nobis hactenus. At iſte, qui nos *Sophiſtas* eſſe calumniatur, ſuamque diſputationem veritate inſtruens, noſtra errata reprehēdit, non erubeſcit tractationem de fidei capitibus, ſophiſmatis lepidè exornare: illos imitatus, qui in ſympoſiis iucundè & feſtiuè dictis riſum ciere ſolent. Vide enim, quam formidabilis & elaborata ſit hæc ſyllogiſmi complexio, eadem enim denuò reponam. *Si idem eſt ingenitus & Pater, licebit nobis, omiſſo Patris Voca-* D *bulo, accepto autem ingeniti nomine, dicere, ingenitum Filij eſſe ingenitum: Sicut enim ingenitus eſt Filij Pater, ſic viceuerſa, Filij ingenitus eſt Pater.* Aſſimile prorſus eſt hoc huic: ſi quis bono & ſano intellectu diceret, nihil intereſſe, ſiue quis Adamum Patrem omnium, ſiue primum à Deo formatum hominem nominet, idem enim vtroque vocabulo ſignificari, deinde aliquis ex Eunomianæ Dialecticæ ſchola pro-

proſiliens, eiuſque textum & nexum argumentandi imitans occlamet: Si idem eſt eundem à Deo primum creatum eſſe, & Patrem omnium poſterorum eſſe, licebit relicto Patris vocabulo, & accepto protoplaſti nomine dicere: *Adamus non eſt Abelis, Pater, ſed, protoplaſtus*: quemadmodum protoplaſtus eſt Filii Pater, ita viceuerſa Filii protoplaſtus eſt Pater. Si talia in caupona percenſerentur, quantum plauſus & riſus à compotoribus reportarent, tam feſtiue inuentis admurmurantibus & adſtrepentibus. Talibus argumentis oppugnat noſtra ſolers iſte Theologus, indigens pædagogo, vel potius baculo, vt diſcat, non omnia, quæ de aliquo prædicantur, ad idem omninò ſignificatum reſpicere, quemadmodum per exẽplum de Adamo & Abele allatum demonſtratum eſt. Nam Adamum eundem & Patrem Abelis, & opus Dei eſſe, verum eſt. Non igitur cum ipſe vtrumque ſit, etiam in Abele vtrumque eſt. Sic in Deo Patris appellatio manifeſtat quidem id, quod propriè ab hoc vocabulo ſignificatur, nempe generaſſe Filium, indicat verò & iſtud, nullam cauſam anteceſſiſſe, iſtum verè appellatum Patrem. Non igitur neceſſarium eſt, vt quando Filii mentionem facimus, non Patrem, ſed *ingenitum Filij* nominemus: neque rurſus neceſſe eſt, vt ſi ad Filii habitudinem, id, quod eſt principii expers, reticeatur, ex mente noſtra *ingenitum*, Patri competens, eiiciamus. Sed huiuſmodi nominum vſum repudiat iſte, & more eorum qui riſus concitandi artifices ſunt, ſubſannat reſponſiones noſtras Sophiſmatum abſurditate cachinnos excitans.

Rurſus enim ea, quæ effutiuit reſumam. *Si idem eſt dicere ingenitus vel Pater, licebit nobis deſerto Patris vocabulo, & aſſumpto Ingenito, dicere: Ingenitus Filij eſt ingenitus. Sicuti enim ingenitus eſt Filij Pater, ita viciſſim Filij ingenitus eſt Pater.* Verùm, vt & nos ridendi matei · ·· habeamus, ſi videtur, in contrarium ' ·hiſma retorqueamus. Si non eſt ide .n ı'ater cum ingenito, Patris Filius non erit ingeniti Filius: nam cum ad ſolum Patrem

A τοῖς εἰρημένοις μιμεῖτο τὴν τοιαύτην πλοκήν, ὅτι εἰ ταὐτόν ἐστιν, ἢ πρῶτον αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεπλάσθαι λέγειν, ἢ πατέρα τῶν μετὰ ταῦτα, ἐξέσται καταλιποῦσι τὴν τοῦ πατρὸς φωνήν, μεταλαβοῦσι δὲ τὸ πρωτόπλαστον εἰπεῖν ὁ Ἀδὰμ τοῦ Ἄβελ, οὐχὶ πατήρ ἐστιν, ἀλλὰ πρωτόπλαστος. ὥσπερ γὰρ ὁ πρωτόπλαστος υἱοῦ πατήρ· οὕτω τὸ ἔμπαλιν υἱοῦ πρωτόπλαστος ὁ πατήρ. εἰ ταῦτα ἐν καπηλείῳ λέγοιτο, πόσον ἂν εἴη κρότον καὶ γέλωτα παρὰ τῶν συγκωθωνιζομένων ῥαγῆναι, ἐπικαγχαζόντων τῇ
B κομψείᾳ τοῦ εὑρέματος. Τοιούτοις ὁ σοφὸς θεολόγος ἰσχυρίζεται καθ' ἡμῶν τοῖς λόγοις, καὶ κατεπείγει τοῦ δόγματος· παιδαγωγοῦ τινος ὄντως, καὶ βακτηρίας δεόμενος· ὡς ἂν διδαχθείη· ὅτι οὐ πάντα ὅσα κατά τινος κατηγορεῖται, πρὸς ἓν πάντως τὸ σημαινόμενον βλέπει· ὡς διὰ τοῦ ῥηθέντος ἡμῖν κατὰ τὸν Ἄβελ, καὶ τὸν Ἀδὰμ ὑποδείγματος δείκνυται. τὸν γὰρ Ἀδὰμ, τὸν αὐτὸν καὶ πατέρα τοῦ Ἄβελ, καὶ ἔργον τοῦ Θεοῦ λέγειν, ἀληθές ἐστιν· οὐ μὴν ἐπειδὴ αὐτὸς ἀμφότερα ἐπὶ τοῦ
C Ἄβελ τὰ δύο· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἡ τοῦ πατρὸς προσηγορία, δηλοῖ μὲν καὶ τὸ ἰδίως ὑπὸ τοιαύτης φωνῆς σημαινόμενον τὸ γεγεννηκέναι τὸν υἱόν· ἐνδείκνυται δὲ καὶ τὸ μηδεμίαν αἰτίαν προεπινοεῖσθαι, τοῦ ἀληθῶς πατρός, οὐ μὴν ἐπάναγκες ὅταν τοῦ υἱοῦ μνησθῶμεν, μὴ πατέρα λέγειν· ἀλλ' ἀγέννητον υἱοῦ προσαγορεύειν· οὐδ' αὖ πάλιν εἰ πρὸς τὴν τοῦ υἱοῦ σχέσιν τὸ ἄναρχον σιωπηθείη, ἐκβάλλειν τῆς διανοίας ἡμῶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγέννητον. ἀλλ' ἀποθεῖται τὴν τοιαύτην
D χρῆσιν τῶν ὀνομάτων, καὶ κατὰ τοὺς μίμους τῶν γελοίων, διαχλευάζει τὸν λόγον τῇ ἀλλοκότῳ τῶν σοφισμάτων γελωτοποιίᾳ ἐν τοῖς δόγμασι.

Πάλιν γὰρ τῶν παρ' αὐτοῦ ῥηθέντων ἐπιμνησθήσομαι. εἰ ταὐτόν ἐστιν εἰπεῖν, ἀγέννητος ἢ πατήρ, ἐξέσται ἡμῖν καταλιποῦσι τὴν τοῦ πατρὸς φωνήν, μεταλαβοῦσι δὲ τὸ ἀγέννητον, εἰπεῖν ὁ ἀγέννητος, υἱοῦ ἐστιν ἀγέννητος. ὥσπερ γὰρ ὁ ἀγέννητος υἱοῦ πατήρ, οὕτως ἔμπαλιν υἱοῦ ἀγέννητος ὁ πατήρ. ἀλλ' ἀντιγελάσωμεν εἰ δοκεῖ καὶ ἡμεῖς, εἰς τοὐναντίον αὐτῷ περιαγαγόντες τὸ σόφισμα. Εἰ οὐκ ἔστι ταὐτὸν ὁ πατὴρ τῷ ἀγεννήτῳ, ὁ τοῦ πατρὸς υἱός, οὐκ ἔσται τοῦ ἀγεννήτου υἱός· πρὸς γὰρ τὸν πατέρα μόνον

A τὴν σχέσιν ἔχων ἀλλοτρίως πάντως ἕξει κατὰ τὴν φύσιν πρὸς τὸν ἄλλο τι ὄντα καὶ τῇ ἐννοίᾳ τοῦ πατρὸς μὴ συμβαίνοντα· ὥστε εἰ ἄλλο τι παρὰ τὸ ἀγέννητόν ἐστιν ὁ πατὴρ, καὶ οὐ περιλαμβάνει τοῦ πατρὸς ἡ προσηγορία, καὶ τοῦ ἀγεννήτου τὸ σημαινόμενον οὐ δύναται* ὁ εἷς ὢν, εἰς δύο πραγμάτων σχέσεις καταμερίζεσθαι· καὶ ὁ αὐτὸς εἶναι τοῦ τε πατρὸς, καὶ τοῦ ἀγεννήτου υἱός· καὶ ὡς ἄτοπον ἐνομίσθη υἱοῦ ἀγέννητον τὸν Θεὸν λέγειν, οὕτω πάντως ἐν τῷ ἀντιστρέφοντι τὸ ἴσον ἄτοπον εὑρεθήσεται τοῦ ἀγεννήτου, υἱὸν μονογενῆ λέγειν· ὥστε τῶν δύο B τὸ ἕτερον, ἢ ταὐτόν ἐστι τῷ ἀγεννήτῳ ὁ πατὴρ, ἵνα ὁ τοῦ πατρὸς υἱὸς, καὶ τοῦ ἀγεννήτου υἱὸς ᾖ· καὶ μάτην ἡμῖν διεχλευάσθη ὁ λόγος, ἢ εἰ ἕτερόν τι παρὰ τὸ ἀγέννητόν ἐστιν ὁ πατὴρ, ὁ τοῦ πατρὸς υἱὸς τῆς πρὸς τὸ ἀγέννητον σχέσεως ἠλλοτρίωται. καὶ ἐὰν τοῦτο κρατήσῃ, μὴ ἐκ τοῦ ἀγεννήτου εἶναι τὸν μονογενῆ, γεννητὸν αὐτῷ πάντως ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου τὸν πατέρα ἐνδείξεται· τὸ γὰρ ὂν μὲν, μὴ ἀγεννήτως δὲ ὂν, γεννητὴν πάντως ὑπόστασιν ἔχει. Εἰ οὖν γεννητὸς ὁ πατὴρ κατ᾽ ἐκείνους, ἄλλο τι ὢν παρὰ τὸ C ἀγέννητον, ποῦ ἡ πολυθρύλλητος ἀγεννησία, ἐκείνη, ποῦ ἡ κρηπὶς, καὶ ἡ ὑποβάθρα τῆς αἱρετικῆς πυργοποιΐας; οἴχεται, καὶ ἠφάνισται διὰ τῶν γλίσχρων τῶν σοφισμάτων, ἐκ τῶν κατέχειν τέως δοκούντων διολισθήσασα τῆς λαβῆς τὸ ἀγέννητον· καὶ ἡ τοῦ ἀνομοίου κατασκευὴ, καθάπερ τινος ὄναρ, διαρρέουσα τοῦ λόγου τὴν ἐπαφὴν διαπέφευγε τῷ ἀγεννήτῳ συναποπτᾶσα. οὕτως ὅταν τι ψεῦδος ᾖ παρὰ τῆς ἀληθείας τιμώμενον, κἂν πρὸς ὀλίγον διὰ τῆς ἀπάτης ἀνθήσῃ, ταχέως πρὸς ἑαυτὸ καταρρεῖ, καὶ ταῖς ἰδίαις κατασκευαῖς διαλύεται. D ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅσον ἐπιμειδιάσαι τῇ κωμῳδίᾳ τῆς τοῦ ἀνομοίου ἀνταποδόσεως, καὶ παρ᾽ ἡμῶν προσενήνεκται. καιρὸς δ᾽ ἂν εἴη πάλιν ἐπαναγαγεῖν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τὸν λόγον.

ΟΥ βούλεται ὁ ΕΥνόμιος ὑπὸ τῆς τοῦ πατρὸς φωνῆς, καὶ τοῦ ἀγεννήτου τὴν σημασίαν παρίστασθαι· ἵνα τό ποτε μὴ εἶναι τὸν μονογενῆ κατασκευάσῃ. καὶ γὰρ, καὶ πολὺ τοῦτο παρὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τὸ ἐρώτημα· ὅτι ὁ ὢν πῶς γεννᾶται; αἴτιον δὲ τούτου οἶμαι, τὸ μὴ ἐθέλειν τῆς ἀνθρωπίνης χρήσεως τῶν ὀνομάτων, καὶ ἐπὶ τῶν θείων διανοημάτων ἀφίστασθαι.

habitudinem habeat, extraneus omninò erit natura ſua ab illo, qui aliud quiddam eſt, & Patris notioni nequaquam conforme. Itaque ſi aliud quiddam eſt Pater ab ingenito, neque Patris appellatio ingeniti ſignificatum complectitur, non poterit qui eſt vnus in duas rerum habitudines diuidi, idemque eſſe & Patris & ingeniti Filius: Et vt abſurdum cenſetur ingenitum Deum dicere: ita omninò in conuerſione par abſurditas inuenietur, nominando vnigenitum, Filium ingeniti: vt ex duobus alterum confici oporteat, vel idem eſſe ingenitum & Patrem, vt Patris Filius etiam ingeniti Filius ſit, vt fruſtra nos aduerſarius traduxit: Vel ſi diuerſum quiddam ab ingenito Pater eſt, Filius ab habitudine ad ingenitum prorſus ſit alienus. Quod ſi obtineatur, vnigenitum non eſſe ab ingenito, conſequens omninò eſt vt Patrem genitum faciamus: Nam quod eſt, nec tamen ingenitè eſt, omninò genitam ſubſiſtentiam habet. Si igitur ſecundum illos Pater eſt genitus, aliud quid ab ingenito exiſtens, vbi decantata illa *innaſcibilitas*? Vbi fundus & fundamentum hæreticæ ſubſtructionis? Abiit & euanuit per ieiuna iſta Sophiſmata. Ex quibus, cum eo vſque præualida viderentur, amiſſa anſa delapſum eſt *ingenitum*, & omnis inæqualitatis machina, velut ſomnium, diffluens, orationis ictum effugit, ſimul cum ingenito auolans. Ita quando mendacium veritati anteponitur, licet modico tempore per errorem vigeat & floreat: poſtea tamen ſeipſo concidit, & propriis machinamentis diſſoluitur. Verùm hæc quidem animi gratia in remunerationem feſtiuæ iſtius inæqualitatis à nobis dicta ſint. Tempus fuerit, vt oratio ad propoſitum iter reuertatur.

Negat Eunomius patris appellatione etiam ingeniti ſignificationem repræſentari, vt inde conficiat vnigenitum aliquando non fuiſſe. Frequens enim eſt apud diſcipulos eius hæc quæſtio: *Quomodo generatur qui eſt?* Cauſſam huius rei arbitror, quòd nolint ab humano vocabulorum vſu, tunc quoque cum diuina tractant, abſiſtere.

Sed nos hunc errorem & mentis deceptionem beneuolè emendemus, allatis iis, quæ de hoc didicimus.

Alias ſignificationes, Eunomi, nomina apud nos habent, & aliam de ſuprema illa potentia ingenerant. Nam & in reliquis omnibus longè plus quàm dimidiata ex parte natura diuina ab humana ſeiungitur: Et experientia hic nihil ſimile exhibet, quale coniecturis quibuſdam & ſuſpicionibus in illa efformatur. Eodem modo ſe res habet cum rebus per nomina ſignificatis: etiamſi nominum quadam ſimilitudine humanæ cum diuinis conueniant, nihilominus pro proportione, quâ naturæ iſtæ inter ſe diſtant, etiam ea, quæ his nominibus ſignificantur, ſeparata ſunt. Exempli cauſſa, Dominus in Euangelica parabola, vocat Deum, hominem Patremfamilias, quæ appellatio in vita quoque humana admodum frequentatur. An igitur eadem eſt ratio noſtri alicuius hominis & illius: taliſq; noſtra eſt domus, qualis magna illa domus, vt loquitur Apoſtolus, in qua ſunt vaſa aurea & argentea, & alia ex aliis materiis conſtantia, quæ ibidem Apoſtolus percenſet? Num alia quidem illa cognitu non prona, quæ in illa incorruptione & beatitudine ſpectantur: alia verò, quæ apud nos extant, ex terra procreata, & in terram dilabentia? Similiter in omnibus fermè aliis conuenientia eſt nominum diuinorum & rerum cum humanis. At in nominum conuenientia grande eſt diſcrimen rerum ſignificatarum: propterea & membrorum, & ſenſuum nomina vtrobique ſimiliter reperire licet. Sicuti enim in nobis, ita in diuina illa vita, quam omnem ſenſum excedere omnes mortales confitentur, ſunt digiti, brachium, manus, oculus, palpebræ, auditus, cor, pedes, exempla, equi, equitatus, currus, & infinita alia, quæ ex humanæ vitæ conſuetudine ad cœleſtium manifeſtationem per inuolucrum à ſacris litteris tranſlata ſunt. Quemadmodum igitur quodlibet horum nominum & humanum & ſuprahumanum ſignificādi modum habet: ſic & Patris nomen licet pariter, & de noſtra & de diuina natura vſurpetur, attamen pro proportione differentiæ rerum nominibus ſubſtratarum, etiam res vocibus ſignificatæ,

Matth. 13.

2. Tim. 2.

A ἀλλ' ἡμεῖς εὐνοϊκῶς αὐτῷ τὸ πεπλασμένον τῆς ὑπονοίας εἰς τὸ ἀληθὲς περιαγάγωμεν, εἰπόντες ἃ περὶ τούτου γινώσκομεν.

Ἀλλὰ σημαίνει παρ' ἡμῖν, ὦ Εὐνόμιε, τὰ ὀνόματα, καὶ ἑτέραν ἐπὶ τῆς ὑπερκειμένης δυνάμεως τὴν σημασίαν παρέχεται. καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς πᾶσι πολλῷ τῷ μέσῳ ἡ θεία φύσις ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης διατετείχισται· καὶ οὐδὲν ἐνταῦθα τοιοῦτον ἡ πεῖρα δείκνυσιν, ὅσον ἐν ἐκείνῃ στοχασμοῖς τισι, καὶ ὑπονοίαις εἰκάζεται· τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ τῶν ὀνομάτων σημαινομένοις, κἂν ὁμωνυμία τις ᾖ τῶν ἀνθρωπίνων πρὸς τὸ ἀΐδιον, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέ- B τρον τῆς τῶν φύσεων ἀποστάσεως, καὶ τὰ σημαινόμενα διὰ τῶν ὀνομάτων κεχώρισται· οἷον, οἰκοδεσπότην ἄνθρωπον διὰ τῆς παραβολῆς τὸν Θεὸν ὀνομάζει ὁ κύριος· ἀλλὰ πολὺ τοῦτο, καὶ ἐν τῷ βίῳ τὸ ὄνομα. ἆρ' οὖν ὁ αὐτὸς λόγος τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου, καὶ τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ τοιοῦτος ὁ ἡμέτερος οἶκος, οἷα ἡ μεγάλη οἰκία ἐκείνη, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐν ᾗ τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ· καὶ ὅσα τῆς λοιπῆς ὕλης ἠρίθμηται· ἢ ἄλλα μὲν ἐκεῖνα, ἃ οὐδ' ἂν ἐπιγνοίη τις εὐκόλως, ἐν ἀφθαρσίᾳ, καὶ μακαριό- C τητι θεωρούμενα, ἄλλα δὲ τὰ παρ' ἡμῖν ἐκ γῆς ὄντα, καὶ εἰς γῆν καταρρέοντα. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς πᾶσι σχεδὸν ὁμωνυμία τίς ἐστι πρὸς τὰ θεῖα τῶν ἡμετέρων πραγμάτων, ἐν τῇ ταυτότητι τῶν ὀνομάτων, πολὺ τὸ διάφορον τῶν σημαινομένων ἐνδεικνυμένη· διὸ καὶ τὰ τῶν μελῶν καὶ τὰ τῶν αἰσθητηρίων ὀνόματα παραπλησίως ἐστὶν εὑρεῖν. ὥσπερ ἐφ' ἡμῖν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς θείας τεταγμένα ζωῆς, ἣν ὑπὲρ αἴσθησιν εἶναι πάντες ὁμολογοῦσιν ἄνθρωποι, δάκτυλοι, καὶ βραχίων, καὶ χεὶρ, ὀφθαλμός τε, καὶ βλέφαρα, καὶ ἀκοὴ, καὶ D καρδία, καὶ πόδες, καὶ ὑποδήματα, καὶ ἵπποι, καὶ ἱππασία, καὶ ἅρματα, καὶ μυρία τοιαῦτα ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου πρὸς τὴν τῶν θείων δήλωσιν δι' αἰνίγματος ὑπὸ τῆς γραφῆς μετενήνεκται. ὥσπερ τοίνυν ἕκαστον τούτων τῶν ὀνομάτων, καὶ ἀνθρωπίνως λέγεται, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνως σημαίνεται· οὕτω καὶ τὸ τοῦ πατρὸς ὄνομα, κἂν ὁμοίως ἐπί τε τῆς ἡμετέρας, καὶ ἐπὶ τῆς θείας λέγηται φύσεως· ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τῆς διαφορᾶς τῶν ἐν τοῖς ὀνόμασιν ὑποκειμένων, καὶ τὰ διὰ τῶν φωνῶν

σημαινόμενα τὴν παραλλαγὴν ἔχει· ἄλλως γὰρ νοοῦμεν τὴν γέννησιν ἐπ' ἀνθρώπων, καὶ ἄλλως περὶ τῆς θείας γεννήσεως στοχαζόμεθα. ὁ ἄνθρωπος ἐν χρόνῳ τίκτεται· καὶ τόπος τις αὐτῷ πάντως τὴν ζωὴν ὑποδέχεται· ὧν ἄνευ, συστῆναι φύσιν οὐκ ἔχει. διὰ τοῦτο τοίνυν τὰ χρονικὰ τμήματα περὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ζωὴν ἀναγκαίως εὑρίσκεται· τὸ πρὸ αὐτοῦ λέγω, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν, καὶ τὸ, μετὰ τοῦτο, ἀληθὲς γάρ ἐστιν εἰπεῖν περί τινος τῶν γεγεννημένων, ὅτι μὴ ποτὲ ὢν νῦν ἐστι, καὶ μέν τοι, καὶ ποτὲ πάλιν τοῦ εἶναι παύσεται· ἐπὶ δὲ τῆς προαιωνίου γεννήσεως τὰ χρονικὰ ταῦτα νοήματα, ἅτε μηδὲν ἔχοντα συγγενὲς πρὸς ἐκείνην τὴν φύσιν τοῖς νηφόντως λογιζομένοις, οὐ συμπαρέρχεται. τὸ γὰρ ποτὲ, καὶ τὸ ὕστερον, καὶ τὸ πρότερον, καὶ ὅσα τὴν χρονικὴν ταύτην παράτασιν ἀποσημαίνει διαβὰς, ὁ τὴν θείαν ζωὴν λογιζόμενος, ὑψηλῶς τὰ ὑψηλὰ κατασκέψεται, καὶ οὐχ ὅσα περὶ τὴν ἀνθρωπίνην γέννησιν βλέπει, τούτοις νομίσει δουλεύειν, καὶ τὴν ἀδέσποτον.

· Φύσιν ἐνταῦθα. πάθος προηγεῖται τῆς ἀνθρωπίνης συστάσεως. καὶ σωματικαί τινες ἀφορμαὶ, πρὸς τὴν τοῦ ζώου κατασκευὴν καταβάλλονται, καὶ ὑπόκειται κατὰ τὸ θεῖον βούλημα ἡ τὰ τοιαῦτα θαυματοποιοῦσα φύσις πανταχόθεν τὸ οἰκεῖόν τε, καὶ κατάλληλον εἰς τὴν τοῦ γινομένου τελείωσιν ἐρανίζουσα· τῶν τε τοῦ κόσμου στοιχείων, ὅσον ἱκανὸν ἀφ' ἑκάστου, καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ χρόνου συνεργίας τὸ μέτρον· καὶ ἐκ τῆς τῶν διαπλασσόντων τὸ τικτόμενον τροφῆς, ὅσον οἰκεῖον τῷ πλασσομένῳ γίνεται· καὶ συνελόντι, φάναι, διὰ πάντων χωροῦσα ἡ φύσις, δι' ὧν ἡ ἀνθρωπίνη ζωὴ τὴν κατασκευὴν ἔχει, οὕτως εἰς γέννησιν τὸ μὴ ὂν ἄγει, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ὂν γίνεσθαι λέγομεν· ὅτι ἔν τινι χρόνῳ μὴ ὂν, ἐν ἄλλῳ χρόνῳ τοῦ εἶναι ἄρχεται· ἐπὶ δὲ τῆς θείας γεννήσεως ἡ ἔννοια τήν τε τῆς φύσεως ὑπηρεσίαν, καὶ τὴν τοῦ χρόνου τελείωσιν πρὸς τὴν τοῦ γινομένου συνεισφορὰν, καὶ πάντα ὅσα περὶ τὴν κάτω γέννησιν ὁ λόγος ἐθεώρησεν, οὐ προσίεται, καὶ οὐδενὶ τῶν ταπεινῶν νοημάτων συνεμπεσεῖται ὁ μὴ σαρκικαῖς διανοίαις τῶν θείων ἐπιβατεύων· ἀλλὰ ζητεῖ τινα διάνοιαν τῇ μεγαλείῳ τοῦ σημαινομένου

A inter ſe diſcriminantur: aliter enim humanam generationem concipimus, aliter de diuina generatione coniectamus. Homo in tempore generatur, & aliquis omninò locus vitam eius excipit, ſine quibus natura non conſtituitur. Quocirca neceſſariò in hominis vita ſectiones quædam temporariæ inueniuntur, præteritum ſcilicet, præſens & futurum. Verè enim de aliquo qui generatur, dicitur, eum aliquando non fuiſſe, nunc eſſe, & tandem quoque non amplius fore. Cæterum cum æterna illa, & quæ cuncta ſæcula antegreditur, generatione temporariæ iſtæ notiones non concurrunt, vtpotè quæ B nullam cognationem habeant cum diuina natura, omnium eorum iudicio, qui ſobriè de his ratiocinantur. Nam id, quod *aliquando* vocatur, *poſterius* itidem & *prius*, & omnia alia, quæ temporalem extenſionem ſignificant, tranſcendens, qui diuinam vitam contemplatur, ſublimiter ſublimia conſiderabit & perluſtrabit: neque omnibus, quę circa humanam generationem accidere videt, diuinam illam, & dominationis expertem, obnoxiam arbitrabitur.

Humanam compoſitionem antecedit mutatio, & corporeæ quædam C materiæ, ac diſpoſitiones, ad animalis formationem ſubſternuntur: ſubeſt diuino nutu natura, quæ hæc omnia mirificè efficit, vndequaque id, quod ad fœtus perfectionem congrúum eſt & conforme corrogans, ab elementis quidem mundi, quantum à quolibet ſufficit, & à tempore menſuram conſummationis, & ex nutrimento eorum, quæ fœtum fingunt & formant: quantum ei, quod formatur commodum eſt: & vt rem in pauca conferam, natura omnia peruadens, quibus conſtitutio humana perficitur, ita ad generationem id, quod non erat, adducit, & propterea id, quod D non erat, naſci dicimus: quia quod aliquo tempore non erat, poſtea aliquo tempore eſſe incipit. At in diuina generatione neque naturæ miniſterio, neque temporis reuolutione ad eius, quod generatur, complementum, neque aliis, quæ in terreſtri generatione cernuntur, opus eſt, neque in vllas humiles abiectáſque cogitationes incidit, quiſquis omni ſenſu carnali exutus, ad diuinorum contemplationem accedit: Sed quærit aliquam intelligētiam, maieſtati

rei ſignificatæ cõſentaneam: neq; enim mutationem aliquam in impaſſibili apprehendet: neque cogitabit eum, qui omnis naturæ conditor eſt, indigere naturali ope & auxilio: neque temporariam intenſionem in æterna vita admittet: ſed ab omnibus iſtis liberam purámque diuinam generationem intelligens, ſolùm confitebitur Patris appellatione hoc duntaxat ſignificari, vnigenitum Filium non eſſe principii expertem, quippe qui à Patre ſubſiſtentiæ ſuæ ortum habeat, omni autem initio careat, eo quod nullum initii ſignum in eo, quod quæritur, appareat: nam prius & poſterius & aliæ ſucceſſiones, quæ in temporariis interuallis inueniuntur, ſi tempus tollas, pariter tolluntur, vnaque cum tempore omnia alia huius generis ſigna euaneſcunt.

Cum igitur illud *aliquando* non admittat, qui ante ſæcula, ineffabili modo Patri præſens eſt, ex generatione quidem eſt, ſed nunquam incipit eſſe: neque enim in tempore, neque in loco vitam habet; ſublato igitur & loco, & tempore, & omni huiuſmodi cogitatione procul ab hypoſtaſi vnigeniti amandata, quod ante illum cogitatur, vnicus Pater eſt. Sed cum in hoc ipſe etiam vnigenitus ſit, prout ipſe teſtatur, nulla ratio permittit, vt eum aliquando non fuiſſe ſuſpicemur: nam ſi aliquando ipſe etiam Pater non erat, neceſſariò per Patris non exiſtentiam æternitas Filii ſurſum verſus interrumpitur. Si verò Pater ſemper eſt, quomodo Filius aliquando non eſt, qui non poteſt ſeparatim per ſe, abſque reſpectu ad Patrem intelligi, ſed tacitè ſemper cum Patre nominatur? Nam Patris appellatio ex æquo duas perſonas ſignificat, ſponte ſua Filii notione ad Patris vocabulum ſubſequente. Quando non erat Filius? In quo *non eſſe* illius deprehenſum eſt? Num in loco? At locus non erat. Num in tempore? At ante tempora Dominus eſt. Si igitur ante tempora erat, quando non erat? Et ſi in Patre erat, in quo non erat, dicite, quæſo, vos qui inaſpectabilia cernitis? Quid intermedii cogitatio veſtra effinxit? Quod vacuum circa vnigenitum repetiſtis? Num rem an conceptionem, quæ cum Patre extenſa vitam eius productiorem faciat, quam vitam vnigeniti? Et quid in his immoror, cum neque de hominibus propriè

A πρέπουσαν· οὔτε γὰρ πάθος περὶ τὸν ἀπαθῆ νοήσει· οὔτε συνεργείας φυσικῆς τὸν δημιουργὸν πάσης φύσεως ἐπιδεῖσθαι λογίσεται· οὔτε χρονικὴν παράτασιν ἐπὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς παραδέξεται, ἀλλὰ πάντων τούτων καθαρεύουσαν τὴν θείαν γέννησιν κατανοήσας, μόνον τὸ μὴ ἀνάρχως εἶναι διὰ τῆς τοῦ πατρὸς σημασίας τὸν μονογενῆ δηλοῦσθαι, συνθήσεται ὡς τὴν αἰτίαν μὲν ἐκεῖθεν ἔχειν τοῦ εἶναι, ἀρχὴν δὲ τῆς ὑποστάσεως μὴ λογίζεσθαι· διὰ τὸ μὴ δύνασθαί τι σημεῖον τοῦ ζητουμένου κατανοῆσαι. τοῦ γὰρ πρεσβυτέρου, καὶ τοῦ νεωτέρου, καὶ πάντων B τῶν τοιούτων νοημάτων ἐν τοῖς χρονικοῖς διαστήμασιν εὑρισκομένων· ἐὰν ὑφέλῃς τῷ λόγῳ τὸν χρόνον, πάντα συνυφῄρηται τὰ τοιαῦτα σημεῖα, καὶ συνυπεσπάσθη μετὰ τοῦ χρόνου.

Ἐπεὶ οὖν τὸ ποτὲ οὐ προσίεται ὁ πρὸ τῶν αἰώνων κατὰ τὸν ἄφραστον λόγον τῷ πατρὶ συνών, γεννητῶς μέν ἐστιν· οὐ μὴν ποτὲ τοῦ εἶναι ἄρχεται· οὔτε γὰρ ἐν χρόνῳ, οὔτε ἐν τόπῳ τὴν ζωὴν ἔχει, ἐξαιρεθέντος δὲ καὶ τόπου, καὶ χρόνου, καὶ παντὸς τοιούτου διανοήματος, ἐπὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς ὑποστάσεως, τὸ πρὸ ἐκείνου νοούμενον, ὁ πατήρ ἐστι μόνος. ἀλλ' ἐν τούτῳ καὶ ὁ μονογενὴς ὢν καθὼς αὐτὸς ἐκεῖνός φησι τὴν τοῦ ποτὲ μὴ C εἶναι ὑπόνοιαν δέξασθαι φύσιν οὐκ ἔχει. εἰ μὲν γὰρ ποτὲ οὐκ ἦν καὶ πατὴρ ἀναγκαίως τῇ τοῦ πατρὸς ἀνυπαρξίᾳ, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ ἀϊδιότης ἐπὶ τὸ ἄνω συναπεκόπτετο. Εἰ δὲ ἀεί ἐστιν ὁ πατήρ, πῶς ὁ υἱὸς ποτὲ οὐκ ἔστιν ὁ μὴ δυνάμενος ἐφ' ἑαυτοῦ χωρὶς τοῦ πατρὸς νοηθῆναι· ἀλλὰ κατὰ τὸ σιωπώμενον ἀεὶ τῷ πατρὶ συνονομαζόμενος. ἡ γὰρ τοῦ πατρὸς κλῆσις ἐπίσης τῶν δύο προσώπων τὴν ἐπισημασίαν ἔχει· αὐτομάτως τῆς περὶ τοῦ υἱοῦ ἐννοίας, τῇ φωνῇ ταύτῃ συνεισιούσης· πότε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς ἐν τίνι τὸ μὴ εἶναι αὐτοῦ κατελήφθη, ἐν τόπῳ, τόπος οὐκ ἦν· D ἐν χρόνῳ πρὸ χρόνων ὁ κύριος. εἰ οὖν πρὸ τούτων ἦν, πότε οὐκ ἦν. καὶ εἰ ἐν τῷ πατρὶ ἦν, ἐν τίνι οὐκ ἦν, εἴπατε οἱ τὰ ἀθέατα βλέποντες, τί διὰ μέσου ὁ λογισμὸς ὑμῶν ἀνετυπώσατο. τί κενὸν τοῦ μονογενοῦς ἐνοήσατε. ἢ πρᾶγμα, ἢ νόημα. ὁ τῷ πατρὶ συμπαρεκτεινόμενον περισσοτέραν αὐτοῦ τὴν ζωὴν τοῦ μονογενοῦς ἀποδείκνυσι. καὶ τί τοῦτο λέγω, οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων κυρίως ἐστὶν

εἰπεῖν· ὅτι οὐκ ὢν τις ἐγεννήθη. Λευὶ γὰρ πρὸ πολλῶν γενεῶν τῆς κατὰ σάρκα ἑαυτοῦ γεννήσεως ὑπὸ τοῦ Μελχισεδὲκ δεδεκάτωται. οὕτω γάρ φησιν ὁ ἀπόστολος. ὅτι Λευὶ ὁ τὰς δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτωται, καὶ τὴν ἀπόδειξιν τοῖς λεγομένοις ἐπήγαγεν. ὅτι ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἦν, ὅτε Ἀβραὰμ τῷ ἱερεῖ τοῦ ὑψίστου συνήντησεν. Εἰ οὖν ἄνθρωπος τρόπον τινὰ ὢν γεννᾶται, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν μαρτυρίαν, διὰ τοῦ κοινοῦ τῆς οὐσίας ἐν τῷ γεγεννηκότι αὐτὸν προϋφεστώς, πῶς ἐπὶ τῆς θείας φύσεως τὴν φωνὴν ταύτην τολμῶσι προφέρειν· ὅτι οὐκ ὢν ἐγεννήθη ὁ ἐν τῷ πατρὶ ὤν, καθώς φησιν ὁ κύριος. ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. κατ' ἄλλην δηλαδή, καὶ ἄλλην ἔννοιαν, ἑκάτερος ἐν τῷ ἑτέρῳ εἶναι λεγόμενος. ὁ μὲν υἱὸς ἐν τῷ πατρί, ὡς τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνος κάλλος, ἐν τῇ ἀρχετύπῳ μορφῇ· ὁ δὲ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, ὡς ἐν τῇ εἰκόνι ἑαυτοῦ τὸ πρωτότυπον κάλλος· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν χειροκμήτων εἰκόνων ὁ διὰ μέσου χρόνος, τὴν μεταληφθεῖσαν μορφὴν ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου πάντως διΐστησιν. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἔστι χωρίσαι τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος· οὔτε τῆς ὑποστάσεως τὸν χαρακτῆρα, οὔτε τῆς θείας δόξης, τὸ ἀπαύγασμα, οὔτε τῆς ἀγαθότητος, τὴν εἰκόνα· ἀλλ' ὁ τούτων τι διανοηθείς, συνημμένως καὶ τὸ μετ' αὐτοῦ νοούμενον τῇ διανοίᾳ συμπαρεδέξατο, ὤν, γάρ, φησιν, ἀπαύγασμα τῆς δόξης· ὤν, οὐχὶ γενόμενος· ὡς σαφῶς διὰ τούτου τὸ ἐφ' ἑκάτερα τῶν ὑπολήψεων ἀσεβὲς ἀποπέμπεσθαι. καὶ μήτε ἀγέννητον οἰηθῆναι τὸν μονογενῆ, διὰ τοῦ εἰπεῖν, ἀπαύγασμα τῆς δόξης. ἐκ γὰρ τῆς δόξης ἐστὶ τὸ ἀπαύγασμα· καὶ οὐ τὸ ἔμπαλιν ἀπὸ τούτου ἡ δόξα· μήτε ὅτι ποτὲ τοῦ εἶναι ἤρξατο. ἡ γὰρ τοῦ ὢν μαρτυρία τὸ διηνεκὲς τοῦ υἱοῦ, καὶ ἀΐδιον, καὶ τὸ πάσης χρονικῆς σημασίας ὑπερκείμενον ἑρμηνεύει.

Ὥστε ἵνα καιρὸν ἔχῃ τὴν μικροπρεπῆ ταύτην ἐρώτησιν ἐπὶ λύμῃ τῆς εὐσεβείας παρὰ τῶν ἐναντίων προφέρεσθαι, ἣν ὡς ἄμαχον ἡμῖν εἰς κατασκευὴν τοῦ οἰκείου προβάλλονται δόγματος, διερωτῶντες, Εἰ ὁ ὢν γεννᾶται; πρὸς οὓς ἐστιν εὐθαρσῶς ἀποκρίνασθαι· ὅτι ὁ ἐν τῷ ἀγεννήτῳ ὤν, ἐξ αὐτοῦ ἐγεννήθη· τὴν μὲν αἰτίαν τοῦ εἶναι ἐκεῖθεν ἔχων. ἐγὼ γάρ φησι, ζῶ διὰ

A affirmare liceat, eum, qui non eſt,
generatum eſſe. Nam Leui multis generationibus ante ſuam ſecundum carnem natiuitatem à Melchiſedech decimatus eſt: ita enim ait Apoſtolus. Leui qui decimas accipiebat, decimatum eſſe: & addit probationem, quia in lumbis patris ſui erat, quando Abraham Sacerdoti Altiſſimi occurrit. Si *Gen. 14.*
igitur homo aliquo modo exiſtens, generatur, teſte Apoſtolo, quatenus per communionem eſſentiæ in generante præexiſtit: quomodo de diuina natura vocem hanc emittere audent, nempe, eum non exiſtentem genitum
B eſſe, cum in Patre ſit, prout ipſemet
ait: *Ego in patre, & Pater in me eſt*, ni- *Ioan. c. 10.*
mirum ſecundum aliam & aliam intelligentiæ notionem alter in altero eſſe dicitur. Filius quidem in Patre, quemadmodum imaginis pulchritudo eſt in elegantia prototypi: at Pater in Filio eſt ſicut in imagine decor & venuſtas ipſius primigenii exemplaris. In imaginibus manufactis tempus interpoſitum ſpeciem acceptam à prototypo penitus ſeiungit. Hic verò alterum ab altero ſeparari nequit, vt ait Apoſtolus, neque hypoſtaſis ſeu ſubſtantia à charactere: neque à diuina
C gloria ſplendor, neque à bonitate imago auelli poteſt, ſed quidquid horum animo conceperis, coniunctim, quod cum illo intelligitur, mentem ac cogitationem ſubibit. *Qui cum ſit*, in- *Hebr. 1.*
quit, *ſplendor gloriæ, cum ſit*; non, *qui factus eſt*. Quàm perſpicuè iſtis, duarum opinationum impietatem refellit, vt neque ingenitum exiſtimemus vnigenitum, quia vocat illum *ſplendorem gloriæ*: nam ex gloria ſplendor eſt, non viceuerſa, à ſplendore gloria: neque quod aliquando exiſtentiæ initium acceperit: Nam illud, Cum ſit, perpetuitatem & æternitatem Filii omni tem-
D pore ſuperiorem denotat.

Itaque importuna prorſus eſt & futilis illa quæſtio ab aduerſariis ad fidei euerſionem & proprii erroris ſtabilimentum, tanquam inuictum telum obiici ſolita. *Num, qui eſt generatur?* Quibus intrepidè reſpondendum eſt, eum, qui in ingenito erat, ex ipſo genitum eſſe, & principium exiſtendi inde ducere: inquit enim: *Ego viuo propter* *Ioan. 6.*

Patrem: ad initium, quando inde pro-
ceſſerit, haud eſt dicere: cum non in-
teriiciatur aut res, aut cogitatio, aut
temporis interuallum, quo eſſe Filii ab
eſſe Patris ſecernatur & diuellatur: ne-
que exſtet ſignum ſeu indicium ali-
quod, ex quo vnigenitus à vita Patris
ſeparatus, proprium ſubſiſtendi initium
cœperit. Si igitur nullum aliud eſt
principium, quod Filii vitam antegre-
diatur: cumque pietatis ratio & traditio
ſolum Patrem indubitanter ante Filii
hypoſtaſin præconcipiat, Pater verò
principii expers ſit, & ingenitus, ipſis
aduerſariis id confitentibus: quomodo
initium eſſendi habet, quem in princi-
pii experte exiſtere intelligimus.

Quid verò detrimenti vera & ſana
doctrina ſuſtinebit, ſi quis admittat vo-
ces aduerſariorum, quas vt abſurdas
proferunt, ſciſcitantium, *num qui eſt ge-*
Ioan. 3. *neratus ſit?* neque enim volumus, eum,
qui exiſtens genitus eſt, genitum eſſe eo
modo, quem ſibi craſſa quadam cogita-
tione Nicodemus Domino colloquens
imaginabatur, ratus eum, qui iam natus
eſſet, non poſſe denuò naſci: ſed quia
ſemper ab eo, qui principio caret,
ſuum eſſe vniter aptum & connexum
habet, quique prius quiddam ſeu anti-
quius indagantem ſemper comitatur,
& curioſitatem mentis aſcendentem in
ſuperiora anteuertit, omnibus patris
notionibus quaſi admiſtus, neque eſſe
incipit, neque ingenitus eſt, ſed & ge-
nitus eſt, & erat, principii ratione gene-
rationem ſuam ex Patre manifeſtans,
æternitate autem vitæ, illud, quod ali-
quando non fuerit, à ſe propulſans.

Cæterum prædictis obſtrepit ſciolus,
ſuperuacanea edoctus, & à Patris na-
tura vnigeniti eſſentiã reſecat, eo quod
iſte genitus ſit, alter verò, ingenitus,
cumque tot ſint nomina, quæ de natu-
ra diuina piè enunciantur, in quibus
nulla differentia vel variatio ad Filium
apparet, omnibus illis, quæ vtrique æ-
qualiter conueniunt, (quibus etiam na-
turæ communio notificatur) præter-
miſſis, ſoli innaſcibilitatis ſeu ingeniti
vocabulo adhæreſcit: & neque huius
conſuetam, omniumque calculo pro-
batam, ſignificationem recipit: ſed in-
geniti notionem nouat, repudiatis com-
munibus huius vocis ſignificationibus.

A τὸν πατέρα· τὴν δὲ ἀρχὴν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν
ὅτε· μὴ γὰρ ὄντος τοῦ μεσιτεύοντος πράγματος,
ἢ διὰ νοήματος, ἢ χρονικοῦ διαστήματος, ᾧ
διακρίνεται, καὶ διαχωρίζεται τὸ εἶναι τοῦ υἱοῦ
ἀπὸ τοῦ πατρός· οὐδὲ ἐπινοεῖται σημεῖον, ἀφ' οὗ
ὁ μονογενὴς τῆς τοῦ πατρὸς ζωῆς διαζευχθεὶς
ἔκ τινος ἰδιαζούσης ἀρχῆς ἀναφαίνεται. εἰ οὖν
οὐδεμία ἐστὶν ἄλλη ἀρχὴ, ἥ τις τοῦ υἱοῦ τῆς
ζωῆς ἡγεμονεύει· ἀλλὰ μόνον τὸν πατέρα ὁ εὐ-
σεβὴς λόγος τῆς ὑποστάσεως τοῦ υἱοῦ προθεω-
ρεῖ ἀδιαστάτως, ὁ πατὴρ δὲ ἄναρχος, καὶ ἀ-
B γέννητος, καθὼς καὶ ἡ τῶν ὑπεναντίων συνομο-
λογεῖ μαρτυρία, πῶς ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβά-
νει ὁ τῷ ἀνάρχῳ ἐνθεωρούμενος;

Τί δὲ βλάπτεται τῆς εὐσεβείας ὁ λόγος ἐκ
τοῦ συντίθεσθαι ταῖς τῶν ἐναντίων φωναῖς· ἃς
ὡς ἀτόπους προτείνονται λέγοντες, εἰ ὁ ὢν ἐ-
γεννήθη· οὐδὲ γὰρ τοῦτο φαμὲν, ὅτι κατὰ τὴν
ῥυπαρὰν τοῦ Νικοδήμου πρὸς τὸν κύριον ἐπα-
πόρησιν, καθ' ἣν ᾤετο μὴ εἶναι δυνατὸν ἐκεῖνος
εἰς δευτέραν γέννησιν τὸν ὄντα ἐλθεῖν· οὕτως ὁ
ὢν τὴν γέννησιν δέχεται; ἀλλ' ὅτι τοῦ ἀεὶ, καὶ
C ἀνάρχως ὄντος ἐξημμένον ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχων,
καὶ τῷ τὰ πρεσβύτερα πολυπραγμονοῦντι
συνανιὼν, καὶ εἰς τὸ ὑπερκείμενον τῆς πολυ-
πραγμοσύνης τοῦ νοῦ προλαμβάνων, καὶ πά-
σαις ταῖς περὶ τοῦ πατρὸς ἐννοίαις συγκεκρα-
μένος οὔτε τοῦ εἶναι ἄρχεται, οὔτε ἀγέννητός ἐ-
στιν, ἀλλὰ καὶ ἐγεννήθη, καὶ ἦν· τῷ μὲν τῆς αἰ-
τίας λόγῳ τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς γέννησιν ὁμολο-
γῶν· τῷ δὲ ἀϊδίῳ τῆς ζωῆς, τὸ ποτὲ μὴ εἶναι
οὐ προσιέμενος.

Ἀλλ' ἀντιβαίνει τοῖς εἰρημένοις, ὁ τὰ περισ-
D σὰ σοφιζόμενος, καὶ διασχίζει τῆς τοῦ πατρὸς
φύσεως τοῦ μονογενοῦς τὴν οὐσίαν· διότι ὁ μὲν
γεγέννηται, ὁ δὲ ἀγέννητός ἐστι, καὶ τοσούτων ὄν-
των τῶν ὀνομάτων τῶν εὐσεβῶς προσθεωρουμένων
τῇ θείᾳ φύσει· ἐν οἷς οὐδεμία παραλλαγὴ
πρὸς τὸν υἱὸν καθορᾶται· πάντων δὲ κατὰ τὸ
ἴσον ἀμφοτέροις ἐφαρμοζόντων οὐδενὸς τῶν ἄλ-
λων ἐπιμνησθεὶς δι' ὧν τὸ κοινὸν γνωρίζεται,
μόνῳ τῷ ὀνόματι τῆς ἀγεννησίας προσφύεται·
καὶ οὐδὲ ταύτης τὴν συνήθη, καὶ νενομισμένην
ἔμφασιν δέχεται· ἀλλὰ καινοτομεῖ τοῦ ἀγεν-
νήτου τὴν ἔννοιαν· τὰς κοινὰς περὶ τῆς φω-
νῆς ταύτης ὑπολήψεις παραγραφόμενος.

A τί ποτ' οὖν ἐστι τούτων τὸ αἴτιον; οὐδὲ γὰρ ἄνευ μεγάλης τινὸς αἰτίας τῆς μὲν συνήθους τῶν ὀνομάτων ἐμφάσεως τὸν λόγον ἀφίστησι. ξενίζει δὲ τῇ παραλλαγῇ τῆς τῶν φωνῶν σημασίας, εἰδὼς ἀκριβῶς ὅτι εἰ μὲν ἐπὶ τῆς συνηθείας φυλαχθείη τῶν ὀνομάτων ἡ χρῆσις, οὐδεμίαν ἰσχὺν εὑρήσει πρὸς ἀνατροπὴν τοῦ ὑγιαίνοντος δόγματος. Εἰ δὲ τῶν κοινῶν, καὶ νενομισμένων διαφόρων ὀνομάτων παρακινηθείη τὰ ῥήματα τῇ περὶ τὴν φωνὴν κακοτεχνίᾳ ῥᾳδίως δύνασθαι συγκακουργηθῆναι τὰ δόγματα· οἷον· ἐπ' αὐτὸν γὰρ ἔλθωμεν τῶν ἀδικουμένων ῥημάτων. B Εἰ κατὰ τὴν κοινὴν τῶν δογμάτων ὑπόληψιν διὰ τὸ μὴ γεγενῆσθαι ἀγέννητον λέγεσθαι τὸν Θεὸν κατεδέξατο, διέπεσεν ἂν ὅλον αὐτοῖς τὸ μηχάνημα τῆς αἱρέσεως, ὑποσπασθέντος τοῦ κατὰ τὴν ἀγεννησίαν σοφίσματος. εἰ γὰρ ἐπείσθη διὰ τῆς ἀκολουθίας ταύτης καθ' ὁμοιότητα, πάντων σχεδὸν, τῶν εἰς ἐκκλησίαν Θεοῦ συντελούντων, ὥσπερ ἀόρατον, καὶ ἀπαθῆ, καὶ ἀσώματον, οὕτω καὶ ἀγέννητον νοεῖσθαι τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν δι' ἑκάστου τῶν ὀνομάτων τὸ μηδαμῶς προσὸν τῷ Θεῷ σημαίνεσθαι C συντιθέμενος, μὴ σῶμα, μὴ πάθος, μὴ χρῶμα, μὴ τὸ ἐξ αἰτίας ἔχειν τὸ εἶναι). Εἰ ταῦτα οὕτως ἔχειν ὑπέλαβεν, οὐδεμίαν εἶχεν ἂν δύναμιν ὁ τῆς ἀνομοιότητος λόγος αὐτῶν· ἐν τοῖς λοιποῖς πᾶσιν, ὅσα περὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν θεωρεῖται συγχωρούντων, καὶ τῶν ἐναντίων τῷ μονογενεῖ πρὸς τὸν πατέρα τὸ ὅμοιον.

Ἀλλ' ἵνα μὴ τοῦτο γένηται, πάντων τῶν περὶ τὸν Θεὸν ὀνομάτων τῶν ἐνδεικτικῶν λεγομένων τῆς ὑπερκειμένης δυνάμεως, προτίθησι τὸ τῆς ἀγεννησίας ὄνομα· καὶ τοῦτο πεποίηται τῆς κατὰ τοῦ δόγματος ἡμῶν καταδρομῆς ὁρμητήριον, D τὴν τοῦ γεννητοῦ πρὸς τὸ ἀγέννητον κατὰ τὴν προφορὰν ἐναντίωσιν, ἐπὶ τὰ πρόσωπα μεταφέρων οἷς ἐφήρμοσται τὰ ὀνόματα. καὶ διὰ τούτων τὴν ἑτερότητα τῶν οὐσιῶν τῷ παρηλλαγμένῳ τῶν ὀνομάτων σοφίζεται· οὐκ ἐπειδὴ γεγένηται γεννητὸν, οὐδ' ὅτι μὴ γεννηθείς ἐστιν, ἀγέννητον λέγεσθαι συντιθέμενος· ἀλλὰ τὸν μὲν, ἐκ τῆς γεννήσεως οὐσιῶσθαι λέγειν· οὐκ οἶδα ποίας αὐτὸν σοφίας ἐπὶ τὴν τοιαύτην σύνεσιν χειραγωγούσης. Εἰ γὰρ τις αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν καταμάθοι τῶν ὀνομάτων τὰς ἐμφάσεις ὑφελὼν

A Quæ horum omnium cauſſa? non enim ſine vrgente ratione ab vſitata vocabulorum notione orationem abducens, peregrinitatem vocum ſectatur. Probè nouerat, ſi conſuetum vocabulorum vſum retineret, ſe nullum ad veræ doctrinæ euerſionem aditum reperturum. Si verò à communibus & paſſim approbatis notionibus voces abſtraheret; peruerſitate vocis, facilè etiam ipſam doctrinam peruerti poſſe. Exempli gratia (ad ipſa enim deprauata vocabula accedemus) ſi ex communi omnium ſententia Deum ingenitum, B quod genitus non ſit, appellari decuiſſet: vtique hæreticæ ſtructuræ machina corruiſſet, ſublata ea, quam ex *innaſcibilitate* texit, cauillatione. Si enim credidiſſet, ex hac conſecutione ſecundum ſimilitudinem fermè omnium, quæ Eccleſia Dei vſurpat, quemadmodum inuiſibile, impaſſibile & incorporeum, ſic & ingenitum Deo vniuerſorum attribui, conceſſiſſetque quolibet horum nominum ſignificari id, quod Deo non ineſt, quia nec corpus, nec paſſionem, nec colorem, nec C aliunde cauſſam eſſendi habet: Si, inquam, rem hic ita ſeſe habere exiſtimaſſet, nulla ei ad inæqualitatis dogma architectandum occaſio reliqua fuiſſet, cum ipſi etiam aduerſarii fateantur, in reliquis omnibus vnigenitum Patri æqualem eſſe.

Cæterum ne hoc contingat, ex omnibus nominibus, quæ diuinam & ſublimem illam potentiam declarant, elegit ſibi *innaſcibilitatis* vocabulum, & hoc pro arce & propugnaculo, vnde D in doctrinam ſanam irruat, conſtituit, contrariam rationem, quæ eſt in vocibus *geniti* & *ingeniti*, ad ipſas perſonas, quibus nomina conueniunt, transferens, & naturarum diuerſitatem ex nominum diuerſitate comminiſcens. Ait enim, non dici genitum, quia genitus ſit, nec ingenitum, quia genitus non ſit: ſed alterum ex generatione *eſſentiatum* eſſe (vt ita loquar) neſcio quanam ſapientia ad hanc intelligentiam inductus. Si enim quis ſeorſim, & per ſe ſingulorum nominum ſignificationes perpendat, ſubtractis

orationi perſonis, de quibus ordine A enunciari videntur, mox vanitatem eorum, quæ iſte aſſerit, intelliget: non enim, quia Pater, vt veræ fidei doctrina tradit, præintelligitur Filio, nominum quoque ordinem ex ſubiectarum perſonarum dignitate, & ordine inſtituemus, ſed nomina per ſe conſiderentur, quódnam alteri per rationem præponatur. (Iterum dico nomen, non rem nomine ſignificatam) & quódnam ex dictis, notionis alicuius poſitionem: & quódnam poſitæ notionis ablationem indicet, diſpiciatur exempli gratia: arbitror enim conſultum fore, vt res ſimilium B exemplis declaretur. Scientia & inſcitia, paſſio & impaſſibilitas, & huius generis alia, nomina quædam ſunt. Quænam prius aliis præconcipiuntur & intelliguntur, num illa, quæ rem poſitam tollunt, an quæ rem ponunt? Ego ita ſentio, prius intelligi ſcientiam, iram, & paſſionem, poſtmodum ea, quæ exſtinctionem & interemptionem ſignificant. Ita cogita de generatione & innaſcibilitate. Neque vllus ſtudio propriæ religionis incenſus calumnietur, quaſi filium generanti præpoſuerimus: non enim id molimur, vt Filius Patri præponatur & præconcipiatur, C cum de geniti & ingeniti ſignificatione diſſerimus, certè generatio, alicuius rei vel notionis poſitionem ſignificat, at verò *innaſcibilitas* eius, quod poſitum eſt, ſublationem, prout antea dictum; vt proinde neceſſarium ſit, omni modo prius intelligi nomen generationis, quàm nomen *innaſcibilitatis*. cur igitur ordinem ſecundum, qui in nominibus viſitur, patri violenter aptare contendunt, putántque notionem rei alicuius priuatricem, poſſe demonſtrare & complecti nominis eſſentiam? & tamen iis qui fatuitatem & inſulſita- D tem eorum, quæ aſſerunt refellunt, admodum ſuccenſent, & in eos concitantur.

Vide enim quam inſaniat in illum, qui infirmitatem & futilitatem argumentorum eius patefecit, & quam, vt poteſt, ab illo vindictam exigat, poteſt autem ſolis conuiciis illatiſque iniuriis: cuius profectò gazæ copioſiſſimus ei domi prouentus eſt. Quemadmodum enim illis, qui libros eleganter, mundè

A τῷ λόγῳ, τὰ πρόσωπα ἐφ' ὧν τετάχθαι δοκεῖ τὰ ὀνόματα, εὑρήσει τὸ μάταιον τῆς διανοίας τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων. μὴ γὰρ ὅτι προεπινοεῖται τοῦ υἱοῦ ὁ πατὴρ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον τῆς πίστεως, διὰ τοῦτο καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων τάξιν ἀξιούτω τις τῇ τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς προσώπων ἀξίᾳ καὶ τάξει συνδιατίθεσθαι. ἀλλὰ ταῦτα σκοπείτω ἐφ' ἑαυτῶν τὰ ὀνόματα. ποῖον τοῦ ἑτέρου τῷ λόγῳ τῆς ἐπινοίας προτέτακται τὸ ὄνομα πάλιν φημὶ οὐ τὸ πρᾶγμα τὸ διὰ τοῦ ὀνόματος σημαινόμενον· ποῖον τῶν εἰρημένων, θέσιν τινὸς νοήματος, καὶ ποῖον τὴν τοῦ τεθέντος B ἀναίρεσιν ἐνδείκνυται· οἷον. σαφηνείας γὰρ ἕνεκεν διὰ τῶν ὁμοίων οἶμαι χρῆναι παραστῆσαι τὸν λόγον. παίδευσις, καὶ ἀπαιδευσία, πάθος, καὶ ἀπάθεια, καὶ ὅσα τοῦ τοιούτου εἴδους ἐστί, ποῖα τούτων τὸ προεπινοεῖσθαι τῶν ἄλλων ἔχει. ὅσα τὴν ἀναίρεσιν τοῦ τεθέντος, ἢ ὅσα τὴν θέσιν τοῦ ὑποκειμένου παρίστησιν. ἐγὼ μὲν τοῦτό φημι. πρότερον γὰρ νοεῖται ἡ παίδευσις, καὶ ἡ ὀργή, καὶ τὸ πάθος, καὶ τότε ἡ τῶν νοηθέντων ἀναίρεσις· οὕτω καὶ ἡ γέννησις, καὶ ἡ ἀγεννησία· καὶ μηδεὶς διὰ τῆς ἐθελοθρησκείας διαβαλλέτω τὸν λόγον, ὡς C προτιθέντα τὸν υἱὸν τοῦ γεννήσαντος. οὐ γὰρ τὸν υἱὸν προτετάχθαι τοῦ πατρὸς, καὶ προεπινοεῖσθαι κατασκευάζομεν εἰ περὶ τῆς τοῦ γεννητοῦ, καὶ ἀγεννήτου σημασίας διαλαμβάνει ὁ λόγος. οὐκοῦν ἡ μὲν γέννησις τινὸς πράγματος ἢ νοήματος θέσιν ἀποσημαίνει· ἡ δὲ ἀγεννησία τὴν τοῦ τεθέντος, καθὼς εἶπον, ἀναίρεσιν· ὥστε πάντῃ τρόπῳ προεπινοεῖσθαι τοῦ τῆς ἀγεννησίας ὀνόματος, τὸ τῆς γεννήσεως ὄνομα. τί οὖν ἐν τούτοις οἰκεῖον τῷ πατρὶ, τὸ, τῇ τάξει δεύτερον ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἐφαρμόζειν βιάζονται. καὶ οἴονται τὸ τινὸς ἀφαιρετικὸν νόημα δεκτικὸν, καὶ περιλη- D πτικὸν εἶναι τῆς τοῦ ὀνόματος οὐσίας· καὶ πρὸς τοὺς ἐλέγχοντας τὴν σαθρότητα τῶν λόγων ἀγανακτοῦσι, καὶ παροξύνονται.

Ἰδοὺ γὰρ πως μνησικακεῖ τὸ τῷ σαθρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀσθενὲς τῆς κακουργίας φωράσαντι· καὶ ὡς ἀμύνεται αὐτὸν, δι' ὧν δύναται· δύναται δὲ διὰ λοιδορίας μόνης, καὶ ὕβρεως. καὶ σφόδρα γε αὐτῷ περιττεύει τὸ κτῆμα τῆς τοιαύτης δυνάμεως. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν καλλιγραφούντων τὸν λόγον, σύνδεσμοί τινες τοῦ ῥυθμοῦ

τὸ ἔνδεον

τὸ ἐνδέον παραπληροῦσι· τὸ εὔηχόν τι, καὶ ἐναρμόνιον δι' αὐτῶν ἐντιθέντες τῇ συνάξει τῆς λέξεως, οὕτω ἐν τοῖς πλείστοις ὧν λέγει, ἐν ταῖς λοιδορίαις καταποικίλλει τὴν συγγραφὴν, ὥσπερ καλλωπιζόμενος τῇ περιουσίᾳ τῆς τοῦ ὑβρίζειν δυνάμεως. πάλιν γὰρ ἡμεῖς μάταιοι. πάλιν τῶν ὀρθῶν λογισμῶν ἁμαρτάνοντες, καὶ οὐ μετὰ τῆς ἀρκούσης τῇ χρείᾳ παρασκευῆς τοῖς λόγοις ἐπιχειροῦντες, καὶ τῆς τοῦ λέγοντος διανοίας ἀπολειπόμενοι. ταῦτα γὰρ πάντα, καὶ ἔτι πλείω τούτων παρὰ τοῦ εὐσταθοῦντος στόματος ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ὀνομάζεται· καὶ ἴσως οὐκ ἄλογος τῆς ὀργῆς ἡ αἰτία. ἀλλὰ δι- B καίως ὁ λογογράφος παρώξυνται. τί γὰρ αὐτὸν ἔδει λυπεῖν ἐξελέγχοντα τὴν ἀρρωστίαν τοῦ λόγου τοῦδε, παραγυμνοῦντά τε, καὶ φανερὸν ποιεῖν τοῖς εὐκρινεστέροις τὸ βλάσφημον, τῇ πιθανότητι τῶν σοφισμάτων συγκαλυπτόμενον. διὰ τί δὲ οὐκ ἐπικαλύπτει τῇ σιωπῇ τὰ σαθρὰ τοῦ δόγματος, ἀλλὰ στηλιτεύει τὸν δείλαιον· δέον ἐλεεῖν, καὶ ἐπικαλύπτειν διὰ ἡσυχίας τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ λόγου· ὁ δὲ ἐλέγχει. καὶ θεατρίζει τὸν ὁπωσοῦν παρὰ τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ ἀγχινοίᾳ τιμώμενον. εἶπέ που τῶν ἑαυτοῦ λόγων ὁ ΕΥνόμιος· ἕπεσθαι C τῷ Θεῷ τὸ ἀγέννητον· ἐπέστη τῷ ῥήματι ὁ διδάσκαλος ἡμῶν. ὅτι τὸ ἑπόμενον, τῶν ἔξωθεν ἐπιθεωρουμένων ἐστίν· ἡ δὲ οὐσία οὐ τῶν ἔξωθέν τινος, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ εἶναι καθό ἐστι, τὴν σημασίαν ἐνδείκνυται· διὰ τοῦτο ἀγανακτεῖ ὁ ἐπιεικής τε, καὶ ἄμαχος· καὶ πολύς ἐστιν εὑρεῖν τοῖς ὀνείδεσι. διότι ἀκούσας τοῦ ῥηθέντος, καὶ τῆς διανοίας, ἐπήσθετο. τί οὖν ἥμαρτεν εἰ ἐπισταλικῶς τῇ διανοίᾳ τῶν γεγραμμένων ἐπηκολούθησεν. εἰ μὲν γὰρ οὐ κατὰ λόγον τῶν εἰρημένων ἔλαβεν, καλῶς ἔχει σοι τὰ εἰρημένα, καὶ ἡμεῖς ἀγνοήσομεν. Εἰ δὲ ἐρυθριᾷς πρὸς τὸν ἔλεγχον, τί οὐκ ἐξαλείφεις D ἐκ τῶν γεγραμμένων, ἀλλὰ λοιδορεῖς τὸν προφέροντα. ναί φησιν, ἀλλ' οὐ συνῆκε τοῦ λόγου τὸ βούλημα. τί οὖν ἀδικοῦμεν εἰ ἄνθρωποι ὄντες ἐκ τῶν εἰρημένων τῆς διανοίας ἐστοχασάμεθα τῶν ἐν κρυπτῷ τῆς καρδίας, οὐδεμίαν κατάληψιν ἔχοντες. Θεῷ μὲν γὰρ ὑπάρχει, καὶ τὰ ἀθέατα βλέπειν, καὶ τῶν μηδενὶ τρόπῳ καταλαμβανομένων τοὺς χαρακτῆρας ἐπισκοπεῖν, καὶ τὴν ἀνομοιότητα τῶν ἀοράτων ἐπιγινώσκειν.

A & nitidè deſcribunt, nexus quidam & quaſi vincula ſunt, quibus vacua ſpatia explent, & toti ſcriptioni venuſtatem & elegantiam conciliant; Ita iſte pleraque conuiciis exornat, calumniandi eximia facultate præclarè inſignitus. Iterum enim nos appellitat *vanos*, qui à rectis cogitationibus aberremus, neque ſatis idoneo apparatu ad certamen acceſſerimus, neque etiam vim & mentem diſputantis aſſequi valeamus. Hæc enim omnia, & plura talia à modeſto iſto, & benè compoſito ore in Magiſtrum noſtrum (Baſilium) conîiciuntur. Et forſan iuſta iræ cauſſa ſuppetit, meritóque B declamator efferueſcit, quid enim neceſſe erat, vt ipſum contriſtaret, demonſtrando imbecillitatem eorum, quæ ipſe diſſeruit, manifeſtando inſuper, omniumque oculis exponendo blaſphemiam veriſimilitudine Sophiſmatum tectam? Cur non potius ſilentio fragilitatem dogmatis huius tegit? Cur miſerum vbique traducit, & ad publicum quaſi ſpectaculum exponit, cum illius magis miſereri, & diſputationis turpitudinem tacitè operire deceat? At iſte refutat, & velut in theatrum rapit illum, qui à ſuis diſcipulis propter ſapientiæ & acuminis opinionem, nullis non hono- C ribus afficitur. Dixerat alicubi in ſuis diſſertationibus Eunomius, *Ingenitum ſequi Deum.* Obiecit Doctor noſter dicto huic inſiſtens: id quod ſequitur, eſſe ex eorum numero, quæ extrinſecus adueniunt, at eſſentiam non eſſe ex illis, quæ extrinſecus adueniunt, ſed ipſius eſſe, ſecundũ quod eſt, ſignificationem continere. Hic ira inflãmatur modeſtus ille & inuictus, & multa probra eructat, quia dicto percepto, ipſum quoque ſenſum percepit. Quid igitur peccauit, ſi conſtãter ſentẽtiam verborum ſecutus? Si enim à ſententia aberraſſet, rectè ea, quę effutiuiſti, à te prolata eſſe, nos quo que confiteremur. Si verò ad refutationem erubeſcis, cur non expungis, quæ ſcripſiſti? cur eam contumeliis inceſſis? *Vtique*, inquit, *ſed non intellexit, quorſum tenderet oratio.* Quam igitur iniuriam irrogamus: Si, cũ ſimus homines, ex verbis de mente cõiecturã facimus, cum nullum aliud eorum, quæ in corde deliteſcunt, indiciũ ſuppetat? Deo enim pronum eſt etiã inuiſibilia videre, & eorũ, quę nullo modo cõprehendũtur notas intueri, & inęqualitatẽ inaſpectabiliũ cognoſcere.

Nos verò ex auditis iudicamus.

Dixit igitur, *ingenitum ſequi Deum.* His verbis adducti credidimus eum affirmare, *innaſcibilitatem* eſſe ex eorum numero, quę extrinſecus Deum comitantur. At cum rurſus dixit: *Magis verò ſubſtantia eſt ingenitum*: non amplius connexionem intelligere potuimus, quippe in ſignificatis diuerſa admodum & aduerſa varietate deprehenſa. Si enim *Ingenitum ſequitur Deum*: Ingenitum autem eſt ſubſtantia, diuerſæ ſubſtantiæ in eodẽ conſtituantur oportet, vt quidem Deus ſit ſecundum idem, ſicut olim erat, & eſſe creditus eſt, habeat verò ſubſequentem ſe ſubſtantiam aliam, quam innaſcibilitatem nominant, quæ aliud quiddam ſit ab illo, cuius ſequela eſt, prout Doctor obiicit. Quod ſi hunc in modũ hæc intelligi cupit, ignoſcat nobis indoctis, qui ſubtilitatem huiuſmodi ſpeculationum capere nequimus.

Cæterum ſi hoc ſenſu repudiato aſſerat, ſe non ſtatuere in Deo duplicem eſſentiam, alterã de diuinitate, alteram de innaſcibilitate, obtineat à ſe homo, neque præceps, neque malitioſus, vt in certaminibus pro veritate, conuiciis non multum indulgeat: ſed dilucidè exponat nobis, quomodo id, quod ſequitur, & id, quod antegreditur, ſint vnum & idem, non aliud atque aliud: nam nunc quidem iis, quæ ſui tuendi cauſſa profert, nihil efficit, abſurditate æquè ac antea perſeuerante, neque, vt ipſemet ait, orationis illius tam concinnæ rotunditas ac concentus, inconſonæ doctrinæ medetur. Quam enim eruditionem in his reperire liceat, ego necdum perſpicere potui. Sed verbatim hic reddamus ea, quæ ſcripſit. *Diximus*, inquit, *magis ipſum ingenitum eſt ſubſtantia, non ad exiſtentiam perducentes, quod ſequi demonſtratum eſt, ſed hoc quidem ſequitur, appellationi, id verò quod eſt, eſſentiæ accommodantes.* Quæ omnia ſi in vnum colligas, huc tota oratio recidet: ſequi ingenitum nomen: quandoquidem ipſum eſt ipſe ingenitus. Quem horum verborum interpretem aduocabimus? *Non ad exiſtentiam*, inquit, *perducentes, quod ſequi demonſtratum eſt.* Illud *συναιρῶντες* dixerit fortè aliquis arcanorũ expoſitor, eum vſurpare loco vocabuli *συνάπτοντες connectentes.* Reliquorum autem, qua tandem ratione aliquis intelligentiam,

A ἡμεῖς δὲ μόνον, δι' ὧν ἀκούομεν κρίνομεν.

Εἴρηται τοίνυν, παρέπεσθαι τῷ Θεῷ παρακολουθοῦσαν, τὴν ἀγεννησίαν αὐτὸν λέγειν ὑπενοήσαμεν. πάλιν εἴρηται, μᾶλλον δὲ αὐτὸ ἐστιν οὐσία τὸ ἀγέννητον· οὐκέτι τούτου συνεῖναι τὴν ἀκολουθίαν ἰσχύσαμεν πολὺ τὸ ἀπεμφαινόμενον, καὶ τὸ ἀλλόκοτον ἐν τοῖς σημαινομένοις κατανοήσαντες. εἰ γὰρ παρέπεται τῷ Θεῷ τὸ ἀγέννητον, τὸ δὲ ἀγέννητον οὐσία ἐστὶ, δύο πάντως οὐσιῶν ἔννοιαν ἐν ταυτῷ κατασκευάζει ὁ λόγος. ὡς εἶναι μὲν τὸν Θεὸν κατὰ ταυτὸν, ὡς εἶναί ποτε, καὶ εἶναι πεπίστευται· ἔχειν δὲ παρεπομένην B αὐτῷ οὐσίαν ἄλλην, ἣν ἀγεννησίαν προσαγορεύουσιν, ἑτέραν τι οὖσαν, παρὰ τὸν οὗ ἐστιν ἐπακολούθημα, καθώς φησιν ὁ διδάσκαλος· ἢ εἰ οὕτω ταῦτα κελεύει νοεῖν, συγγνώτω τῆς ἰδιωτείας ἡμῖν, μὴ δυναμένοις τῇ λεπτότητι ταύτῃ τῶν θεωρημάτων ἐφίστασθαι.

ΕΙ δὲ ἀποβάλλει τοῦτον τὸν λόγον καὶ οὔ φησι διπλῆν οὐσίαν περὶ τὸν Θεὸν λέγειν, τὴν μὲν ἐκ τῆς θεότητος, τὴν δὲ ἐκ τῆς ἀγεννησίας γνωριζομένην, ἑαυτῷ συμβουλευσάτω· ὁ μήτε προπετὴς, καὶ ἀπόνηρος, μὴ πολὺ νέμειν ταῖς λοιδορίαις, ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας C ἀγῶσιν· ἀλλὰ διασαφεῖν τοῖς ἀπαιδεύτοις ἡμῖν· πῶς τὸ ἐπακολουθοῦν, καὶ τὸ προηγούμενον οὐκ ἄλλο τι καὶ ἄλλο ἐστὶν, ἀλλ' ἓν ἀμφότερα γίνεται· καὶ γὰρ ἐν οἷς ὑπερμάχεται νῦν τοῦ λόγου, μένει παραπλησίως τὸ ἄτοπον, καὶ οὐδὲν, καθὼς αὐτός φησιν, ἡ τῶν εὐαρίθμων ἐκείνων προσθήκη ῥημάτων διορθοῦται τὸ τῶν εἰρημένων ἀσύμφωνον. τίνα γὰρ ἐν τούτοις ἐστὶν εὑρεῖν διδασκαλίαν, οὔπω καὶ νῦν ἰδεῖν ἠδυνήθην. εἰρήσεται δὲ αὐτὰ τὰ γεγραμμένα παρ' αὐτοῦ ἐπὶ λέξεως. εἴπομεν, φησι, μᾶλλον δὲ αὐτὸ ἐστιν D ἀγέννητον, οὐκ εἰς τὸ εἶναι συναιροῦντες, τὸ δεδειχθὲν ἀκολουθεῖν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀκολουθεῖ τῇ προσηγορίᾳ. τὸ δὲ ἐστὶ, τῇ οὐσίᾳ συναρμόζοντες· ὧν συντεθέντων, γένοιτο ἂν πᾶς ὁ λόγος τοιοῦτος· ὅτι ἀκολουθεῖ τὸ ἀγέννητον ὄνομα· ἐπειδὴ αὐτὸ ἐστιν ἀγέννητος. τίνα τοίνυν ἑρμηνέα τῶν εἰρημένων παραστησόμεθα. οὐκ εἰς τὸ εἶναι, φησι, συναιροῦντες τὸ δεδειχθὲν ἀκολουθεῖν. ἀλλὰ τὸ μὲν συναιροῦντες, ἴσως ἄν τινες τῶν αἰνιγματιστῶν, εἴποιεν ἀντὶ τοῦ συνάπτοντες, αὐτῷ νενοῆσθαι. τῶν δὲ λοιπῶν πῶς ἄν τις ἐπιγνοίη τὸ συνετὸν,

καὶ ἀκόλουθον. Τὸ φανέν, φησιν, ἐκ τῆς ἀκολουθίας· οὐ πρὸς τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν προσηγορίαν οἰκείως ἔχει. Ἡ δὲ προσηγορία, ὦ σοφώτατε, τί; πότερον ἀπάδει τῆς οὐσίας, ἢ σύνδρομός ἐστι, κατὰ τὴν ἔννοιαν. Εἰ μὲν γὰρ ἀνοικείως ἔχει, πρὸς τὴν οὐσίαν τὸ ὄνομα, πῶς ὑπὸ τῆς τοῦ ἀγεννήτου προσηγορίας ἡ οὐσία χαρακτηρίζεται. εἰ δὲ προσφυῶς, καθὼς αὐτὸς ὀνομάζεις ὑπὸ τῆς ἀγεννησίας ἡ οὐσία περιλαμβάνεται, πῶς ἐνταῦθα καταμερίζεται· καὶ τὸ μὲν ὄνομα τῆς οὐσίας ἑτέρῳ ἀκολουθεῖ, αὐτὴ δὲ πάλιν ἡ οὐσία ἑτέρῳ. τίς δὲ ἡ σύνθεσις τοῦ τοιούτου λόγου. ἀκολουθεῖ, φησι, τῷ Θεῷ τὸ ἀγέννητον ὄνομα. ἐπείπερ αὐτός ἐστιν ἀγέννητος, ἄλλο τι ὄντι τῷ Θεῷ παρὰ τὸ ἀγέννητον ἀκολουθεῖν τοῦτο λέγει τὸ ὄνομα; καὶ πῶς τὴν θεότητα ἐν τῇ ἀγεννησίᾳ ὁρίζεται, ἀλλ' ἀγεννήτως ὄντι τῷ Θεῷ ἕπεσθαι, πάλιν φησι τὸ ἀγέννητον; καὶ τίς ἡμῖν τῶν αἰνιγμάτων τούτων διαλύσει τὸν γρῖφον. ἀγέννητον, προηγούμενον, καὶ ἀγέννητον ἑπόμενον, καὶ προσηγορίαν οὐσίας. νῦν μὲν προσφυῶς ἐφηρμοσμένην. πάλιν δὲ ὡς ἀλλοτρίαν περιεπομένην. τίς δὲ αὐτῷ, καὶ ἡ τοσαύτη περὶ τὸ τῆς ἀγεννησίας ὄνομα πτόησις· ὥστε ἐκείνῳ πᾶσαν ἀνατιθέναι τὴν τῆς θεότητος φύσιν· καὶ εἰ μὲν οὕτως ὀνομασθείη, μηδὲν τῆς εὐσεβείας ἐνδεῖν· Εἰ δὲ μή, τὸν πάντα τῆς πίστεως κινδυνεύεσθαι λόγον. καὶ εἰ μὴ περιττόν τις, καὶ περιέλκον οἰήσεται τὸ περὶ τούτων βραχέα διαλαβεῖν, οὑτωσὶ τὸν λόγον διαληψόμεθα.

Τὸ ἀΐδιον τῆς θείας ζωῆς, ὡς ἄν τις ὅρῳ τινὶ περιλαβὼν ὑπογράψειε, τοιοῦτόν ἐστιν· ἀεὶ μὲν ἐν τῷ εἶναι καταλαμβάνεται· τοῦ δὲ ποτὲ μὴ εἶναι, καὶ ποτὲ μὴ ἔσεσθαι τὸν λόγον οὐκ ἐπιδέχεται. ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοῦ κυκλοτεροῦς σχήματος, οἱ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦντες, ἐξ ἴσης ἀπὸ τοῦ κέντρου πρὸς τὸ διάστημα τῆς γραμμῆς πρὸς ἑαυτὴν ἑλιχθείσης, ἀόριστον εἶναι τὴν ἀρχὴν τοῦ σχήματος λέγουσι· μήτε εἰς τέλος ὁμολογούμενον, μήτε εἰς ἀρχὴν φανερὰν τῆς γραμμῆς διαπαυομένης. ἀλλ' ἐκ τῶν ἴσων διαστημάτων περιαχθὲν ἐκ τοῦ κέντρου πρὸς ἑαυτὴν ἡνωμένης. ἐκφυγεῖν τὸ ἀρχήν τινα, καὶ τελευτὴν ἐπιδείξασθαι· οὕτω καὶ μηδεὶς συκοφαντείτω τὸν λόγον ὡς περιγεγραμμένῳ σχήματι τὸ ἀόριστον

A & connexionem aſſequatur? Quod ortum eſt ex ſequela, non ad eſſentiam, ſed ad appellationem, cognationem & habitudinem haber. Quid verò, ô ſapiétiſſime, appellatio? Num diſſonat ab eſſentia, an ei ſecũdum notionem conſonat? Si enim appellatio cum eſſentia nullam prorſus cõmunionem haberet, quomodo ab ingeniti appellatione eſſentia proprio ſuo charactere inſignitetur? Si igitur, prout ipſe vocas, cognatè, & naturaliter eſſentia ab innaſcibilitate continetur, quo pacto hic ſeiungitur? *Nomen eſſentiæ ſeu ſubſtantiæ*, inquit, *ad aliud ſequitur*: & rurſus, *ipſa eſ-* B *ſentia ad aliud.* Quæ verò totius huius orationis ſtructura eſt? Sequitur, inquit, Deum, ingenitum nomen, quandoquidem eſt ipſe ingenitus. Deum, qui aliud quiddam eſt, quàm ingenitum, ſubſequi ait hoc nomen. Quomodo diuinitatem innaſcibilitate definit? At iterum oggerit, Deum, qui ingenitè eſt, ſubſequi Ingenitum. Quis nobis recõditorum huiuſmodi dogmatum nodos diſſoluet? Ecce tibi *ingenitum antecedens*, &, *ingenitum ſubſequens*: & appellationem ſubſtantiæ, nunc quidem naturaliter competentem, nunc ceu a- C lienæ ſortis ſubſequẽtem. Quis hic tantus eſt erga *innaſcibilitatis* nomen pauor & obſtupefactio, vt illi totam diuinitatis naturam adſcribat, dictitando, ſi hoc nomine Deus afficiatur, omnia pietatis iura integra fore; Si minus, totam fidei ſummam in periculum vocari. At niſi quis arbitretur ſuperuacaneum prorſus & infructuoſum fore, de his breuiter diſſerere; Sic diſputationem inſtitueremus.

Æternitas diuinæ vitæ, ſi eam velut definitione quadam deſcribere velis, eiuſmodi eſt, ſemper eſt, nec admittit aliquando non fuiſſe, & aliquando non D futurum. Sed quemadmodum qui ex circulari figura planum dimetiuntur, æqualiter à centro ad diſtantiam lineæ in ſe conuolutæ, indefinitum principium figuræ eſſe aiunt, linea neque in apertum finem deſinente: neque etiam à manifeſto initio progrediente, ſed vndequaque pari ſpatio à centro ſibimetipſi copulata, & principio & fine carere videtur: procul abſit calumniator, quòd circumſcriptæ & definitæ figuræ, circumſcriptam na-

turam comparauerim: non enim ad circuli circumſcriptionem, ſed ad ſimilitudinem eius vitæ ſeu naturæ, quæ vndequaque incomprehenſibilis eſt intuiti, affirmamus hanc æternitatis notionē eſſe. A præſenti enim momento, velut à centro & ſigno quodam, mentem ad infinitatem vitę illius extendentes & circumagentes, æqualiter & ſimiliter ab immenſitate illa in circulo circumrotamur: continuamque & indiuulſam, ipſam ad ſeipſam diuinā vitam vndequaque complectimur, omnis finis partiſque expertem. Hoc de æternitate Dei docemus, quod à Propheta cognouimus: *Deum eſſe regem ante ſecula, qui regit ab æterno in æternum, & vltra*: ea propter, Superiorē omni principio, & vlteriorē omni fine ſtatuimus. Hanc exiſtimationem, qua velut vniuerſorū Deo cōſentanea de diuina maieſtate imbuti ſumꝰ, duobus nominib. efferre ſolemus, *Ingenito*, & *interminato*, quorū illo infinitatē & immēſitatem, hoc perpetuitatē diuinæ vitæ declaramus: Si enim alterū duntaxat ex duob. prædictis vocabulis ad rem hanc explicandā aſſumatur, alterū reticeatur, ſignificatū in eo, quod relinquitur, mancū & mutilū erit: non enim fieri poteſt, vt vnum horū ex his ſignificationem, quæ in alterutro eſt, rectè repræſentet: Nam qui interminatū nominat, is ſolum termino carere indicat, at de principio nihil interim aſſeruit. Et qui principii expertem appellat, is id, quod ſignificatur, ſupra omne principiū eſſe oſtendit, at finis rationē relinquit ambiguā. Cū igitur hæc vocabula vt dixi, æqualiter æternitatē vitæ diuinæ exhibeant, tempus eſt, vt diſquiramus, quomodo iſti æternitatis ſignificato quaſi diſſecto, dicant, notionē illā, quæ omne principiū remouet (quam ſubſtantiam eſſe aiunt) in æternitate non ſpectari, & termino carere, in iis, quæ extra eſſentiam ſunt, computari debere. Neſcio quam notionē & ſpeculationem ſecuti tradant, principii expertē eſſe: eſſe ſubſtantiā, at finis negationem, quaſi extra ſubſtantiam ablegandam eſſe, oportebat enim, cum duo iſta in eodem conſiderentur, aut vtrumq; in ſubſtātiæ claſſem recipere, vel ſi vnum abiiciendum cenſuerunt, abiicere ſimul & alterum.

Pſal. 73.

φύσιν προσεικάζοντων· οὐ γὰρ πρὸς τὴν περιγραφὴν τοῦ κύκλου βλέποντες, ἀλλὰ πρὸς τὸ ὅμοιον τοῦ πανταχόθεν ἀλήπτου τῆς ζωῆς ἀφορῶντες, φαμὲν τοῦ ἀϊδίου τὴν ἔννοιαν ταύτην εἶναι. ἀπὸ γὰρ τοῦ νῦν ἐνεστῶτος, ὥσπερ ἀπὸ κέντρου, καὶ σημείου τινὸς πανταχόθεν τὴν διάνοιαν πρὸς τὸ ἄπειρον τῆς ζωῆς, ἐπεκτείνοντές τε, καὶ περιάγοντες, ἴσως καὶ ὁμοίως ὑπὸ τῆς ἀκαταληψίας ἐν κύκλῳ περιελκόμεθα, συνεχῆ, καὶ ἀδιάστατον αὐτὴν, πρὸς ἑαυτὴν τὴν θείαν ζωὴν ἀπανταχόθεν καταλαμβάνοντες· καὶ οὐδὲν πέρας, καὶ οὐδὲν μέρος ἐπιγνῶναι δυνάμενοι. τοῦτο λέγομεν περὶ τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ, ὃ παρὰ τῆς προφητείας ἠκούσαμεν. ὅτι Θεὸς, καὶ βασιλεὺς πρὸ αἰῶνος· καὶ βασιλεύει τὸν αἰῶνα, καὶ ἐπ' αἰῶνα, καὶ ἔτι. καὶ διὰ τοῦτο ἀνώτερον μὲν πάσης ἀρχῆς, περαιτέρω δὲ παντὸς τέλους εἶναι διοριζόμεθα. ταύτην οὖν τὴν ἔννοιαν, ὡς πρέπουσαν Θεῷ τῶν ὅλων περὶ αὐτὸν ἔχοντες, δύο προσηγορίαις τὸ νοηθὲν ἐξαγγέλλομεν, τῷ ἀγεννήτῳ, καὶ τῷ ἀτελευτήτῳ τὸ ἄπειρον· καὶ διηνεκὲς, καὶ ἀΐδιον τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ παριστῶντες. εἰ γὰρ τὸ ἕτερον τούτων μόνον εἰς τὴν διάνοιαν ταύτην παραληφθείη· σιωπηθείη δὲ τὸ λειπόμενον, χωλεύσει πάντως τὸ σημαινόμενον ἐν τῷ λείποντι. οὔτε γάρ ἐστι δυνατὸν ἑνός τινος τούτων τὴν ἐν ἑκατέρῳ σημασίαν ὑγιῶς παραστῆσαι· ὁ γὰρ ἀτελεύτητον εἰπὼν, τὴν πρὸς τὸ τέλος μόνον ἀλλοτρίωσιν ἔδειξεν· οὐ μήν τι καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς διελέχθη· καὶ ὁ τὸν ἄναρχον ὀνομάσας, τὸ μὲν ὑπὲρ ἀρχὴν εἶναι τὸ σημαινόμενον ἔδειξε. τὸν δὲ περὶ τοῦ τέλους λόγον, ἀφῆκεν ἀμφίβολον.

Τούτων οὖν, ὡς ἔφην, τῶν ὀνομάτων, ἐπίσης τὸ ἀΐδιον τῆς θείας ζωῆς παριστώντων, καιρὸς ἂν εἴη κατεξετάσαι, πῶς οὗτοι διατέμνοντες τοῦ ἀϊδίου τὸ σημαινόμενον. τὸ μὲν τῆς ἀρχῆς ἀναιρετικὸν νόημα, οὐσίαν εἶναί φασι· οὐ περὶ τὸ ἀΐδιον θεωρεῖσθαι· τὸ δὲ τοῦ τέλους ἀνεπίδεκτον, ἐν τοῖς ἔξω τοῖς τῆς οὐσίας λογίζονται· οὐκ οἶδα τίνι διανοίᾳ τὸ τοιοῦτον ἀποκληρώσαντες. ὥστε τὸ μὲν ἀρχὴν μὴ ἔχειν ἐν οὐσίᾳ τίθεσθαι· τὸ δὲ τέλος μὴ ἔχειν, ὡς ἐκτὸς τῆς οὐσίας ἀποποιεῖσθαι. ἐχρῆν γὰρ ἐπειδὴ τὰ δύο περὶ αὐτὸ θεωρεῖται, ἢ ἀμφότερα εἰς τὸν τῆς οὐσίας παραδέξασθαι λόγον· εἰ δὲ τὸ ἓν ἀπόβλητον ἔκρινον, συναποβάλλειν τούτῳ καὶ τὸ λειπόμενον.

A Si verò illis omninò lubet, diuiſa æternitatis notione, alterum quidem ſubſtantiæ diuinæ naturæ deputare, alterum iis, quæ non exiſtunt, accenſere; (quandoquidem abiectis & vilibus cogitationibus hæc diiudicare nitūtur, nequaquam idonei, qui ſe ad ſublimia de Deo ſenſa attollāt; in altum non ſubuolantes, more videlicet auium, quibus pennæ defluxerunt.) Suaſerim ego illis, vt doctrinam ſuam inuertant, & *interminatum* in ſubſtantia numerent, nec multum curent, an interminatum principio careat: futuroque potius, & quod ſpe apprehenditur, quàm præterito, iamq; euanido, priores partes deferant. Hæc B dixerim propter eos, qui puſillo & anguſto ſunt pectore, ſponte oratione ad inſipientium captum & ſenſum demiſſa. Itaque cum viuens præteriti nullam rationem ducat, omnémq; induſtriam ad id, quod futurum eſt & exſpectatur, conferat, præclarius vtique erit, interminabilem eſſe, quàm principio carere: quia quod immortale eſt, fertur ad futurum, & ad id, quod expectatur. Itaque aut Deo digna & ſublimia de diuina natura ſenſa concipiant, aut ſi humano modo hæc talia æſtimare velint, præ- C terito præferant futurum, eoque diuinam eſſentiam circumſcribant: quandoquidem quidquid temporis præteriit, ipſo tranſitu euaneſcit: at verò illud, quod exſpectatur, ipſa ſpe ſubſiſtit.

Cæterum hæc tanquam ridicula & puerilia pueris in foro ſeſſitantibus & luſitantibus conuenientia, profero: neque enim euenire poteſt, quo minus in luſum reſoluatur, quiſquis propius ſectæ huius vilitatem, & ad humilia abiectionem introſpexerit. Illud addere non abs re fore viſum eſt, cum æternitatis notio vtriſque ex ſupradictis conficiatur, ex nega- D tione ſcilicet principii & finis; ſi eſſentiam Dei vno circumſcribant, ſemiperfecta erit eſſentiæ ratio, quippe in ſola principii negatione conſiſtens, excluſo ab eſſentia interminato. Si autem ambobus coniunctis eſſentiæ rationem ex vtroque conflent, rurſus diſpiciamus, quænam abſurditas hanc aſſertionem conſequatur: videbimus enim illos, non iam ſolum cum ingenito filio,

Εἰ δὲ πάντως ἀρέσκει διελόντας τοῦ ἀϊδίου τὴν ἔννοιαν· τὸ μὲν τι εἰς οὐσίαν τῆς θείας φύσεως καταθέσθαι, τὸ δὲ ἐν τοῖς μὴ οὖσι συλλογίζεσθαι, ἐπειδὴ ταπεινοῖς λογισμοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν ἐθέλουσι· πρὸς δὲ ὕψος τῶν περὶ Θεοῦ νοημάτων, ὥσπερ τὰ περιερρυηκότα τῶν ὀρνέων οὐκ αἰωρούμενοι, συμβουλεύσαιμι αὖ αὐτοῖς ἔγωγε μεταβαλεῖν πρὸς τὸ ἐναντίον τὰ δόγματα· ὡς τὸ μὲν ἀτελεύτητον ἐν οὐσίᾳ λογίζεσθαι, προτιμᾶν δὲ μᾶλλον τοῦ ἀτελευτήτου τὸ ἄναρχον, τὸ μέλλοντι, καὶ τὸ κατ' ἐλπίδας πλέον, ἢ τῷ παρῳχηκότι καὶ ἐξώλει τὰ πρεσβεῖα περιστέμοντας· ἐπεὶ γὰρ, λέγω δὲ ταῦτα διὰ τοὺς μικροὺς τὰ ψυχάρια, ἑκουσίως τῇ τῶν νηπίων ὑπολήψει συγκαταβάς τὸν λόγον. ἐπεὶ τοίνυν τὸ παρελθὸν τῆς ζωῆς αὐτῷ οὐδενός ἐστι τῷ ζῶντι· πᾶσα δὲ ἡ σπουδὴ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ μέλλον, καὶ προσδοκώμενον γίνεται, τιμιώτερον ἂν εἴη τοῦ ἀνάρχου τὸ ἀτελεύτητον· ὅτι πρὸς τὸ μέλλον, καὶ προσδοκώμενον τὸ ἀθάνατον φέρεται. ὥστε ἢ θεοπρεπῆ, καὶ ὑψηλὰ περὶ τῆς θείας φύσεως ἔστω νοήματα, ἢ εἴπερ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς κρίνουσι τὰ τοιαῦτα, τὸ μέλλον ἔστω τοῦ παρῳχηκότος αὐτοῖς τιμιώτερον· καὶ τούτῳ τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν περιγραφέτωσαν. ἐπεὶ τὸ μὲν τὸ παρελθὸν ἤδη τοῦ χρόνου τῇ παρόδῳ συναφανίζεται· τὸ δὲ προσδοκώμενον διὰ τῆς ἐλπίδος τὴν ὑπόστασιν ἔχει.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς παιδίοις τοῖς ἐν τῇ ἀγορᾷ καθημένοις καὶ παίζουσι ὅμοια, καὶ παιδαριώδη προφέρω· οὐδὲ γάρ ἐστι τὸ χαμαιρριφές τε, καὶ γήϊνον τῆς αἱρέσεως δογμάτων ἐπισκεπτόμενον, μὴ οὐχὶ πάντως εἰς μειρακιώδη τινὰ παιδιὰν ἀποφέρεσθαι· ἐκεῖνο δὲ προσθεῖναι τῷ λόγῳ καλῶς ἔχειν φημί· ὅτι τῆς τοῦ ἀϊδίου σημασίας δι' ἀμφοτέρων, κατὰ τὸν ῥηθέντα λόγον συμπληρουμένης, ἔκ τε τῆς ἀρχῆς, καὶ ἐκ τῆς τοῦ τέλους ἀλλοτριώσεως· εἰ μὲν ἐν τῷ ἑνὶ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ περιγράφοιεν, ἡμιτελὴς αὐτοῖς, καὶ ἡμίτομος ὁ τῆς οὐσίας λόγος ἀναφανήσεται, ἐν μόνῳ τῷ ἀνάρχῳ νοούμενος· τὸ δὲ ἀτελεύτητον ἐν ἑαυτῷ κατ' οὐσίαν μὴ κεκτημένος. εἰ δὲ ἀμφότερα συνθέντες τὸν τῆς οὐσίας λόγον δι' ἑκατέρων συναπαρτίσουσι πάλιν σκοπήσωμεν τὴν συναναδεχομένην ἀτοπίαν τῷ λόγῳ. εὑρεθήσονται γὰρ αὐτοῖς οὐκέτι πρὸς τὸν μονογενῆ μόνον

ſed etiã ſecum pugnare, quod planum A apertumque eſt, neque multa probatione egens. Nam ratio principii & finis ſibi mutuò opponuntur, & diuerſum eſt vtriuſq; ſignificatum, quemadmodum etiam in aliis, quæ per diametrum ſibi repugnant, inter quæ medium nullum intercedit. Is enim à quo principii definitio exigitur, non vtique finis definitionem aſſignabit, ſed cõtrariam omninò rationem principio competentem, & fini oppoſitam proferet. Igitur & quę cuilibet horũ oppoſita ſunt, pro modo oppoſitionis à ſe inuicem diſtabunt: Et aliud erit principii expertem eſſe, oppoſitum illi, quod principio ſubiacet: aliud B verò interminatum, quod negationem finis ſignificat. Si igitur duo iſta, principii, inquam, expertem eſſe, & termino carere, eſſentiæ diuinæ adſcribant, Deum ex duobus repugnantibus & ſibi diſſonis rebus coagmentabunt: nam finis & principii repugnãtiam ipſa notio vtrique horum inſita per ſe manifeſtat: quæ enim oppoſitis oppoſita ſunt, etiam inter ſe oppoſita ſunt. Verum eſt autem illud: omnia, quæ ſecundum naturam ſibi mutuò aduerſantibus aduerſantur, ea etiam ſibi mutuò aduerſari, vt exemplorũ inſpectione liquet. Igni aqua aduerſatur. Igitur etiã facultates, quibus C ſe inuicem interimunt, contrariæ inter ſe erunt: nam ſi ignem extinguit humor, aquam autem è medio tollit ſiccitas, repugnantiam aquæ cum igne, inſitæ itidem qualitates in ſeipſis retinent, vt neceſſe ſit conſiteri ſiccitati humiditatem aduerſari. Ita ergo cum principium & finis opponantur, oportet, vt & nomina ſecundũ ſenſum ſibi aduerſentur, principii, inquam, & finis negatio. Si igitur alterum horum duntaxat eſſentiam demonſtrare contendunt, reſumam enim, quod antea dictum eſt, dimidiatũ quoddam eſſe Deo attribuunt, ſola principii negatione, eſſentiam eius circumſcribentes, D ad finis autem negationem nequaquam extendentes: ſi verò vtrumque ad rationem diuinæ eſſentiæ referant, nihil aliud efficient, quàm vt eam ex repugnantibus modo ſupra expoſito coalitam, & ob repugnantiam, quæ

ον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀλλοτρίως ἔχον. σαφὴς δὲ ὁ λόγος, καὶ οὐδὲ πολλῆς τῆς ἐπισκέψεως δεόμενος. ὁ γὰρ τῆς ἀρχῆς, καὶ ὁ τοῦ τέλους λόγος, ἐναντίως ἑκάτερος πρὸς τὸν ἕτερον ἔχει· καὶ διάφορον ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ σημαινόμενον· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν τῶν κατὰ διάμετρον ἀλλήλοις ἀντικειμένων· ὧν οὐδέν ἐστι μέσον. ὁ γὰρ ἐρωτηθεὶς τὸν περὶ τῆς ἀρχῆς λόγον, οὐ τὸν αὐτὸν ἀποδώσει τῷ περὶ τοῦ τέλους ὅρῳ. ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἐκείνῳ προσάξει τὸν ὡρισμένον τῆς ἀρχῆς λόγον. οὐκοῦν καὶ τὰ ἑκατέρῳ τούτων ἀντικείμενα, κατὰ τὸ ἴσον μέρος τῆς ἀντιθέσεως, καὶ ἀπ' ἀλλήλων διενεχθήσεται· καὶ ἄλλο τι ὁμολογηθήσεται εἶναι τὸ ἄναρχον, ὅπερ ἀντίκειται τῷ ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ἠγμένῳ. ἄλλο δέ τι τὸ ἀτελεύτητον, ὅπερ ἀναιρετικὸν τοῦ τέλους ἐστίν. εἰ οὖν ταῦτα τὰ δύο εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ φέροντες ἀναθήσουσι. τὸ ἀτελεύτητόν φημι, καὶ τὸ ἄναρχον. δύο τινῶν ἐναντίων, καὶ ἀσυμφώνων συνδρομὴν τὸν Θεὸν ἑαυτῶν ἀποδείξουσι. τὴν γὰρ τοῦ τέλους πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐναντίωσιν, ἡ ἑκατέρῳ τούτων ἀντικειμένη διάνοια, καὶ ἐφ' ἑαυτῆς ἐπιδείκνυται. τὰ γὰρ τοῖς ἀντικειμένοις ἐναντία, καὶ ἀλλήλοις ἐναντία πάντως ἐστίν. ἀληθὴς δὲ ὁ λόγος, ὅτι πάντα, ὅσα τοῖς ἐναντίως ἔχουσι κατὰ τὴν φύσιν ἀντικαθίσταται. ταῦτα καὶ πρὸς ἄλληλα τὸ ἐναντίον ἔχει· ὡς ἐπὶ τοῦ ὑποδείγματος ἐστὶν ἰδεῖν. τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ ἀντίστηκεν. οὐκοῦν καὶ αἱ ἀναιρετικαὶ τούτων δυνάμεις, ἀλλήλαις ἐναντιώσονται. εἰ γὰρ σβεστικὴ τοῦ πυρός ἐστιν ἡ ὑγρότης· ἀναιρετικὴ δὲ τοῦ ὕδατός ἐστιν ἡ ξηρότης, τὴν τοῦ ὕδατος πρὸς τὸ πῦρ ἐναντίωσιν, καὶ αἱ ἀντικείμεναι τούτοις ποιότητες. καὶ ἐφ' ἑαυτῶν* διεσώσαντο, ὡς ἐναντίως ἔχειν ὁμολογεῖσθαι τῷ ξηρῷ τὴν ὑγρότητα. οὕτως οὖν καὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦ τέλους ὑπεναντίως διακειμένων, τὰ ἀντικείμενα τούτοις ὀνόματα καὶ ἀλλήλοις μάχεσθαι κατὰ τὴν ἔννοιαν, τὸ ἄναρχον λέγω, καὶ τὸ ἀτελεύτητον. εἰ τοίνυν τὸ ἕτερον τούτων μόνον τῆς οὐσίας ἐνδεικτικὸν εἶναι ἐρίζονται. πάλιν γὰρ τὸν αὐτὸν ἐπαναλήψομαι λόγον, ὅτι ἡμισείας προσμαρτυρήσουσιν, οὕτω τῷ Θεῷ, τὸ εἶναι, ἐν μόνῳ τὸ ἄναρχον περιγράφεσθαι λέγοντες αὐτοῦ τὴν οὐσίαν. πρὸς δὲ τὸ ἀτελεύτητον, οὐκέτι ἐκτείνοντες. εἰ δὲ ἀμφότερα εἰς τὸν τῆς οὐσίας λόγον φέροντες καταθήσουσιν οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἐξ ἐναντίων αὐτὴν συγκεῖσθαι ἀποφαίνονται κατὰ τὸν ῥηθέντα τρόπον, τῇ

καὶ τὸ τέλος, πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐναντιώσει τῷ A ἀτελευτήτῳ, τῷ ἀνάρχῳ κατ' οὐσίαν διαφερομένων. καὶ οὕτως εὑρίσκεται αὐτοῖς ὁ Θεὸς ποικίλον τι χρῆμα, καὶ σύνθετον ἐξ ἀντικειμένων τινῶν συγκεκροτημένος.

Ἀλλ' οὔτε ἔστι, οὔτε μὴ γένηται δόγμα τοιοῦτον ἐν ἐκκλησίᾳ Θεοῦ· ὥστε τὸ ἁπλοῦν, καὶ ἀσύνθετον μὴ μόνον πολυειδῆ, καὶ ποικίλον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐναντίων συγκείμενον ἀποφαίνεσθαι. ἡ γὰρ ἁπλότης τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων, τὸν Θεὸν ὅπερ ἐστὶν ὑποτίθεσθαι· οὔτε ὀνόματι, οὔτε διανοήματι, οὔτε τινι ἄλλῃ καταληπτικῇ ἐπινοίᾳ περιληφθῆναι δυνάμενον. οὐ μόνον ἀνθρωπίνης, ἀλ- B λὰ καὶ ἀγγελικῆς, καὶ πάσης ὑπερκοσμίου καταλήψεως ὑψηλότερον μένοντα, ἄφραστόν τε, καὶ ἀνεκφώνητον, καὶ πάσης τῆς διὰ λόγων σημασίας ἀνώτερον, ἓν ὄνομα γνωστικὸν τῆς ἰδίας ἔχοντα φύσεως. τὸ μόνον αὐτὸν ὑπὲρ πᾶν εἶναι ὄνομα· ὃ δὴ καὶ τῷ μονογενεῖ κεχάρισται, διὰ τὸ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, καὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι, τῆς δὲ ἀϊδιότητος αὐτοῦ· οὐχὶ τῆς οὐσίας ἐνδεικτικὰς εἶναι τὰς φωνὰς ταύτας ὁμολογεῖ τῆς εὐσεβείας ὁ λόγος· τήν τε ἀγέννητόν φημι, καὶ τὴν ἀτελεύτητον. ὡς τῆς μὲν ἀγεννήτου, τὸ μηδεμίαν αὐτοῦ ὑπερκεῖσθαι ἀρχὴν, καὶ αἰτίαν ἐνδεικνυμένης· τῆς δὲ C ἀτελευτήτου τὸ εἰς μηδὲν πέρας στήσεσθαι αὐτοῦ τὴν βασιλείαν σημαινούσης. σὺ γάρ φησιν ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι, διὰ μὲν τοῦ εἶναι· τὸ μὴ ἐξ αἰτίας τινὸς ὑποστῆναι σημαίνων. διὰ δὲ τοῦ ἐφεξῆς τὸ ἄπαυστόν τι, καὶ ἀτελεύτητον μακαριότητα τῆς ζωῆς ἐνδεικνύμενος.

Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις καὶ τῶν εὐλαβεστέρων, ἐφιστὰς τοῖς περὶ τοῦ ἀϊδίου ἡμῖν ἐξητασμένοις· ὅτι χαλεπόν ἐστι τὸν περὶ τοῦ μονογενοῦς λόγον διὰ τῶν εἰρημένων παρελθεῖν ἀπροσκόπως. δύο γὰρ ἀπεμφαινόντων δογμάτων, ἑνὶ πάντως συνενεχθήσεται· ἢ γὰρ ἀγέννητον εἶναι, τὸν υἱὸν κατασκευά- D σομεν ὅπερ ἄτοπον, ἢ οὐδὲ τὸ ἀΐδιον αὐτῷ συγχωρήσομεν, ὅπερ ἴδιον τῶν βλασφημούντων ἐστίν. εἰ γὰρ τῷ ἀνάρχῳ, καὶ ἀτελευτήτῳ ἡ ἀϊδιότης γνωρίζεται, ἀνάγκη πᾶσα, ἢ ἀσεβεῖν μὴ ὁμολογοῦντας τοῦ υἱοῦ τὸ ἀΐδιον, ἢ πρὸς τὴν τῆς ἀγεννησίας ὑπόληψιν ἐν ταῖς περὶ τοῦ μονογενοῦς ὑπονοίαις φέρεσθαι. τί οὖν ἡμεῖς; εἰ μὲν τινα χρονικὴν ἔμφασιν ὑποτίθεται τῆς τοῦ μονογενοῦς

eſt inter principii & finis negationem, ipſo interminato & principii experte, ſecundum ſubſtantiam, diſciſſam eſſe, patefaciant. Quo fit vt Deus illorum ſit res quædam varia & ex pugnantibus rebus compoſita.

At neque eſt, neque exoriatur in Eccleſia Dei talis doctrina, vt dicamus, ſimplicem, & ab omni cõpoſitione immunem, non modo multiformem & varium, ſed etiam ex rebus pugnantibus conflatũ eſſe: nam diuinæ veritatis ſimplicitas Deum id, quod eſt, eſſe docet: eum ſcilicet, qui neque nomine, neque cogitatione, neq; alia ratione comprehendi valeat, non ſolum humana, ſed & Angelica, tota illa ſupra mundũ euecta facultate eminentiorem, ineffabilem, & inenarrabilem, & omni, quæ verbis perficitur ſignificatione, excelſiorem: qui vnum nomen, ſeu propriæ naturæ notam ac indiciũ habet, quod ipſe ſcilicet ſolus ſit ſuper omne nomẽ, quod etiam Philip. 2. Vnigenito conceſſum eſt, quia omnia quæ ſunt Patris ſunt etiam Filii. Has porrò voces *Ingenitum* & *interminatum* æternitatis, non autem eſſentiæ indices eſſe, vera & pia doctrina tradit: ita, vt ingenitum nullum ipſo anterius principium, nullamq; priorẽ cauſſam exſtare indicet: Interminatum verò, Regnum eius nullo fine clauſum iri oſtendat. *Tu* Pſal. 101. *enim*, inquit, *idem ipſe es, & anni tui non deficient*: per eſſe eum ex nullo principio prodire innuens, ſequentibus autem verbis, infinitam illam, & nullis limitibus circumſeptam, vitæ illius beatitudinem delineans.

At fortè obiiciat quis etiam ex religioſiorum cætu occaſione eorum, quæ de æternitate diſſeruimus: Difficile eſſe vnigeniti Filii honorem ſaluum & illibatum præſtare, ſi quæ dicta ſunt ſubſiſtant: cum enim duæ ſint dogmatum rationes, alteram illorum filio conuenire oportet, vel enim ipſum quoque filium ingenitum eſſe probabimus, & hoc eſt abſurdum, vel æternitatẽ ei adimemus, quod proprium eſt blaſphemantium: Si enim ex principii, & finis negatione æternitas cognoſcitur, planè ſequitur aut nos impietatis labem cõtrahere, vtpotè, qui Filii æternitatem non confiteamur, aut intelligentiam noſtram, quando de vnigenito cogitamus, ad innaſcibilitatẽ quoque deflectere. Quid igitur nos? ſi temporalem quandam intercapedinem

hypoſtaſi ſeu ſubſiſtentiæ Filii anteponeret, qui Patrem ſola principii ratione prius Filio concipit, iure cenſeri poſſet doctrina de Filii æternitate in periculū vocata: Nunc pari prorſus modo, aliquando non futurum eſſe, à Patre & Filio, quin & à Spiritu exulat, nam vbi nullū tempus, ibi etiam *aliquando* ſublatum eſt. Si autē Filius ſemper tanquam exiſtens concipitur, in ipſa Patris notione relucens, quę formido nos abſterreat, quo minus æternitatem Filio adſcribamus, qui neque principium dierum, neque finem vitæ habet? Quemadmodum enim ex lumine lumen, vita ex vita, ex bono bonus, ſapiens, iuſtus, potens, & cætera ad eundem modum, exque tali talis, ſic ex æterno planè æternus proceſſit.

Sed litigioſus quiſpiam noſtro quaſi ex ore diſputationē ſurripiens, oggeret, ex dictis ſuſpicionem oriri, quaſi etiam ingenitus ex ingenito fuerit. Verùm qui iſta obiicit, corde ſobrius ſit, & propriis vocibus inſiſtat: nam qui Filium ex Patre eſſe confitetur, iam eo ipſo ingeniti rationem à Filio remouit, neq; vlla cauſa ſuppetit, cur metuamus filium æternum, & tamen non ingenitum pronunciare: quia enim vita filii nullo temporis interuallo definitur, ſed & ante ſecula, & poſt condita ſecula immēſitas vitæ eius vndequaq; diffuſa eſt, propriè æterni appellatione afficitur; quia verò Filius & eſt & nominatur, patriſque notionem iunctim in ſeipſo contemplandam offert, fieri nō poteſt, vt quis illum ingenitè exiſtere credat, eum inquam, qui ſemper cum Patre eſt, & vt etiam diuinus ille doctor noſter docuit, qui genitè Patris innaſcibilitati vnitur, idéque de ſancto Spiritu docemus in ſolo ordine differentia conſtituta. Quemadmodum enim Patri Filius coniungitur, & cum ex illo originem ducat, hypoſtaſi tamen poſterior non eſt, ſic etiam Spiritus ſanctus ad Filium ſe habet, nam in ſola principii ratione Filius prius, quàm Spiritus ſancti hypoſtaſis concipitur: Temporales autem dimenſiones in illa omnę ſeculum antegreſſa vita non inueniuntur: ita vt excepta principii ratione ſanctiſſima Trinitas in omnibus probè ſibi conſonet, quam decet gloria & imperium.

A ὑποστάσεως· ὁ τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ μόνῳ τῷ αἰτίας λόγῳ προθεωρῶν, εἰκότως ἂν ὁ τῆς ἀϊδιότητος ἡμῖν περὶ τοῦ υἱοῦ, υἱοῦ λόγος ἐκινδυνεύετο. νυνὶ δὲ, τὸ ποτὲ μὴ ἔσται ἐπὶ τῆς προαιωνίου φύσεως ἴσως, καὶ ὁμοίως, ἐπί τε τῆς τοῦ πατρὸς ζωῆς, καὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς. ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁμολογίας οὐ δέχεται. ἔνθα γὰρ χρόνος οὐκ ἔστι, καὶ τὸ ποτὲ συναιρήρηται. εἰ δὲ ἀεὶ ἐν τῷ εἶναι καταλαμβάνεται ὁ υἱὸς τῇ περὶ τοῦ πατρὸς ἐννοίᾳ συναναφαινόμενος, τίς ὁ φόβος προσμαρτυρεῖν τῷ μονογενεῖ τὸ ἀΐδιον, τῷ μήτε ἀρ-
B χὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς ἔχοντι τέλος. ὡς γὰρ ἐκ φωτὸς φῶς, καὶ ζωὴ ἐκ ζωῆς, καὶ ἐξ ἀγαθοῦ ἀγαθὸς, σοφός τε, καὶ δίκαιος, καὶ δυνατὸς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὡσαύτως, ἐκ τοιούτου τοιοῦτος, οὕτω καὶ ἐξ ἀϊδίου πάντως ἀΐδιος.

Ἀλλ᾽ ὑφαρπάζει τὸν λόγον ὁ ἀντιλογικός τε, καὶ φίλερις, ὡς τῆς ἀκολουθίας ταύτης, καὶ ἐξ ἀγεννήτου ἀγέννητον ὑπόνοιαν ποιούσης. ἀλλὰ νηφάτω τῇ καρδίᾳ, καὶ ταῖς ἰδίαις ἐπιστήτω φωναῖς ὁ μαχόμενος· ὅτι τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ὁμολογῶν, τὴν τοῦ ἀγεννήτου ὑπόνοιαν ἀπὸ τοῦ μονογενοῦς ἀπε-
C πέμψατο· καὶ οὐδεὶς ἔπεστι φόβος, καὶ ἀΐδιον αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀγέννητον λέγειν. ὅτι μὲν γὰρ οὐ διαστήματι χρονικῷ τοῦ υἱοῦ τὸ εἶναι περιορίζεται· ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ μετὰ τούτους τὸ ἄπειρον αὐτοῦ τῆς ζωῆς ἁπανταχόθεν ἐκκέχυται κυρίως τῇ τοῦ ἀϊδίου προσηγορίᾳ κατονομάζεται. ὅτι δὲ πάλιν υἱὸς ὢν, καὶ λεγόμενος συνημμένως τὴν τοῦ πατρὸς ἔννοιαν ἑαυτῷ συνθεωρεῖσθαι δίδωσι, τὸ ἀγεννήτως εἶναι δοκεῖν διὰ τούτου ἐκπέφευγεν, ἀεὶ συνὼν τῷ ἀεὶ ὄντι πατρὶ, καθὼς εἶπε, καὶ ἡ θεόπνευστος ἐκείνη τοῦ διδασκάλου ἡμῶν φω-
D νὴ, ὅτι γεννητῶς τῇ ἀγεννησίᾳ τοῦ πατρὸς συναπτόμενος. ὁ δὲ αὐτὸς ἡμῖν καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγος ἐν μόνῃ τῇ τάξει τὴν διαφορὰν ἔχων. ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων, οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ μονογενοῦς ἔχεται τὸ πνεῦμα, τὸ ἅγιον. ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως· αἱ δὲ χρονικαὶ παρατάσεις ἐπὶ τῆς προαιωνίου ζωῆς, χώραν οὐκ ἔχουσιν. ὥστε τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξῃρημένου, ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν· ἧ πρέπει ἡ δόξα.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ ΠΕΡΙ μετανοίας.

ΑΝΗΡ Φαρισαῖος, ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν τοῦ Λουκᾶ λέγοντος, προτρέπει τὸν κύριον εἰς ἑστίασιν καὶ ὑπώροφιον ἄγει, καὶ κοινὴν παρατίθεται τράπεζαν. ὁ δὲ οὔτε τὴν κλῆσιν ἀπαραιτεῖται, οὔτε φεύγει τὸν ἄνθρωπον· μήτε μαθητὴν ὄντα, μήτε πιστεύσαντα, τῷ γράμματι δὲ προσδεδεμένον τοῦ νόμου· καὶ οὐδέπω πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξαντα· χαλεπῶς δὲ πρὸς τὰς ἐπαγγελίας ἀμβλυωποῦντα τῶν προφητῶν. Τί δήπου ἡμῖν τοῦτο τὸ κεφάλαιον ἀνέγραψεν ὁ Λουκᾶς; πότερον, ἵνα τὴν γνῶσιν ἔχωμεν ὧν ὁ Ἰησοῦς κατειργάσατο πολιτευόμενος ἐν τῷ σώματι· καὶ γνῶσιν ἱστορίας ἐπωφελοῦς παραλάβωμεν· ἢ νοῦ τινος ἐπωφελοῦς καὶ παιδευτικοῦ γέμει τὰ γράμματα, τὸν ἡμέτερον βίον πρὸς τὸ ὀρθὸν καὶ ἀδιάστροφον κανονίζοντα; οὕτως δὲ ἔχειν ἔγωγε ἡγοῦμαι, καὶ ὑμᾶς προσήκει πείθεσθαι. πολλοὶ γάρ εἰσι τῶν ἑαυτοὺς δικαιούντων φίλαυτοι καὶ αὐτάρεσκοι ἐν ὑπολήψει διὰ κενοῦ φρονήματος ὀγκούμενοι, ἁμαρτωλοὺς καλοῦντες τοὺς ἐγγίζοντας, καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὸ ἀληθινὸν κριτήριον, ἑαυτούς, ὡς ἄρνας ἀπὸ τῶν ἐρίφων, χωρίζοντες, καὶ πρὸς τὴν θύραν τῆς βασιλείας βλέποντες ὡς ἀναπεπταμένην αὐτοῖς· οὐ στέγης, οὐκ ἐδεσμάτων ἀξιοῦντες τοῖς πολλοῖς κοινωνεῖν· βδελυσσόμενοι δὲ πάντας τοὺς μὴ τὴν ἄκραν, ἀλλὰ τὴν μέσην ἐπὶ τοῦ βίου πορευομένους ὁδόν.

Ὁ τοίνυν Λουκᾶς ὁ πλέον τῶν ψυχῶν ἢ τῶν σωμάτων ἰατρός, ἔγραψε τὸ ἐν χερσὶ διήγημα· οὐ λόγον ἁπλῶς, ἀλλὰ φάρμακον τῶν νοσούντων αὐθάδειαν, αὐτὸν ἡμῶν τὸν Θεὸν καὶ σωτῆρα δεικνύς· τὸν ἀσυγκρίτως καθαρὸν καὶ μόνον δίκαιον, συγγνωμονικῶς λίαν τοῖς κατεγνωσμένοις

EIVSDEM AD EOS, QVI DVRIVS ET ACERBIVS alios iudicant, atque condemnant, quique conuerſione indigent, & pœnitentia, Oratio.

Petro Franciſco Zino interprete.

HOMO Phariſæus, vt ex Euangelio Lucæ iam accepimus, Dominum ad conuiuium inuitat, domumque ducit, & menſam communem apponit. Dominus autem inuitatus non grauatur accedere, nec inuitantem reſpuit, quamuis ille nec diſcipulus ſit, nec in ſe credat, ſed legis ſcripto deuinctus inhæreat, nec ad veritatis cognitionem oculos vnquam aperuerit, & in Prophetarum promiſſionibus grauiter hallucinetur. Cur autem nobis Lucas ſcripſit hoc caput? An ea nimirum de cauſa, vt ea cognoſcamus, quæ Chriſtus egit, dum in corpore verſaretur; & ex hiſtoriæ cognitione vtilitatem percipiamus, an quòd vtilitate documentóque referta hæc ſcripta nos àd vitam rectè conſtanterque inſtituendam erudiant? Sic ego quidem exiſtimo, vóſque idem ſentire par eſt. Plerique enim eorum, qui ſeipſi iudicant, ſibi aſſentantur, ſe diligunt, ſibi placent, inanique opinione tumidi atque inflati, eos, qui ad ſe accedunt, peccatores appellant, & antequam veri iudicii tempus veniat, ſe tanquam agnos ab hœdis ſeparant, cœlique fores ſibi apertas intuentes, nec domum cum reliqua multitudine, nec cibum dignantur habere communem, atque omnes, qui non per ſummam, ſed per mediam vitæ ſemitam incedunt, deteſtantur. Luc. 7.

Lucas igitur, animorum magis, quàm corporum medicus, præſentem hanc nobis nō tam narrationem, quàm planè appoſitā ægrotantibus faſtu medicinam exhibuit, oſtendens, ipſum Deū ſeruatorem noſtrum, qui ſine comparatione purus atque integer eſt, ſoluſque iuſtus, clementer admodum, benignéque cum perditis, atque damnatis verſari,

& cum iis, qui nondum puri mundique ſunt, viuere, non vt eorum maculas accipiat, ſed vt illis iuſtitiam ſuam impertiatur: inſtar huiuſce ſolis, quem cernimus, qui (licet enim ex re procreata procreatoris prouidentiam intelligere) non planas ſolum regiones illuſtrat, ſed illas etiam, quæ ſunt antris, cauerniſq; tortuoſæ. Deponamus igitur arrogantiam, ſi qui tales ſumus, qualis eſt is, qui hac oratione deſcriptus eſt: imitemurque Domini miſericordiã & humanitatem, humiles & afflictos ita complectentes, non vt cum illis iacentibus conſternamur, ſed vt eos potius excitemus, & tanquam egregii quidam vrinatores in aquis demerſos, ac moribundos ad vitalem hunc aërem extrahamus.

Quoniam autem pulcherrimũ, ſumméque nobis vtile ſignum proponunt, hæc Euangelii ſcripta, age illuc mentis aciem intendamus. Vehementer admiror, quo modo iſti, qui natura perturbationibus obnoxia, voluptatúmque ſtudioſa circumdati ſunt, quique tum dormiendi, tum edẽdi, & cæteris ventri neceſſariis vſibus quotidie patent, atque iiſdem cupiditatibus incitari ſe ſentiũt, quas nos, qui vna eadémq; cum illis natura præditi ſumus, experimur, iniquiores ſe, ac duriores in eos, qui peccant, iudices præbeant, ſibique pugnatores infirmi tam facilè indulgeãt, in alios autẽ arbitri eſſe velint inexorabiles, adeò vt Dei benignitatis ſpẽ auferant, vberemque miſericordiæ fontem obſtruant, vt ipſi putant, multáque auctoritate regni aditũ errantibus * patefaciant. *occludant.* Quod cum nihil aliud ſit, quàm animis curationẽ quærentibus deſperationem obiicere: cui enim curationis adempta ſpes eſt, is planè morbi ſeruus efficitur, tum ab omni alienũ eſt ſcripturarũ noſtrarũ promiſſione: in quibus, ſi diligenter explores, nihil tam graue reperitur, quod non & gratia condonet, & miſericordia curet, atque expiet. Quis autẽ adeò ſurdus, qui verba Iob non exaudiuerit, clara voce ſic omnes alloquẽtis? Nemo mundus à ſorde, ne infans quidem, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram? Quanquam quis eſt tam frugi, qui tam modeſtè ſe gerit, qui ſi modo ſapiat, cum rationem totius vitæ ſuæ redditurus ſit, idque in Dei iudicio conſtitutus, ſuperuacaneum putet, alteri ignoſcere, & miſericordiam impertiri?

κ. ἄλλως οἰκονομικὸν

A συναστρεφόμενον, καὶ τοῖς οὐδέπω κεκαθαρμένοις συνδιαιτώμενον, οὐχ ἵνα τι προσλάβῃ τῆς ἐκείνων κακίας· ἀλλ' ἵνα μεταδῷ τῆς οἰκείας δικαιοσύνης κατὰ τὴν ἡλιακὴν ταύτην τῶν φαινομένων ἐνέργειαν (ὅσον ἀπὸ τοῦ κτίσματος παραστῆσαι τοῦ κτίστου, τὴν πρόνοιαν) ἴσμεν μὲν γὰρ ὅτι καὶ ὁ ἥλιος οὐ τὰς ἡπλωμένας μόνον ἐπιλάμπει χώρας, ἀλλὰ καὶ ὅσαι κοιλότεραι καὶ τὰς ἀντρώδεις ἔλαχον θέσεις. παυσώμεθα τοίνυν εἴ τινες οὕτως φρονοῦμεν, ὡς ὁ λόγος φησί· μιμησώμεθα δὲ τοῦ δεσπότου τὸ ἵλεως, καὶ φιλάνθρωπον, B τοῖς ταπεινοῖς διὰ τοῦτο συγκαταβαίνοντες· οὐχ ἵνα ἑαυτοῖς κειμένοις συνταπεινωθῶμεν, ἀλλ' ἵνα κἀκείνους ὑψώσωμεν· οἷα κολυμβηταί τινες ἔφυδροι τοὺς πνιγομένους πρὸς τὸν ζωτικὸν ἀέρα τοῦτον ἀνέλκοντες.

Ἐπειδὴ δὲ πρὸς ἀρίστην νόησιν τὸ εὐαγγελικὸν γράμμα χειραγωγεῖ, φέρε πρὸς τὸν ἐμπεσόντα σκοπὸν ἑαυτοὺς ἀποτείνωμεν. θαυμάζω σφόδρα τοὺς τὴν ἐμπαθῆ ταύτην καὶ φιλήδονον περικειμένους σάρκα, ἡττωμένους δὲ καθημέραν ὕπνου καὶ γαστρός· οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἄλλων ἐρεθισμῶν ἀπείρως ἔχοντας, C τῶν ἴσων γνώριμοι πᾶσιν ἡμῖν τοῖς μιᾶς τῆς καὶ τῆς αὐτῆς κοινωνοῦσι φύσεως, ὅπως εἰσὶ σκληροὶ δικασταὶ τῶν ἁμαρτανόντων καὶ ἑαυτῶν συγγνώμονες· ἀσθενεῖς ἀγωνισταὶ καὶ ἀπαραίτητοι νομοθέται. ὡς καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας αἱρεῖν τὴν ἐλπίδα· καὶ ἀποφράττειν ὡς νομίζουσι τὴν ἄφθονον τοῦ ἐλέους πηγήν. καὶ μετὰ πολλῆς δὲ τῆς αὐθεντείας, ἀποκλείειν τοῖς πλανηθεῖσι τῆς βασιλείας τὴν εἴσοδον. τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ καὶ νομικὸν ἀπόγνωσιν ἐμποιεῖν ψυχαῖς ἰατρείαν ζητούσαις. ὁ γὰρ τῆς θεραπείας ἀπελπίσας, δοῦλος γίνεται D καθάπαξ τῆς νόσου· καὶ περί γε πάσης τῆς τῶν ἡμετέρων γραφῶν ἐπαγγελίας ἀλλότριος· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ τῷ συνετῶς ἐξετάζοντι τοιοῦτον, ὃ μὴ χάρις δωρεῖται, καὶ θεραπεύει συγγνώμη. καὶ τίς οὕτως ἀπόκωφος καὶ ἀνήκοος τῶν λόγων τοῦ Ἰὼβ διαρρήδην πρὸς πάντας ἐκβοῶντος; ὅτι οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου ἡμέρα. οὐδ' ἂν μία ἡ ζωὴ αὐτοῦ. τίς δ' ἂν σωφρονῶν τοσοῦτον φρονήσειεν, ὃς ὑποκείμενος εὐθύναις· καὶ ταύταις ἐν δικαστηρίῳ Θεοῦ· περιττὸν οἴεσθαι συγγνώμην καὶ ἀργὸν τὸν ἔλεον.

Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὸ ἀκρότατον δικαιοσύνης καὶ ἀκριβείας ὕψος ἐληλακότες, πατήσαντες δὲ ἀληθῶς κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων. νικηταὶ δὲ καὶ στεφανῖται κατὰ τῆς ἁμαρτίας ἀνηγορεύθησαν· οὐδ' οὕτως ἐχρῆν πρὸς τὴν οἰκείαν ἀνδρείαν καὶ τὸν ἄλλων ἁπάντων κανονίζειν τὸν βίον· ἀλλὰ τῆς μὲν ἰδίας εὐδοκιμήσεως τῷ δεδωκότι Θεῷ τὴν χάριν ὁμολογεῖν, ὅτι καὶ φύσιν ἡγεμονικῶς ἐνίσχυσαν καὶ πειρασμῶν Σατανικῶν οὐκ ἐγένοντο χείρους· τοῖς δὲ ἀσθενήσασιν ὀρέγειν φιλανθρωπίας δεξιάν, καὶ ἀνεγείρειν ἐκ τοῦ πηλοῦ καὶ καθαίρειν ἐκ τῶν μολυσμάτων. διπλοῦν γὰρ ἂν οὕτως τὸν ἔπαινον ἤραντο, τῆς τε ἰδίας ἀνδραγαθίας ὁμοῦ καὶ τῆς φιλαδέλφου καὶ χρηστῆς συμπαθείας τὰ γέρα λαμβάνοντες. νυνὶ δὲ ἄνθρωποί τε ὄντες τῶν χαμαὶ ἐρχομένων, καὶ ζῶντες βίον οὐ τὸν ἀγγελικὸν καὶ ἐγγὺς τῶν ἀσωμάτων, ἀλλὰ τοιοῦτον, οἷον ἄν τις καὶ ὑπ' εὐθύνας ἀγάγοι καὶ σκώψειεν· δικάζουσιν αὐστηρῶς, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς αὐθεντείας τὴν κατακρίνουσαν φέρουσι ψῆφον· ὡς ἐμὲ πολλάκις ὑπὸ τοῦ τύφου καὶ τῆς ἀλαζονείας ἀποπνιγόμενον εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῖς τὰς εὐαγγελικὰς ῥήσεις· ὅτι τὰς δοκοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις ὀφθαλμοῖς μὴ βλέποντες, τῶν ἀλλοτρίων ὄψεων ἀποφυσᾶτε τὰ κάρφη· καὶ τὰ βαρύτατα φορτία τοῖς ἄλλοις δεσμεύοντες, περινοστεῖτε βαρεῖς κριταὶ καὶ ἀσθενεῖς ἀχθοφόροι, τὸ βῆμα τοῦ Χριστοῦ προλαμβάνοντες, καὶ τοῦ κριτοῦ τὴν ἀπόφασιν προαρπάζοντες. δοῦλοι καταφρονηταί, καὶ ἀπαραίτητοι τῶν ὁμοδούλων κριταί.

Εἰ ζηλοῦτε Θεόν, ὡς κατ' εἰκόνα κτισθέντες, μιμήσασθε ὑμῶν τὸν ἀρχέτυπον· ὦ Χριστιανοὶ τὸ φιλάνθρωπον ὄνομα, ζηλώσατε τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀγάπην· ἀποβλέψατε πρὸς τὸν πλοῦτον τῆς ἐκείνου φιλανθρωπίας. μέλλων γὰρ ἀνθρώποις ἐπιφαίνεσθαι δι' ἀνθρώπου προκαθῆκε μὲν τὸν Ἰωάννην, μετανοίας κήρυκα, μεταμελείας εἰσηγητήν, καὶ πάντας πρὸ Ἰωάννου προφήτας ἐπιστροφῆς διδασκάλους. εἶτα καὶ αὐτὸς μετ' ὀλίγον ἐπιφανείς, οἰκείᾳ φωνῇ βοᾷ αὐτοπροσώπως. δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. τοὺς δὲ τῇ κλήσει πεισθέντας πῶς ὑπεδέξατο; ἄπονον ἔδωκεν τῶν ἁμαρτημάτων τὴν

Quod ſi ad ſummum iuſtitiæ probitatiſque faſtigium perueniſſent, adeò, vt, quemadmodum ſcriptum eſt, ſuper ſcorpiones, atque ſerpentes calcarent, pronunciatique eſſent victores, & de peccato triumphum reportaſſent: non tamen deberent aliorum omniū vitam ad fortitudinis ſuæ regulam dirigere, & explorare, ſed virtutem propriam acceptam referentes ei, cuius beneficio & munere adiuti vitam ſapiēter inſtituentes, aduerſarii tentationibus non ſuccubuiſſent, imbecillioribus afflictiſquē fraternæ benignitatis dexteram porrigere, eoſq; à peccati luto & inquinationibus eripere, atq; excitare. Hoc enim pacto duplicē laudē aſſecuti, tū propriæ fortitudinis, tum fraternę humanitatis, miſericordiæ præmia reciperent. Nunc autē cū homines ſint ex eorū numero, qui humi repunt, vitamque degant non Angelorū, & cœleſtiū illarum mētium, quæ corpore carent, vitæ ſimilem, ſed talem, quæ in iudicium vocari atque redargui poſſit: ſeueros & acerbos ſe iudices præbent, contractóque ſupercilio ſententiam ferunt, & damnant: vt eorum ſuperbia arrogātiaque commotus cogar eos Euangelii verbis compellare: *Matth. 7.* qui cum trabes propriis in oculis exiſtentes non cernant, ex aliorum oculis velint feſtucas eiicere: cumque grauiſſima onera cæterorum humeris imponant, ſeueri iudices incedunt: & cum imbecilles ipſi onus ſuum ferre nō poſſint, Chriſti tribunal præoccupant, & iudicis ſententiam præripiunt. Serui contumaces, qui conſeruis immites ſe, atque inexorabiles præbent.

Si Deum cupitis æmulari, quod ad eius imaginem facti ſitis, exemplū ipſius imitamini. Vos, qui Chriſtiani eſtis, qui nomine ipſo humanitatem profitemini, inflammini Chriſti charitatem. Benignitatis eius diuitias conſiderate, qui cum per hominem ad homines venturus eſſet, præmiſit Ioannem pœnitentiæ præconem & ducem, & ante Ioannem Prophetas omnes, qui docerent homines, vt reſipiſcerent, vt redirent in viam, & ad meliorem frugem ſeſe conuerterent. Mox ipſe veniens ore proprio clamabat ex perſona ſua, *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* *Matth. 11.* Quomodo autem vocem ſuam audientes accepit? facilem eis peccatorum veniam

A largitus eſt, celeriter ipſos & momento temporis ab iis, à quibus angebantur, liberauit: Verbum ſanctos reddidit, Spiritus confirmauit, vetus homo in aqua ſepultus eſt, nouus generatus, gratia floruit. Quid deinde conſecutum eſt? qui inimicus fuerat, amicus euaſit: qui alienus, filius: qui profanus, ſacer ac pius. Is ergo, qui tam magnificis & incredibilibus affectus muneribus, benignum ac liberalem largitorem ingratus offendit, à nobis quidem doctoribus ſeueriſque iudicibus ſtatim indicta cauſa ad cruciatum raperetur, præſentiq; priuatus vita in altera ſupplicium inueniret. Verum

B Ezech.18. quoniam alius iudicii Dominus, qui in infinita millia millium miſericordiam tribuit, nec vult mortem peccatoris, ſed expectat, vt reſipiſcat: eo fit, vt ne illi quidem, qui priorem gratiam contumelioſius abiecerunt, merito afficiantur ſupplicio: ſed à poſteriore miſericordia prior excipiatur, & obliuio cum venia coniungatur, vt lacrymarum effuſio lauacri vim habeat, genitúſq; reducat gratiam, quæ pauliſper receſſerat. Si orationi noſtræ fidem non habes, Petrum

Matth.16. in ædibus principis ſacerdotum interroga, & dicet tibi, quo modo abnegationis peccatum amarè lugens expiauerit, nec in Simonem mutatus ſit, ſed Petrus permanſerit Apoſtolus.

C Ego autem & Iudam Iſcariotam exiſtimo, niſi ſui ipſius carnifex eſſe properaſſet, facinus ſuũ grauius putans, quàm vt ſibi poſſet ignoſci, ſed ſupplex veniã petiiſſet, eius miſericordiæ, quæ per orbem erat diffuſa, non fuiſſe expertem futurum: cui quidẽ rei teſtimonio ſunt Iudæi illi, qui cum Chriſtum cruci ſuffixiſſent, credentes, baptiſmo mentes ſimul & manus abluerunt. Quod ſi illi, qui Chriſtum in crucem egerant, miſericordiam ſunt conſecuti, & ipſe profectò, qui illum prodiderat, veniam impetraſſet. Et Paulus aliquando Chri-

D ſtianos vinxit, ſed idem ipſe poſtea pro Chriſto cathenas geſtauit, eodémque cruciatus genere crimen diſſoluit. peccauit, cum Stephanũ lapidibus peteret,

Matth.9. Luc.19. & eius interfectoribus aſſentiret, poſt autem ipſe quoq; lapidibus cæſus peccatũ aboleuit. Matthæus & Zacchæus olim fuerunt publicani, ſed mox menſa publicanorum contempta, alter eorum domo atque animo ſuo Ieſum ſuſcepit, alter rerum admirabilium promulgator

A ἄφεσιν, ἀκαριαίαν καὶ σύντομον τὴν τῶν λυπούντων ἀπαλλαγήν· λόγος ἡγίασε, πνεῦμα ἐσφράγισεν· ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος ἐνετάφη, ὁ νέος ἐτέχθη, ἀνηβήσας τῇ χάριτι. τί τὰ ἑξῆς; ὁ ἄνθρωπος οἰκεῖος, ἀντὶ ἀλλοτρίου, υἱὸς ἀντὶ ξένου, μύστης ἐκ βεβήλου· ἅγιος ἐξ ἀσεβοῦς. ὁ τοίνυν ταῖς οὕτως μεγαλοπρεπέσι καὶ ἀνυπερβλήτοις δωρεαῖς πλουτισθεὶς, ἁμαρτὼν εἰς τὸν φιλότιμον καὶ ἀγαθὸν εὐεργέτην, παρὰ μὲν ὑμῖν τοῖς δυσκόλοις καὶ ἀμειλίκτοις δικασταῖς εὐθὺς μήτε λόγου μεταλαβών. πάντως ἂν ἐπὶ τὸν ὄλεθρον ἤχθη. καὶ τῆς ἐνθάδε ζωῆς ἀποχωρήσας, καὶ τὴν ἐκεῖ κολαζόμενος.

B ἐπεὶ δὲ ἄλλος ἐστὶν ὁ τῆς ψήφου κύριος, ὁ ποιῶν τὸ ἔλεος εἰς χιλιάδας καὶ μυριάδας, καὶ μὴ θέλων τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀναμένων δὲ τὴν ἐπιστροφήν, οὐδὲν οὕτως οἱ τὴν προτέραν χάριν ὑβρίσαντες ἐτιμωρήθησαν. ἀλλὰ πάλιν δεύτερος ἔλεος καὶ ἀκολουθεῖ τῷ προτέρῳ· καὶ ἀμνηστίᾳ συγγνώμη συνάπτεται· καὶ δάκρυον στάζον ἰσοδυναμεῖ τῷ λουτρῷ, καὶ στεναγμὸς ἐπίμοχθος, ἐπανάγει τὴν χάριν πρὸς ὀλίγον ἀναχωρήσασαν. εἰ ἀπιστεῖς τῷ λόγῳ, Πέτρον ἐρώτησον ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ ἀρχιερέως καθήμενον, καὶ λέξει σοι, ὅπως τὸ παράπτωμα τῆς ἀρ-

C νήσεως πικρῶς ὀδυράμενος ἐκαθάρθη· καὶ οὐκ ἀνέλυσεν εἰς τὸν Σίμωνα, ἀλλὰ Πέτρος διέμεινεν ὁ ἀπόστολος.

Ἐγὼ δὲ νομίζω, ὅτι καὶ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἰ μὴ ταχέως αὐτὸς ἑαυτοῦ ἐγένετο δήμιος, ἀσύγγνωστον κρίνας τὴν ἁμαρτίαν, προσαιτῶν δὲ τὸ ἔλεον ᾔτησεν· οὐκ ἂν τῶν οἰκτιρμῶν τῶν πάσης ὑπερχεομένων τῆς οἰκουμένης ἠστόχησεν. τεκμήριον δὲ τοῦ λόγου πάντες Ἑβραῖοι οἱ μετὰ τὸν σταυρὸν πιστεύσαντες, καὶ τῷ λουτρῷ τὰς ψυχὰς ὁμοῦ καὶ τὰς χεῖρας νιψάμενοι. εἰ δὲ οἱ σταυρώσαντες ἠλεήθησαν, πῶς οὐκ ἂν ὁ προδοὺς τῆς ἀμνη-

D στίας ἀπήλαυσεν· ἐδέσμει ποτὲ καὶ Παῦλος Χριστιανούς, ἀλλὰ βαστάσας ὕστερον ἁλύσεις ὑπὲρ Χριστοῦ, ἐκ τῆς ταυτοπαθείας ἔλυσε τὰ ἐγκλήματα· ἥμαρτε λιθάζων Στέφανον καὶ συνευδοκῶν τοῖς φονεύουσιν· ἀλλὰ λιθασθεὶς ἐξήλειψε τὸ πλημμέλημα. ἐτελώνουν ποτὲ Ματθαῖος καὶ Ζακχαῖος, ἀλλὰ τῇ καταφρονήσει τῶν χρημάτων τὴν τελωνείαν πατήσαντες, ὁ μὲν τῇ οἰκίᾳ τὸν Ἰησοῦν ἐδέξατο, καὶ τῇ ψυχῇ πλέον· ὁ δὲ

θαυμαστῶν

θαυμαστῶν πράξεων εὐαγγελιστὴς καὶ συγγραφεὺς ἀπεδείχθη. ὁ τελώνης, ὁ μετὰ τοῦ Φαρισαίου ἀνάγραπτον εἰς μνήμην, ἡ γυνὴ ἡ τὴν δραχμὴν ἀπολέσασα καὶ εὑροῦσα.

Ἐξ ἀρχῆς δὲ εἰς τέλος εἴ τις τοὺς ἀνθρώπους τοῦ βίου πάντας ἐν τοῖς καθεξῆς χρόνοις λογίσαιτο, τοὺς πολλοὺς εὑρήσει πρότερον μὲν ἐνσχεθέντας ἁμαρτήμασιν, εἶτα τῇ πρὸς τὸ κρεῖττον ῥοπῇ μετατιθεμένους τῆς γνώμης. Θεοῦ γὰρ οἰκεῖον καὶ μόνον ἐξαίρετον πλημμελείας χωρὶς πάντα κατορθοῦν. ἄνθρωπος δὲ ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν ἠγμένος, καὶ τοσούτων ὑπάρχων δεκτικὸς παθῶν· οὔ ποτ᾽ ἂν ἀκατηγόρητος διαχθείη περικοπείσης συγγνώμης· ἀπόβλεψον πρὸς τὸν Δαυὶδ τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραήλ, ὃν καθ᾽ ἐκλογὴν ἐχειροτόνησεν ὁ Θεός· ἐπαίνοις δὲ τοῖς τῆς μαρτυρίας ἐκόσμησεν λέγων· εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου Δαυὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί. οὗτος μετὰ τὴν λαμπρὰν μαρτυρίαν, οὗτος ἐπὶ τῷ πάθει τῆς σωμερασίας ἑάλω, καὶ περιέπεσεν ἐκείνοις οἷς γινώσκομεν ἅπαντες· ἦλθεν δὲ μετὰ τὸν ἔλεγχον τοῦ προφήτου εἰς ἀναλογισμὸν τοῦ κακοῦ, ἀνάγραπτον ἀφῆκεν τοῖς εἰς ὕστερον ἐσομένοις τῆς μετανοίας τὸν μόχθον. καὶ θεωροῦμεν, ὡς ἐν εἰκόνι, τῷ ψαλτηρίῳ τὸν μόχθον. νῦν μὲν ἐκτετηκόμενον τῇ λύπῃ τὸ σῶμα· αὖθις δὲ τὰς νύκτας καιρὸν θρήνων ποιούμενον, τὴν κοινὴν τῶν πόνων ἀνάπαυσιν· καὶ τῇ κλίνῃ τὸ δάκρυον ἐπιρρέοντα, ὡς ἐκ πηγῶν τῶν βλεφάρων, καὶ πάλιν ἡμῖν τὸν πεντηκοστὸν ψαλμὸν ἐκπονήσαντα, τύπον τοῦ ἱλασκομένου Θεόν. οὐ μὴν ὁ θρῆνος αὐτοῦ μάτην ἐξεπονήθη· ἀλλ᾽ οἱ βαρεῖς στεναγμοὶ τὸν ἔλεον ἐφελκύσαντο. ἀπέλαβε δὲ καὶ τῆς βασιλικῆς αὐθεντείας τὴν ἐξουσίαν· καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἱκεσίας τὴν παρρησίαν. ὁμοίως κἀκεῖνος ὁ τῆς Νινευὴ βασιλεύειν λαχὼν, τὸ μὲν πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν συνηλαύνετο πρὸς τὸν ὄλεθρον· ὁμοῦ τοῖς ἀρχομένοις λαοῖς, καὶ ὁ τῆς ἁμαρτίας ἔλεγχος εἰσῄζεν μετ᾽ ὀλίγον τὴν προθεσμίαν τῆς τιμωρίας ἐκήρυττεν. ἐπεὶ δὲ συνετῶς ἑαυτοὺς κακώσαντες, ἔφυγον τὴν πεῖραν τῆς συμφορᾶς. ἐλυπήθη μὲν ὅτι μὴ ἠλήθευσεν ὁ τῶν κακῶν προφήτης, καὶ πρὸς τὸν ἔλεον τοῦ Θεοῦ χαλεπῶς ἠγριχίσατο. ὁ δὲ πανταχοῦ καὶ διὰ λόγων καὶ πράξεων γνωρίζων ἡμῖν, ὅσην ἔχει τὴν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους εὐμένειαν. φύει μὲν τὴν κολόκυνθαν ὑπὲρ κεφαλῆς τῷ προφήτῃ σκέπην τῆς λυπούσης ἀκτῖνος.

A & ſcriptor effectus eſt. Oportet vt publicanum pariter & Phariſæum memoria teneamus, & mulierem illam, quæ drachmam amiſſam inuenit. Luc. 15.

Si quis homines, qui ſeculis omnibus ad hoc vſq; tempus extiterunt, vniuerſo animo complectatur, fuiſſe multos animaduertet, qui cum ſe prius flagitiis inquinaſſent, ad frugem bonam deinde redierunt. Illud enim Dei ſolius proprium eſt, vt ab omni peccato remotus omnia rectè gerat. Homo autem, qui ortum atque interitum ſubit, quiq; tam multis perturbationibus eſt obnoxius, B nūquā effugere poterit, quin accuſetur & cōdemnetur, ſi veniæ ſpes auferatur. Conſidera mihi Dauidē ipſum Iſraëlis Regem, quem Deus ſibi ſingularē elegerat, teſtimonioq; ſuo collaudarat, Inueni, inquiens, virū ſecundū cor meum. 2. Reg. 11. Hic poſt præclarum illud diuinæ laudis præconium mulieris pulchritudine captus, quib. ſe peccatis obſtrinxerit, omnes ſcimus. Attamen idem à Propheta reprehēſus admiſſum ſcelus agnouit, & pœnitentiæ modū poſteris ſcriptum reliquit. Quamobrem dolorē eius in libro C Pſalmorū tanquam in ſpeculo videmus expreſſum, vbi nunc luctu, & ſqualore corpus excruciat: nunc ſibi noctes ad lugendum præſcribit, quod quidē tempus communi laborantiū quieti datum eſt: nunc lacrymas è palpebris ſuis, tanquam è fontibus profundēs, lectulū irrigat, & quinquageſimū Pſalmū nobis elaborat, in quo Deū pœnitētia placādi exēplum effingitur. Neq; verò luctus ipſius inanis fuit. Sed graues eius gemitus miſericordiam inuenerūt, vt & imperii dignitate, & amicitia Dei liberè frueretur. Rex item ille Niniuitarū multitudine pecca- Pſal. 6. D catorū ad exitiū contendebat, vna cum populis, quibus imperabat. Et is, qui peccata ipſorū redarguebat, diem ſupplicio præfinitam denunciabat appropinquare. Cumque prudenter illi ſemet affligentes calamitatem effugiſſent, dolebat Propheta, quod mala, quæ prædixerat, nō eueniſſent. Deiq; cōmiſerationem iniquo animo ferebat. At ille, qui vbiq; tū verbis, tum factis indicat, quanta homines beneuolentia complectatur, fecit, vt cucurbita naſceretur, quæ caput eius ab iniuria ſolis defenderet: Ionæ 3.

A Sub vmbra autem ipſius eo dormiente ſtatim exaruit. Qui cum experrectus rem ægrè ferret, reprehenditur, quod, cum ipſe virgultum exaruiſſe indignetur, nolit Deum propinquo tantæ ciuitatis interitu commoueri? (Ionæ. 4.)

Vos igitur, qui duri eſtis atq; immites, eius qui nos procreauit, benignitatẽ & clementiã imitamini. Nolite vos in conſeruos veſtros præbere iudices acerbos, & graues, donec veniat ille, qui arcana cordium patefaciet, & poteſtate ſua cuique conuenientẽ ſtatum tribuet in vita, quam expectamus. Nolite triſtiores in alios, ac ſeueriores ſentẽtias ferre, ne iiſdem vos ſentẽtiis condẽnemini, & propriis verbis tanquam dentibus acutiſſimis configamini. B A quo quidem crimine videntur mihi ea Euangelii verba nos deterrere. Nolite iudicare, vt ne iudicemini. Quibus ſanè verbis non aufertur nobis facultas humanè benignéque iudicandi, ſed interdicitur, ne grauius & aſperius iudicando condemnemus. Leuiora igitur fac aliorum pondera, ne in eadem damnationis trutina actiones tuæ deprimantur, quando vita noſtra tanquam in lance Dei iudicio examinabitur. Tu, qui corpore indutus es, & in carne viuis, caue, ne medicæ artis curationem abiicias, & aſperneris. C Nam licet commoda fruaris valetudine, non tamen ſemper ita liber ab omni futurus es morbo, vt opera medici nunquam indigeas. Animum habes ad res terrenas caducaſque propenſum, quamdiu oblitus tui impletur corporis affectionibus. Proinde noli miſericordiam denegare, ne veniam ipſe non inuenias, quãdo ipſam deſiderabis. Sacerdos eſt aliquis, populique regendi munus ſortitus eſt: priuatorum caſus cõmiſereatur, memineritque, ſe quamuis dignitate præſtet iis, quos gubernat, D ac regit, naturam tamen eandem habere, ideoque poſſe aliquando fortaſſe in eoſdem errores incidere.

Quæ cũ Moſes non ignoraret, quippe & homo erat, & hominis naturam perſpectam & cognitã habebat, conſtituit, vt pro ſacerdote vitulus immolaretur, peccante nimirũ & ipſo expiationibus pluribus indigente. Quod autem tunc erat in carne vitulus, idẽ nunc eſt incorporea pœnitẽtia, incruẽtaq; deprecatio:

A ὑποκαθεύδοντος δὲ τῇ σκιᾷ ἀθρόον ἀποξηράνας αὐτήν. εἶτα ὡς δυσκόλως εἶχεν ἀφυπνώσας πρὸς τὸ συμβάν· ὀνειδίζεται καὶ μέμφεται. εἰ μὲν οὕτως ἐμπαθῶς ἐπισυννάζοι τῷ μαραινόντι λαχάνῳ, ὁ δὲ Θεὸς οὐκ ἂν ἐπεκλάσθη τηλικαύτῃ ἐγγὺς ἐλθούσῃ κινδύνου;

Μάθετε οὖν οἱ σκληροὶ καὶ δυσμείλικτοι τὴν τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς χρηστότητα, καὶ μὴ γίνεσθε τῶν ὁμοδούλων πικροὶ καὶ βαρεῖς δικασταί, ἄχρις ἂν ἀφίκηται ὁ τὰ κρυπτὰ τῶν καρδιῶν ἀποκαλύπτων· καὶ κατ' ἐξουσίαν δεσποτικὴν ἑκάστῳ τῆς προσδοκωμένης ζωῆς ἀποκληρῶν τὴν κατάστασιν· B μὴ σκυθρωπὰς ἐκφέρετε τὰς ἀποφάσεις· ἵνα μὴ ταῖς ὁμοίαις ὑποβληθῆτε· καὶ τῷ οἰκείῳ στόματι τοῖς λόγοις ὡς ὀδοῦσιν ὀξυτάτοις περιπαρῆτε. δοκεῖ γάρ μοι καὶ ἡ εὐαγγελικὴ πρόρρησις τούτου προφυλακτικὴ τυγχάνειν τοῦ πλημμελήματος λέγουσα· μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. οὐ γὰρ τὴν κρίσιν καὶ τὴν εὐγνωμοσύνην ἐκβάλλει· κρίσιν δὲ ὀνομάζει τὴν τραχυτέραν κατάκρισιν. ποίησον οὖν, εἰ δοκεῖ, κοῦφον τὸ σταθμίον, εἴ που βούλει μὴ πρὸς τὴν κατακρίνουσαν πλάστιγγα καὶ τὰς σὰς πράξεις καθελκυσθῆναι· ὅταν ὁ βίος ἡμῶν, ὡς ἐν ζυγῷ, C τῇ κρίσει τοῦ Θεοῦ ταλαντεύηται. σῶμα περικείμενος καὶ διαζῶν ἐν σαρκί, μήποτε ἀπελάσῃς τοῦ βίου τὴν ἀπὸ ἰατρικῆς θεραπείαν. κἂν γὰρ ἐπὶ πλεῖστον ὅσον εὐεξίᾳ τε καὶ ὑγείᾳ συζήσῃς· ἀλλ' οὐχ οὕτως διατελέσεις ἄνοσος, ὡς ἐν χρείᾳ μὴ γενέσθαι τῆς ἐπιμελείας τῶν θεραπόντων, καὶ ψυχὴν ἔχων κατακλινομένην πρὸς τὰ γήινα, ἕως ἂν ἑαυτῆς ἐπιλαθομένη τῶν προσπαθῶν ἐμπλησθῇ τοῦ σώματος, μὴ ἀφαίρει τὸν ἔλεον, ἵνα μὴ ἀμοιρήσῃς συγγνώμης· ὅταν αὐτῆς ἐπιδεὴς καταστῇς. D ἱερεύς τίς ἐστι, καὶ ἡγεμονεύειν ἔλαχε τοῦ λαοῦ· συμπαθῶν ὁράτω τῶν ὑπηκόων τὰ πταίσματα· εἰδὼς ὅτι κἂν ἡ τάξις τοῦ βίου διαφορὰν ἔχῃ πρὸς τοὺς πολλούς, ἀλλὰ τῇ φύσει τῶν ποιμαινομένων οὐδὲν διενήνοχεν, κοινωνῶν δὲ αὐτῆς ἴσως ποτὲ κοινωνήσει καὶ πλημμελήματος.

Ταῦτα καὶ Μωϋσῆς ἰδών· ἄνθρωπος γὰρ ἦν, καὶ τὴν φύσιν ἐγνώριζεν, τὸν μόσχον ὑπὲρ τοῦ ἱερέως ἱερουργεῖσθαι διέταξεν ἡμαρτηκότος πάντως καὶ καθαρσίων δεομένου καὶ πλειόνων. ὅπερ δὲ ἦν τότε ὁ ἔνσαρκος μόσχος, τοῦτο νῦν ἐστιν ἡ ἀσώματος μεταμέλεια, καὶ ἡ ἀναίμακτος δέησις·

ἧς ὑψηλολογούμενοι καὶ μεγαλαυχοῦντες, τὴν εὐεργεσίαν μὴ λύσωμεν· εἰδότες ὅτι καὶ Ἀαρὼν ὁ δοκιμώτατος ἱερεὺς τῷ λαῷ ζητοῦντι Θεοὺς συναπήχθη καὶ μετὰ τῆς ἀδελφῆς τῆς Μαρίας ἑάλω τῷ γογγυσμῷ· καὶ εἰ μὴ ὁ γογγυσθεὶς ἱκέτευσεν, οὐκ ἂν τὴν τιμωρίαν διέφυγεν. ἄλλος ἐστὶν, οὐχ ἱερεὺς· ἀλλὰ εἷς τῶν πολλῶν, φοβείσθω βαρὺν ἐπιθεῖναι ζυγόν. Εἰ γὰρ ὁ καθαίρειν τὸν λαὸν προβληθεὶς χρήζει καθαρσίων ἐνίοτε, τί ἂν πάθοι ὁ μηδὲ τῆς χειροτονίας ἔχων τὴν δύναμιν;

Μιμησώμεθα τὴν ποιμαντικὴν τοῦ δεσπότου. ἐγκύψωμεν τοῖς εὐαγγελίοις· καὶ ὥσπερ ἐν ἐσόπτρῳ τὴν ἰδέαν καταμάθωμεν τῆς ἐπιμελείας τε καὶ χρηστότητος. βλέπω γὰρ ἐκεῖ ἐν παραβολαῖς καὶ τοῖς ἐπισκιασμένοις τῶν λόγων ἄνδρα ποιμένα ἑκατὸν προβάτων. ὃς ἑνὸς θρέμματος ἀποχωρισθέντος τῆς ἀγέλης καὶ πλανωμένου, οὐ τοῖς ἐν τάξει καὶ ἀπλανῶς νεμομένοις παρέμεινεν· ἀλλ' ὁρμήσας ἐπὶ τὴν ζήτησιν, πολλὰς μὲν διώδευσε κοιλότητάς τε καὶ φάραγγας. μεγάλων δὲ καὶ ὑψηλῶν ὑπερανέβη σκοπέλων· καὶ ταῖς ἐρημίαις καρτερῶς ἐνεμόχθησεν, μέχρις ἂν εὗρεν. εὑρὼν δὲ οὐκ ἔπληξεν· οὐ μὴν οὐδὲ ἤλασεν σφοδρῶς ἐπείγων πρὸς τὴν ἀγέλην· ἀλλ' ἐπιθεὶς τῷ αὐχένι καὶ κομίσας μετὰ φειδοῦς· τοῖς συννόμοις ἀποκατέστησεν. χαίρων ἐπ' ἐκείνῳ πλέον, ἢ τῷ πλήθει τῶν ἄλλων. νοήσωμεν τοίνυν τὸ πρᾶγμα τὸ τοῖς αἰνίγμασιν ἐγκρυπτόμενον. τὸ γὰρ πρόβατον οὐκ ὄντως πρόβατον· καὶ ὁ ποιμὴν δὲ πάντως ἄλλο τι, οὐ μὴν ὁ τῶν ἀλόγων νομεύς· ἀλλ' ἐστὶν ὑποδείγματα ταῦτα τῶν ἱερέων παιδευτικά. ἵνα τῶν ἀνθρώπων μήτε προχείρως ἀπελπίζωμεν, μήτε καταρραθυμῶμεν κινδυνευόντων. ζητῶμεν δὲ τὸν ἐμπαθῆ, καὶ ἐπαναγάγωμεν εἰς τάξιν· καὶ χαίρωμεν τοῖς στρέφουσιν καὶ τῷ πληρώματι τῶν ὀρθῶς βιούντων ἀναμιγνύωμεν.

Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ τὸν ἱερέα προσῆκε ἀντὶ τῆς ἀποτομίας τὴν φιλανθρωπίαν ἀσκεῖν, ὥστε κἂν ὁ δεσπότης ἐκκόπτειν κελεύῃ τινὰ, ὡς φυτὸν ἄχρηστον, αὐτὸν, ὡς φυτοκόμον αἰτεῖν δεῖ τὴν φειδὼ καὶ ὑπέρθεσιν· τοῦτο γὰρ ἡμῖν παρίστησι τὸ νῦν τῆς ἀκάρπου συκῆς ὁ λόγος· ἣν ἐκτέμνειν θέλοντος τοῦ κυρίου διὰ τὴν ἀκαρπίαν, ὁ γεωργὸς ἱκετεύει, καὶ ἀναβολὴν αἰτεῖ καὶ ὑπέρθεσιν·

A qua quidem, cauendum eſt, ne elati, glorianteſque humanitatem, & beneficentiã repudiemus, cum ſciamus Aaron ſacerdotem illũ probatiſſimum, populo Deos flagitanti indulſiſſe, & temerè admodũ murmure captum eſſe. quod ſi is, qui murmurauerat, nõ ſupplicaſſet, ſupplicium non euaſiſſet. Alius autem non eſt ſacerdos, ſed vnus è populo, caueat ne grauius iudicando iugum ſubeat. Nam ſi is qui ad expiandum populum delectus eſt, indiget ipſe expiatione, quid fiet illi, qui eiuſmodi munus non ſuſtinet?

B Imitemur eam paſcendi ratiõe, qua Dominus vſus eſt. Euangelia contemplemur: ibique tanquã in ſpeculo, diligentiæ & benignitatis exemplum intuentes, eas perdiſcamus. Illic enim in parabolis adumbratiſq; ſermonibus video centum ouium hominẽ paſtorem, qui cum illarũ vna à grege diſceſſiſſet, & errabũda vagaretur, non manſit cũ illis, quæ ſeruãtes ordinem paſcebantur: ſed ad eam requirendam profectus, multas valles ſaltúſq; ſuperauit, magnos atque arduos montes tranſcendit, in ſolitudi- C nibus peragrando multo cũ labore tamdiu perueſtigauit, donec errãtem inuenit. Inuentam autẽ non verberauit, nec vrgendo vehemẽtius ad gregẽ compulit, ſed humeris ſuis impoſitã, & leniter tractans, ad gregẽ geſtauit, maiorem ex vna illa inuẽta, quam ex reliquarũ multitudine, lætitiã percipiens. Rem obſcuritate ſimilitudinis obuolutã, atq; recõditã cõſideremus. Ouis hæc nõ ouẽ omnino, nec paſtor ille planè paſtorẽ, ſed aliud quiddã ſignificat. His exẽplis ſacræ res continẽtur. Nos enim cõmonent, ne D homines pro perditis, ac deſperatis habeamus, néve eos in periculis verſantes negligamus, aut ſegnes ſimus ad ferẽdũ auxiliũ, ſed eos à recta viuẽdi ratione deflectẽtes, & errãtes reducamus in viam, eorũq; lætemur reditu, atq; ipſos cũ benè piéq; viuẽtiũ multitudine cõiũgamus.

Luc. 15.

Tam alienus autẽ à cædẽdi acerbitate ſacerdos eſſe debet, tanquã prõptus & paratus ad excolendã humanitatẽ, vt, etiãſi Dominus aliquẽ, vti plantã inutilẽ, exſcindere iubeat, ipſe tãquã inſitor debeat ſupplicare, vt ignoſcat parũper & ſentẽtiã differat. Sic enim monet oratio illa de ficu, quã vti ſterilẽ cũ Dominus vellet cõcidere, orat agricola, vt illi pauliſper parcat, vt morã aliquã interponat.

Ibidem.

aliquid enim bonæ ſpei in diligentia ſua reliquum eſſe. Noli igitur eſſe tam facilis ad amputandũ,& exſcindendũ,tu,qui Dominũ, ne id faciat, debes obſecrare, neq; tam celeriter deſperãdũ exiſtima. Diligentiã adhibeto: reprehenſionibus circumfodito: cohortationibus foueto, tanquã fimo: documentorũ,quaſi aquarum copia irrigato: præceptis, vt vallo cõmunito. Tuum eſto,placare iudicis animũ. Demus operam,vt eodẽ nomine, quo Dominus,appellemur: is enim dicitur conſolator, dum hominũ generi patrem propitiũ reddit. Quo quidẽ nomine vocatur etiã ille veritatis Spiritus,pro ſuo erga nos ſtudio atq; beneuolentia. Hæc autẽ deprecationis,& cõſolationis munera, pro peccatoribus ſuſcipiuntur omnino,nõ pro iis qui ſunt innocentes, & nullis criminibus obnoxii. Moſis curam, Sacerdos, & ſolicitudinẽ imitare, Imitare illius erga populum animi affectionem: qui Deũ obſecrans,ne populo, qui peccauerat,iraſceretur,cũ rem longius duci,nec ſibi id,quod petebat,concedi animaduerteret,ſupplicabat,vt ſibi ſaltem liceret ante decedere,ne eorum, quos pauerat, & gubernarat, interitum ſpectaret. Sed operæpretiũ eſt,vt verba ipſius in mediũ afferamus: obſecro, inquit, peccauit populus peccatũ magnũ, feceruntq; ſibi Deos aureos. Et nũc ſi dimittis eis peccatũ hoc,dimitte: Si minꝰ, dele me de libro, quẽ ſcripſiſti. Cernis, quomodo propriæ ſalutẽ multitudinis anteponit,cui niſi impetrat impunitatẽ, flagitat vt ipſe deleatur? Nunc autẽ qui acerbiores ſe peccatoribus præſtant,eos ad ſe accedentes propellunt, ſupplices proſtratóſque fugiunt,à lacrymantibus oculos remouent,& ſe totos auertunt.

Exod 32.

Luc. 15.

Cur igitur mihi Lucas, imò verò Spiritus ſanctus deſcripſit filiũ prodigũ,qui primũ diſceſſu ſuo ignominia Patrẽ affecit, deinde voluptatibus ebrietatique deditus, & fœminarũ amoribus captus, paternas omnes diuitias dilapidauit,atq; exhauſit? Poſt autẽ multo,cũ ſatis iam in miſeria verſatus eſſet, adeò vt ſubulcus effectus mercenarius, eodẽ, quo porci, veſceretur cibo: tandẽ aliquando reſipiſcẽs cum ad patriam domũ reuertiſſet, non auertit ſe Pater, nec reuerſum excluſit Filiũ. Quin etiã occurrit obuiam appropinquanti, & complexus eum,

Ἐν ταύταις ἦν γυνή τις τῶν εὐσχημόνων, πλούτῳ, καὶ γένει, καὶ τῇ τοῦ σώματος ὥρᾳ, καὶ τῇ λοιπῇ περιφανείᾳ περίβλεπτος, ἐν νεότητι γεγαμημένη· καὶ συνοικισθεῖσά τινι τῶν ἐπὶ μείζονος ἀξίας, καὶ βραχὺν συνοικήσασα χρόνον. καὶ ἐν νέῳ τῷ σώματι τῆς συζυγίας διαζευχθεῖσα, φύλακα, καὶ παιδαγωγὸν τῆς χηρείας τὴν μεγάλην Μακρίναν ποιησαμένη, συνοῦσα τὰ πολλὰ ταῖς παρθένοις, τὸν πρὸς αὐτὴν βίον, παρ' αὐτῆς ἐκδιδασκομένη, Οὐεστιανὴ ὄνομα τῇ γυναικί, ἧς ὁ πατὴρ εἷς ἦν, τῶν εἰς τὴν τῶν ὑπάτων συντελούντων βουλήν· πρὸς ταύτην εἶπον, ἀνεπίφθονον εἶναι νῦν γοῦν τὸν φαιδρότερον ἐπιβαλεῖν κόσμον τῷ σώματι, καὶ λαμπροῖς ὀθόναις κατακοσμῆσαι τὴν καθαρὰν ἐκείνην, καὶ ἀκηλίδωτον σάρκα· ἡ δὲ μαθεῖν, ἔφη, χρῆναι τί, τῇ ἁγίᾳ περὶ τούτων καλῶς ἔχειν ἐδοκιμάσθη· μὴ γὰρ εὐαγὲς εἶναι περὶ τὸ κεχαρισμένον αὐτῇ τι παρ' ἡμῶν γενέσθαι πάντως. πάντως δὲ ὃ τῷ Θεῷ φίλον τε, καὶ εὐάρεστον κἀκείνῃ καταθύμιον εἶναι.

Καὶ ἦν τις προτεταγμένη τοῦ χοροῦ τῶν παρθένων· ἐν τῷ τῆς διακονίας βαθμῷ, Λαμπαδία ὄνομα αὐτῇ· ἣ ἀκριβῶς ἔφη γινώσκειν, περὶ τῶν κατὰ τὴν ταφὴν δεδογμένων ἐκείνῃ· ἐπεὶ δὲ ἠρόμην αὐτὴν περὶ τούτων· παροῦσα γὰρ ἔτυχε τῇ βουλήσει, ἔφη, μετὰ δακρύων· τῇ ἁγίᾳ κόσμος, ὁ καθαρὸς βίος διεσπουδάσθη· τοῦτο καὶ τῆς ζωῆς ἐγκαλλώπισμα, καὶ τοῦ θανάτου ἐντάφιον ἐκείνης ἐστί· τὰ δ' ὅσα πρὸς καλλωπισμὸν σώματος βλέπει· οὔτε ἐν τῷ τῆς ζωῆς χρόνῳ προσήκατο, οὔτε εἰς τὴν παροῦσαν χρῆσιν ἐταμιεύσατο· ὥστε οὐδὲ βουλομένοις ἡμῖν ἔσται τι πλέον τῆς εἰς αὐτὸ τοῦτο παρασκευῆς, οὐ παρούσης.

A Diuinus ille animus vnum nobis lacrymarum tempus præſcripſit, id fieri iubens, cum vacaretis precationi: quod nunc etiam poteſtis efficere, lamentationis clamorem pia pſalmorum decantatione commutantes, hæc quam maximè poteram clara voce dicebam, vt ſuperarem ſtrepitum conquerentium, deinde cohortatus ſum eas, vt in proximam domum ſecederenr relictis duntaxat aliquibus quarum opera libentius illa, dum viueret, vtebatur.

In earum erat numero quædam fœmina nobiliſſima diuitiis & genere: B & corporis forma atque aliis nominibus illuſtris in ipſa adoleſcentia conſtituta. Hæc viro cuidam honeſtiſſimo in matrimonio collocata fuerat, ſed breui tempore cum illo vixerat. Quare coniugio liberata, viduitatis ſuæ cuſtodem ac magiſtram magnam Macrinam elegerat, & cum virginibus plurimum verſabatur, vt ab eis rectam & ex virtute viuendi rationem ediſceret. Veſtiana illi erat nomen, pater Araxius vocabatur, vnus è numero Senatorum magni conſilii: ad hanc ego, nunc quidem inquam, inuidioſum non erit, ſi C defunctæ ſplendidiorem adiecerimus ornatum, & puram illam immaculatámque carnem clarioribus veſtimentis induerimus. At illa intelligere reſpondit oportere, quídnam illi Sanctæ in hoc genere probatum foret: nihil enim à nobis geri fas eſſe contra voluntatem ipſius. Omnino autem quod Deo gratum acceptúmque eſſet, idem ei iucundum futurum.

Veſtiana fœmina nobiliſsima.

Erat quædam præfecta Virginum choro in miniſterii gradu nomine Lampadia, quæ eius ſententiam de D funerum pompis ſe planè ſcire dicebat. Hæc à me his de rebus interrogata (fortè enim intererat conſultationi) cum lacrymis reſpondens: integrè & purè viuendo, inquit, Sancta ſibi ornamentum parauit, quod & vitam ipſius decoraret & ſepulturam: nam quod ad corporis ornatum ſpectat, nec dum viueret accepit, nec in hunc vſum reſeruauit. Quare ne ſi velimus quidem, amplius licet, cum ad hanc rem non ſuppetat apparatus:

nihilne inquam reconditum eſt, quo A iuſta, & exequiæ poſſint adornari? Quid, inquit illa, reconditum narras? Quidquid reconditi eſt in manibus habes, ecce pallium, ecce capitis tegmen, & trita pedum calceamenta. Hæ ſunt opes, hæc ſupellex: nihil præter id quod cernis in arculis aut thalamis conditum latet. vnam diuitiarum ſuarum cellam nouerat, theſaurum cœleſtem: illic omnia collocauit, nihil reliquit in terra. Tum ego, quid inquam, ſi ad funus ornandum ex iis, quæ mihi parata ſunt aliquid proferam, num inconſultè factum exiſtimabit? id B præter ſententiam eius futurum ſe non arbitrari reſpondit: nam etſi viueret, duabus de cauſis, non repudiaret honorem tuum, vel propter ſacerdotii dignitatem quam ſemper venerata eſt, vel propter naturæ neceſſitudinem: neque alienum duceret id quod à fratre eſſet: idcirco manibus etiam tuis corpus vt curaretur mandauit.

Nota ſummam Macrinæ paupertatem.

Cum igitur ita viſum eſſet, & ſacrum illud corpus tegi veſtibus oporteret, C ſtudium inter nos diuidentes circa ipſam, alius aliud cogitabamus: & ego quidem iuſſi cuidam ex meis vt veſtem afferret: illa verò, qua de mentionem fecimus, Veſtiana propriis manibus ornans ſanctum illud caput, cum eius ceruici manum ſubmiſiſſet, Ecce, inquit, ad me reſpiciens, quale è collo ſanctæ monilis ornamentum pendet, & hæc dicens ſolutis ponè vinculis prætendit manu ferreum Crucis ſignum, & annulum quendam ex eadem materia; quæ D quidem vtraque tenui redimiculo appenſa * ſemper cordi adhærebant. Et ego, communis, inquam, ſit hæc poſſeſſio. Ac tu quidem habeas Crucis inſigne: mihi autem hæreditas annuli ſatis erit, ſiquidem in huius etiam pala Crux erat impreſſa. at cum mulier intuens rurſus ad me, In deligendo, inquit, non aberraſti, etenim excauatus eſt annulus ſub ipſa pala, ibique de ligno vitæ particulam conditam habet, quod ſuperadiacens pala ſimili nota ſignificat.

Ecce tibi ferreũ Crucis ſignum quod illa ſemper ad pectus habuit.

In ferreo annulo, particulã ligni vitæ, id eſt, S. Crucis apud ſe geſtauit.

A καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς ἀποκειμένοις εὑρεῖν, ἔφην, ἐγὼ τῶν ἐπικοσμῆσαί τι δυναμένων τὴν ἐκφοράν, ποίοις εἶπεν ἀποκειμένοις, ἐν χερσὶν ἔχεις πᾶν τὸ ἀπόθετον, ἰδοὺ τὸ ἱμάτιον, ἰδοὺ τῆς κεφαλῆς ἡ καλύπτρα· τὰ τετριμμένα τῶν ποδῶν ὑποδήματα· οὗτος ὁ πλοῦτος· αὕτη ἡ περιουσία. οὐδὲν παρὰ τὸ φαινόμενον ἐν ἀποκρύφοις ἀπόκειται, κιβωτοῖς τισιν, ἢ θαλάμοις ἠσφαλισμένον. μίαν ἀποθήκην ᾔδει τοῦ ἰδίου πλούτου τὸν θησαυρὸν τὸν οὐράνιον· ἐκεῖ πάντα ἀποθεμένη οὐδὲν ἐπὶ γῆς ὑπελείπετο. τί οὖν ἔφην B πρὸς ταύτην ἐγώ. εἰ τῶν ἐμοὶ πρὸς τὴν ταφὴν ἡτοιμασμένων προσαγάγοιμι, μή τι τῶν ἀβουλήτων αὐτῇ διὰ τούτου γενήσεται· οὐκ οἶμαι ἔφη, τοῦτο παρὰ γνώμην εἶναι αὐτῇ. προσίεσθαι γὰρ ἂν αὐτὴν καὶ ζῶσαν τὴν τοιαύτην παρὰ σοῦ τιμὴν κατ' ἀμφότερα, διά τε τὴν ἱερωσύνην, τὴν ἀεὶ τιμίαν αὐτῇ, καὶ διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως· μηδὲ γὰρ ἀλλότριον αὐτῆς τὸ τοῦ ἀδελφοῦ νομίσαι. διὰ τοῦτο καὶ ταῖς σαῖς χερσὶ περικοσμηθῆναι τὸ σῶμα διεκελεύσατο.

Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐδέδοκτο, καὶ ἔδει περιστεῖλαι C ταῖς ὀθόναις τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο σῶμα, διελόμενοι τὴν σπουδήν, ἄλλος ἄλλο τι περὶ αὐτὴν ἐπονούμεθα. καὶ ἐγὼ μὲν τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐμὴν τινὶ προσαγαγεῖν ἐνεκελευσάμην· ἡ δὲ μνημονευθεῖσα Οὐεστιανὴ τὴν ἁγίαν ἐκείνην κεφαλὴν ταῖς ἰδίαις χερσὶ κατακοσμοῦσα· ἐπεὶ κατὰ τὸν αὐχένα τὴν χεῖρα ἤνεγκεν, ἰδού φησι, πρὸς ἐμὲ βλέψασα, οἷος περιδέῤῥαιος κόσμος τῆς ἁγίας ἐξήρτηται. καὶ ἅμα τοῦτο λέγουσα, ἐκλύσασα τὸν δεσμὸν ἐκ τοῦ κατόπιν, προτείνει τὴν χεῖρα, καὶ δείκνυσιν ἡμῖν σιδηροῦ τοῦ σταυροῦ τὸν τύπον, καὶ δακτύ- D λιόν τινα, τῆς αὐτῆς ὕλης· ἅπερ ἀμφότερα λεπτῆς ὁρμιᾶς ἐξημμένα ἐπὶ τῆς καρδίας διαπαντὸς ἦν. καὶ ἐγὼ εἶπον, κοινὸν γενέσθω τὸ κτῆμα. καὶ σὺ μὲν ἔχε τὸ τοῦ σταυροῦ φυλακτήριον· ἐμοὶ δὲ ἀρκέσει ἡ τοῦ δακτυλίου κληρονομία· καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς τούτου σφραγῖδος, ὁ σταυρὸς ἐγκεχάρακται. ᾧ ἐνατενίσασα, φησὶ πάλιν πρὸς ἐμὲ ἡ γυνή· οὐκ ἀποσκοποῦσα γέγονε ἡ ἐκλογή σου δὲ τοῦ κτήματος. κοῖλος γάρ ἐστι κατὰ τὴν σφενδόνην ἐστὶν ὁ δακτύλιος, καὶ ἐν αὐτῷ ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς κατακέκρυπται· καὶ οὕτως ἄνωθεν ἡ σφραγὶς τῷ ἰδίῳ τύπῳ μηνύει τὸ ὑποκείμενον.

Ὡς δὲ τὸ περικαλυφθῆναι τῇ ἐσθῆτι τὸ καθαρὸν σῶμα καιρὸς ἦν· κἀμοὶ τὴν διακονίαν ταύτην ἡ ἐντολὴ τῆς μεγάλης ἐκείνης ἀναδεχθῆναι ἐποίει· παροῦσα τῷ ἔργῳ, καὶ συνεφαπτομένη ἡ τῆς μεγάλης ἐκείνης ἡμῖν κληρονομίας κοινωνήσασα, μὴ παραδράμῃς φησὶν ἀνιστόρητον τὸ μέγιστον τῶν ὑπὸ τῆς ἁγίας ταύτης κατορθωθέντων θαυμάτων. τί τοῦτο, ἔφην ἐγώ; ἡ δὲ μέρος τι τοῦ στήθους παραγυμνώσασα· ὁρᾷς ἔφη, τὸ λεπτὸν τοῦτο, καὶ ἀφανὲς ὑπὸ τὴν δέρριν σημεῖον· στίγματι προσέοικε διὰ λεπτῆς ῥαφίδος ἐγγενομένῳ. καὶ ἅμα τὸν λύχνον ἐγγύτερον ἐποίει τοῦ δεικνυμένου μοι τόπου. τί οὖν εἶπον θαυμαστόν. εἰ ἀφανεῖ τινι σημείῳ τὸ σῶμα κατὰ τοῦτο μέρος ἔστικται. καὶ τοῦτο, φησί, τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ βοηθείας μνημόσυνον τῷ σώματι ὑπολέλειπται. ἐπεὶ γὰρ ἐφύη ποτέ τι κατὰ τὸ μέρος τοῦτο πάθος ἀνιαρόν· καὶ κίνδυνος ἦν ἀνατμηθῆναι τὸν ὄγκον· ἢ πάντη καὶ πάντως εἰς ἀνήκεστον προελθεῖν τὸ κακόν, εἰ τοῖς κατὰ τὴν καρδίαν τόποις πλησιάσειεν· ἐδεῖτο μὲν ἡ μήτηρ, φησί, πολλά, καὶ ἱκέτευε προσδέξασθαι τοῦ ἰατροῦ τὴν ἐπιμέλειαν, ὡς καὶ ταύτης ἐκ Θεοῦ τῆς τέχνης, ἐπὶ σωτηρίᾳ φησὶ τῶν ἀνθρώπων καταδειχθείσης. ἡ δὲ τὸ γυμνῶσαί τι τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς ἀλλοτρίοις, τοῦ πάθους χαλεπώτερον κρίνασα, ἑσπέρας καταλαβούσης· ἐπεὶ τῇ μητρὶ τὴν συνήθη διὰ τῶν χειρῶν ὑπηρεσίαν ἐπλήρωσεν· ἐντὸς γενομένη τοῦ θυσιαστηρίου πάννυχιος προσανεῖχε τῷ Θεῷ τῶν ἰάσεων· καὶ τὸ ἀπορρέον τῶν ὀφθαλμῶν ὕδωρ πρὸς τὴν γῆν ἀναμίξασα, τῷ ἐκ τῶν δακρύων πηλῷ, φαρμάκῳ πρὸς τὸ πάθος ἐχρήσατο· τῆς δὲ μητρὸς ἀθύμως διακειμένης· καὶ πάλιν ἐνδοῦναι τῷ ἰατρῷ παρακαλούσης, ἀρκεῖν ἔλεγε, πρὸς θεραπείαν αὐτῇ τοῦ κακοῦ, εἰ τῇ ἰδίᾳ χειρὶ ἡ μήτηρ ἐπιβάλοι τῷ τόπῳ τὴν ἁγίαν σφραγῖδα. ὡς δὲ ἐντὸς ἐποιήσατο τοῦ κόλπου τὴν χεῖρα ἡ μήτηρ· ἐφ' ᾧ περισφραγίσαι τὸ μέρος, ἡ μὲν σφραγὶς ἐνήργει· τὸ δὲ πάθος οὐκ ἦν. ἀλλὰ τοῦτό φησι, τὸ βραχὺ σημεῖον. καὶ τότε ἀντὶ τοῦ φρικτοῦ ὤφθη ἕλκους, καὶ μέχρι τέλους παρέμεινεν. ὡς ἂν οἶμαι τῆς θείας ἐπισκέψεως μνημόσυνον εἴη πρὸς ἀφορμὴν καὶ ὑπόθεσιν τῆς διηνεκοῦς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαριστίας.

Ἐπεὶ δὲ πέρας εἶχεν ἡμῖν ἡ σπουδή, καὶ ἐκ

A Cæterum cum tempus poſceret vt caſtum corpus veſte tegeretur, quod quidem officium ex Magnæ mandato ad me pertinebat neceſſario, cumque præſens eſſet, ac ſimul contrectaret ea, quæ mecum magnæ illius hæreditatis particeps fuerat, Ne prætermiſeris, inquit, intueri rei admirandæ ab hac Sancta perfectæ magnitudinem, quidnam iſtud eſt, inquam? at illa partem pectoris denudans, vides hoc, inquit, tenue & obſcurum ſub collo ſignum (videbatur autem puncto ſimile tenui acu confecto) ſimúlque lucernam propius admouit ad locum mihi demonſtratum; quidnam, inquam, ad-
B mirandum, ſi tenue ſignum in hac parte eſt? & hoc, inquit, diuini auxilii in magnam Macrinam monumentum, in eius corpore relictum eſt. Etenim cum acerbè intumuiſſet olim hæc pars, & periculum eſſet ne tumor ſecandus eſſet, aut ne latius ſerpens malum fieret immedicabile, ſi ad loca cordis appropinquaſſet, rogauit ſæpius & obſecrauit mater, vt medici manum admitteret: & eam namque artem à Deo pro ſalute hominum oſtenſam eſſe: illa verò cum aliquam corporis
C partem alienis oculis aperire morbo ipſo grauiùs iudicaret, ad veſperam, cum ſolitam matri propriis manibus nauaſſet operam, in ſacellum ſanctiſſimum ingreſſa, totam noctem proſtrata curationum Deo ſupplicauit, & quæ ex oculis deffluebat, aquam cum terra commiſcens, lacrymarum lutum, morbo medicamentum adhibuit. Matri autem exanimata, hortantique vt medico vteretur, ſibi ad expellendum morbum, ſatis eſſe reſpondit, ſi manu ſua mater ipſa locum ſancto ſigno muniret. Quum igitur mater in ſinum eius manum intuliſſet, vt eam partem ſignaret, ſi-
D gnum quidem egit, morbus autem abiit: Sed hæc parua nota, loco horribilis tumoris apparuit, & ad finem vſque permanſit, vt eſſet, quemadmodum arbitror diuinæ opis indicium, quo ad agendas gratias Deo continenter moueretur.

Vide pudicitiam.

Vide efficaciã ſigni Crucis.

Poſteaquam ſtudio noſtro finem impoſuimus, & domeſticis copiis

corpus exornauimus, non decere dixit miniſtra illa corpus ad ſponſæ ſimilitudinem ornatum ante oculos virginum poni. Sed eſt, inquit, mihi ex veſtræ matris veſtimentis nigrum pallium, quod rectè, vt ego quidem ſentio, poterit ſuperiniici, ne externo & aduentitio iſto veſtitus ornatu pulchritudo hæc ſacra illuſtretur, quæ ſententia cum valuiſſet & pallium adiectum eſſet, ipſa tamen in amictu pullo, diuiſa vt arbitror potentia, & hanc corpori addente gratiam, ita ſplendebat, vt quemadmodum in quiete viſum oſtenderat, radij quidam planè ex eius pulchritudine elucere viderentur.

Splendor corporis eius exanimati.

Interim dum hæc agebamus & virginum cantu lamentationibus commiſto reſonabat locus, fama neſcio quomodo vndique diffuſa, omnes finitimi ad funus confluxerunt, adeò vt concurrentes veſtibulum non caperet: cum igitur nocturna peruigilatio vt in Martyrum celebritate, canendis Pſalmis perfecta eſſet, & crepuſculum confluentium vicinis è locis omnibus virorum & mulierum multitudo Pſalmorum decantationem fletibus interpellabat: ego autem quamuis propter calamitatem animo eſſem conſternatus, tamen ex rebus præſentibus, quoad fieri potuit, operam dedi, vt nihil in tali funere deſideraretur: itaque confluentem populum in genera diſtribuens, mulierúmque multitudinem admiſcens virginum choro, virorum autem turbam adſcribens Monachorum cœtui, vnum quendam ex vtriſque ſtudui aptum concinnumque tanquam in pſalmos canentium congreſſu, ex communi omnium concentu aptè coniunctum ordinem inſtituere. Verum cum paulatim progrederetur dies, & locus præ confluentium multitudine anguſtus redderetur, qui ei regioni præfectus erat Epiſcopus, Araxius nomine, (aderat enim cum vniuerſa multitudine ſacerdotum) præcepit, vt ſenſim præcederet tabernaculum. Nam & ſatis longum vix interuallum intercedebat: & multitudo alioquin ob motum incitatiorem impedimentum attuliſſet. Deinde omnes, quos in munere ſuo obeundo miniſtros habebat & adiutores vt ſua præſentia corpus decorarent, cohortatus eſt.

Vigiliæ in celebritate martyrum.

A τῶν ἐνόντων περιεκοσμήθη τὸ σῶμα, πάλιν, φησιν, ἡ διάκονος· μὴ πρέπειν νυμφικῶς ἐσταλμένην αὐτὴν ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν παρθένων ὁρᾶσθαι. ἀλλ' ἔστι μοι φησὶ τῆς μητρὸς τῆς ὑμετέρας τὸ φαιὸν πεφυλαγμένον ἱμάτιον· ὃ ἄνωθεν ἐπιβληθῆναι καλῶς ἔχειν φημί· ὡς ἂν μὴ τῷ ἐπιτάκτῳ διὰ τῆς ἐσθῆτος κόσμῳ, τὸ ἱερὸν τοῦτο κάλλος λαμπρύνοιτο. ἐκράτει τὰ δεδογμένα· καὶ τὸ ἱμάτιον ἐπεβλήθη· ἡ δὲ ἔλαμπε καὶ ἐν τῷ φαιῷ, τῆς θείας οἶμαι δυνάμεως, καὶ ταύτην προσθείσης τὴν χάριν τῷ σώματι· ὥστε κατὰ B τὴν τοῦ ἐνυπνίου ὄψιν ἀκριβῶς αὐγάς τινας ἐκ τοῦ κάλλους ἐκλάμπειν δοκεῖν.

Ὡς δὲ ἡμεῖς ἐν τούτοις ἦμεν· καὶ αἱ ψαλμῳδίαι τῶν παρθένων τοῖς θρήνοις καταμιχθεῖσαι περιήχουν τὸν τόπον, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν κύκλῳ πανταχόθεν ἀθρόως τῆς φωνῆς διαχυθείσης, πάντες οἱ περιοικοῦντες ἐπὶ τὸν τόπον συνέρρεον· ὡς μηκέτι τὸ προαύλιον ἱκανὸν εἶναι χωρεῖν τοὺς συντρέχοντας. τῆς οὖν παννυχίδος περὶ αὐτὴν ἐν ὑμνῳδίαις καθάπερ ἐπὶ μαρτύρων πανηγύρεως τελεσθείσης· ἐπειδὴ ὄρθρος ἐγένετο, τὸ μὲν πλῆθος τῶν ἐκ πάσης τῆς περιοικίδος συρ- C ρυέντων ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν, ἐπεθορύβει ταῖς οἰμωγαῖς τὴν ψαλμῳδίαν· ἐγὼ δέ, καίτοι κακῶς τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς συμφορᾶς διακείμενος, ὅμως ἐκ τῶν ἐνόντων ἐπενόουν, εἰ δυνατόν, μηδὲν τῶν ἐπὶ τοιαύτῃ κηδείᾳ πρεπόντων παραληφθῆναι. ἀλλὰ διαστήσας κατὰ γένος τὸν συρρέοντα λαόν, καὶ τὸ ἐν γυναιξὶ πλῆθος τῷ τῶν παρθένων συγκαταμίξας χορῷ· τὸν δὲ τῶν ἀνδρῶν δῆμον τῷ τῶν μοναζόντων τάγματι, μίαν ἐξ ἑκατέρων εὔρυθμόν τε, καὶ ἐναρμόνιον, καθάπερ ἐν χοροστασίᾳ τὴν ψαλμῳδίαν γενέσθαι παρεσκεύασα, διὰ τῆς κοι- D νῆς πάντων συνῳδίας εὐκόσμως συγκεκραμένην· ὡς δὲ προῄει κατ' ὀλίγον ἡ ἡμέρα καὶ ἐστενοχωρεῖτο πᾶς ὁ τῆς ἐσχατιᾶς τόπος τῷ πλήθει τῶν παρεστώτων· ὁ τῶν τόπων ἐκείνων διὰ τῆς ἐπισκοπῆς προεστώς, Ἀράξιος ὄνομα αὐτῷ· παρῆν γὰρ σὺν παντὶ τῷ τῆς ἱερωσύνης πληρώματι παρεγγύα ἠρέμα προεκάλει τὸ σκήνωμα· ὡς πολλοῦ τε ὄντος τοῦ μεταξὺ διαστήματος, καὶ τοῦ πλήθους πρὸς τὴν ὀξυτέραν κίνησιν ἐμπόδιον γινομένου· καὶ ἅμα ταῦτα λέγων προσεκαλεῖτο πάντας τοὺς τῆς ἱερωσύνης αὐτῷ συμμετέχοντας, ὡς ἂν δι' ἐκείνων κομισθείη τὸ σῶμα.

A Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐδέδοκτο, καὶ ἐν χερσὶν ἦν ἡ σπουδή· ὑποδὺς τὴν κλίνην ἐγώ, κἀκεῖνον ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος προσκαλεσάμενος. ἄλλων τε δύο τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τετιμημένων, τὸ ὀπίσθιον τῆς κλίνης μέρος ὑπολαβόντων, εἶχον τοῦ πρόσω ἐχόμενος βάδην ὡς εἰκός, καὶ κατ' ὀλίγον ἡμῖν γινομένης τῆς κινήσεως. τοῦ γὰρ λαοῦ περὶ τὴν κλίνην πεπυκνωμένου, καὶ πάντων ἀπλήστως ἐχόντων τοῦ ἱεροῦ ἐκείνου θεάματος, οὐκ ἦν ἐν εὐκολίᾳ τὴν πορείαν ἡμῖν διανύσασθαι· προηγεῖτο δὲ καθ' ἑκάτερον μέρος διακόνων τε, καὶ ὑπηρετῶν, οὐκ ὀλίγον πλῆθος στοιχηδὸν τοῦ σκηνώματος B προπομπεῦον, τὰς ἐκ κηροῦ λαμπάδας ἔχοντες πάντες· καὶ ἦν τις μυστικὴ πομπὴ τὸ γινόμενον. ὁμοφώνως τῆς ψαλμῳδίας ἀπ' ἄκρων ἐπὶ ἐσχάτους, καθάπερ ἐν τῇ τῶν τριῶν παίδων ὑμνῳδίᾳ, μελῳδουμένης. ἑπτὰ δὲ ὄντων, ἢ ὀκτὼ τῶν ἐν μέσῳ σταδίων ἀπὸ τῆς ἐσχατιᾶς ἐπὶ τὸν τῶν ἁγίων μαρτύρων οἶκον, ἐν ᾧ καὶ τὰ τῶν γονέων ἀπέκειτο σώματα· διὰ πάσης σχεδὸν τῆς ἡμέρας μόλις τὴν ὁδὸν διηνύσαμεν. οὐ γὰρ εἴα τὸ πλῆθος τό, τε συνερχόμενον, καὶ τὸ ἀεὶ προσγινόμενον, C κατὰ γνώμην τὴν πρόοδον γενέσθαι. ἐπεὶ δ' οὖν ἐντὸς τοῦ οἴκου κατέστημεν, ἀποθέμενοι τὴν κλίνην, τὰ πρῶτα εἰς προσευχὴν ἐτρεπόμεθα· ἡ δὲ εὐχή, θρήνων γίνεται ἀφορμὴ τῷ λαῷ. τῆς γὰρ ψαλμῳδίας κατασιγασθείσης· ἐπειδὴ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο πρόσωπον αἱ παρθένοι προσέβλεψαν· καὶ ἡ σορὸς ἤδη τῶν γονέων ἀπεκαλύπτετο, ἐν ᾗ καταθέσθαι διεγνωσμένον ἦν· μιᾶς τινος ἀτάκτως βοησάσης· ὅτι οὐκέτι μετὰ τὴν ὥραν ταύτην τὸ θεοειδὲς τοῦτο προσοψόμεθα πρόσωπον· ὡς καὶ αἱ λοιπαὶ παρθένοι τὸ ἴσον μετ' αὐτῆς ἐξεβόησαν, D σύγχυσις ἄτακτος, τὴν εὔτακτον ἐκείνην, καὶ ἱεροπρεπῆ ψαλμῳδίαν διέχεε. πάντων πρὸς τὴν τῶν παρθένων οἰμωγὴν ἐπικλασθέντων· μόγις δέ ποτε ἡμῶν τὴν σιωπὴν διανευόντων, καὶ τοῦ κήρυκος εὐχὴν ὑφηγουμένου, καὶ τὰς συνήθεις ἐκβοῶντος τῇ ἐκκλησίᾳ φωνάς, κατέστη πρὸς τὸ σχῆμα τῆς εὐχῆς ὁ λαός.

Καὶ ἐπειδὴ τὸ πρέπον ἡ εὐχὴ πέρας ἔλαβεν, φόβος μέ τις τῆς θείας ἐντολῆς εἰσέρχεται, τῆς κωλυούσης πατρὸς, ἢ μητρὸς ἀνακαλύπτειν ἀσχημοσύνην. καὶ πῶς ἔφην ἐγὼ ἔξω τοῦ τοιούτου γενήσομαι κρίματος ἐν τοῖς τῶν γονέων σώμασι βλέπων τὴν κοινὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως

A Cum autem hæc ita conſtituta ſtudioſè gererentur, ego feretrum ſubiens illum aduocaui, vt alteram partem ſuſtineret: poſteriores verò feretri partes ſubierunt alii duo de clero inſignes viri: ſenſim igitur procedebatur, cum & qui præibant pedetentim incederent, & nos item gradatim ſequeremur. Etenim cum frequens populus feretrum circumſtaret, nec tam mirabili & ſacro ſpectaculo poſſet expleri, nō erat facilè nobis iter facere, ex vtraque autem parte præcedebat non exiguus diaconorum miniſtrorúmque numerus, qui B omnes ordine progredientes, accenſos cereos manibus geſtabant. Quæ quidem pompa non carebat myſterio, cum à principio ad finem vſque decantatio Pſalmorum eadem voce triplicíque canentium ordine, ſicut ille trium puerorum cantus, abſolueretur. Porrò cum inter receſſum & ſanctorum Martyrum ædem, in qua parentum etiam corpora quieſcebant, ſeptem octóque intercederent ſtadia, totum propè diem in eo ſpatio conficiendo conſumpſimus: congredientium enim multitudo quæ aſſi- C duè magis augebatur, non ſinebat nos ex ſententia progredi. Sed vbi intra fores templi conſtitimus, demum, depoſito feretro, nos ad precationem conuertimus: quæ quidem precatio populo luctus materiam præbuit: Silentio enim Pſalmis canendis impoſito, cum ſacram illam virginis faciem adſpexiſſent, & parentum iam eſſet patefactus tumulus, in quem illam decreueramus inferre, vnáque earum nos poſt eam horam diuinum illud caput non amplius ſpectaturos perturbatius exclamante, & reliquis deinceps Virginibus eadē vocife- D ratione ſubſequentibus, incondita quædam confuſio, rectè conſtitutum & ſacrum illū Pſalmorum cantum eſt conſecuta: nam virginum luctu fracti omnium animi commouebantur. Itaque nobis nutu ſilentium imperantibus & præcone præeunte & ſolitas Eccleſiæ voces inclamante, vix tandem populus ſe ad precandum compoſuit.

Cæterum conuenienter facto precandi fine me timor quidam inuaſit conſiderantem præceptum illud, quo prohibemur patris aut matris turpitudinem aperire: & quomodo, inquam, hoc ego iudicium effugiam, ſi in parentū corporibus videro cōmunem humanæ naturę

Accenſi cerei geſtātur ad funus.

Canuntur Pſalmi Daniel. 3.

Leuit. 18.

turpitudinem, cùm veriſimile ſit ea collapſa diſſolutáque ad turpem & inconditam perueniſſe deformitatem. Hæc autem mihi cogitanti formidinem auxit indignatio Noë: Cuius hiſtoria me quid facto opus eſſet admonuit.

Gen. 9.

Priuſquam igitur corpora noſtris oculis eſſent expoſita, pura ſindone operta ſunt, nam cum operculum eſſet ſublatum ex vtraque parte ſumma, linteum iniectum eſt: quo linteo contectis parentum corporibus, ego & regionis Epiſcopus ille, cuius mentionem feci, corpus è feretro tollentes iuxta matrem appoſuimus, atque ita votum vtriuſque compleuimus: vno enim cõſenſu ſemper orauerant Deum, vt corporibus poſt mortem copularentur, vtque inter ipſas fuerat vitæ coniunctio, ne in ipſa quidem morte diſſolueretur.

Cum autem iuſtis legitimè peractis recedendum eſſet, proſtratus ad tumulum & puluerem oſculatus, triſtis & lacrymans diſcedebam, cogitans quanto bono vita eſſet orbata: cum mihi in ipſo itinere vir quidam illuſtris in re militari, qui in ciuitate Ponti, cui nomen Auguſtæ, dux exercitus erat, audita calamitate, atque ægrè ferens, cum ſubditis humaniter obuiam proceſſit. Erat enim nobis & ſanguinis & amicitiæ neceſſitudine coniunctus: hic mihi de ipſa miraculum narrauit, quod vnum adiungens hiſtoriæ faciam ſcribendi finem. Etenim cum lacrymis modum adhibentes, colloqui cœpimus, ille ad me, Audi inquit, quale quantumque bonum migrauit è vita atque ita ſermonem exorſus eſt.

Magna mihi vxorique meæ quondam cupiditas incidit videndi virtutis gymnaſium; Sic enim, inquit, locum illum in quo beatus ille animus degebat, appellandum eſſe arbitror: nobiſcum autem erat filiola cuius oculum ex peſtilenti morbo calamitas occuparat, adeo vt obducta tunica circa pupillam, contractóque albore

A ἀσχημοσύνην· διαπεπτωκότων, ὡς εἰκός, καὶ διαλελυμένων, καὶ εἰς εἰδεχθῆ, καὶ δυσάντητον ἀμορφίαν μεταβληθέντων. Ταῦτα δέ μοι λογιζομένῳ, καὶ τῆς τοῦ Νῶε κατὰ τοῦ παιδὸς ἀγανακτήσεως ἐπιτεινούσης τὸν φόβον, συμβουλὴ τοῦ πρακτέου ἡ ἱστορία τοῦ Νῶε.

Ἐπεκαλύφθη γὰρ σινδόνι καθαρᾷ, πρὶν ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν γενέσθαι τὰ σώματα τῇ τοῦ πώματος ἐπάρσει, καθ' ἑκάτερον ἄκρον τῆς σινδόνος ἀντισπώσης· καὶ οὕτως ἀποκρυφθέντων τῇ σινδόνι τῶν σωμάτων ἀράμενοι τῆς κλίνης τὸ ἱερὸν ἐ-
B κεῖνο σῶμα· ἐγώ τε, καὶ ὁ μνημονευθεὶς τῶν τόπων ἐπίσκοπος, τῇ μητρὶ παρακατεκλίναμεν κοινὴν ἀμφοτέραις πληροῦντες εὐχήν. τοῦτο γὰρ παρὰ πᾶσαν τὴν ζωὴν συμφώνως ἀμφότεραι τὸν Θεὸν ᾐτοῦντο. ἀνακραθῆναι μετὰ τὸν θάνατον ἀλλήλαις τὰ σώματα, καὶ τὴν κατὰ τὸν βίον ἐν τῇ ζωῇ κοινωνίαν, μηδὲ ἐν τῷ θανάτῳ διαζευχθῆναι.

Ἐπεὶ δὲ πάντα ἡμῖν τὰ ἐν τῇ κηδείᾳ νενομισμένα πεπλήρωτο, καὶ ἔδει πάλιν τῆς ἐπανόδου γενέσθαι, ἐπιπεσὼν τῷ τάφῳ, καὶ τὴν κόνιν ἀσπασά-
C μενος, εἰχόμην πάλιν τῆς ὁδοῦ κατηφής τε, καὶ δεδακρυμένος λογιζόμενος, ὅσου ἀγαθοῦ διεζεύχθη ὁ βίος· κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν ἀνήρ τις τῶν ἐν στρατείᾳ λαμπρῶν, στρατιωτικὴν ἡγεμονίαν ἔχων, τῆς ἐν πολίχνῃ τινὶ τῆς κατὰ τὸν Πόντον, ἣ Σεβαστόπολις ὄνομα, μετὰ τῶν ὑπηκόων ἐνδιαιτώμενος· ἀπήντησέ τε φιλοφρόνως κατ' αὐτὴν γενομένῳ· καὶ τὴν συμφορὰν ἀκούσας, καὶ χαλεπῶς ἐνεγκών· ἦν γὰρ δὴ τῶν ἐκ γένους ἡμῖν οἰκείων τε, καὶ ἐπιτηδείων. προσέθηκέ μοι τι διήγημα τοῦ κατ' αὐτὴν θαύματος· ὃ δὴ καὶ μόνον ἐγγράψας τῇ
D ἱστορίᾳ, καταπαύσω τὴν συγγραφήν. ἐπειδὴ γὰρ ἐπαυσάμεθα τῶν δακρύων, καὶ εἰς ὁμιλίαν κατέστημεν, ἄκουε, φησί, πρός με, λέγων ἐκεῖνος, οἷον, καὶ ὅσον ἀγαθὸν τῆς ἀνθρωπίνης μετέστη ζωῆς. καὶ ταῦτα εἰπὼν, οὕτως ἄρχεται τοῦ διηγήματος.

Ἐγένετό τις ἡμῖν ἐπιθυμία ποτὲ τῇ γαμετῇ καὶ ἐμοὶ καταλαβεῖν, κατὰ σπουδὴν, τὸ τῆς ἀρετῆς φροντιστήριον. οὕτω γὰρ οἶμαι χρῆναι, φησί, τὸν χῶρον ἐκεῖνον κατονομάζεσθαι, ἐν ᾧ τὴν διαγωγὴν εἶχεν ἡ μακαρία ψυχή· συνῆν δὲ ἡμῖν καὶ τὸ θυγάτριον· ἐν ᾧ τῆς ἐκ λοιμώδους ἀρρωστίας συνέβη περὶ τὸν ὀφθαλμὸν συμφορά· καὶ ἦν θέαμα εἰδεχθὲς, καὶ ἐλεεινὸν, παχυνθέντος τοῦ περὶ

τοῦ κόρην χιτῶνος, καὶ ἐκ τοῦ πάθους ἀπαλλαγέντος. ὡς δὲ ἐντὸς ἦμεν τῆς θείας ἐκείνης διαγωγῆς, διελόμενοι κατὰ γένος τὴν ἐπίσκεψιν τῶν ἐν τῷ τόπῳ φιλοσοφούντων, ἐγώ τε καὶ ἡ ὁμόζυγος· ἐγὼ μὲν ἐν τῷ ἀνδρῶνι, ἤμην, ὧν καθηγεῖτο Πέτρος ὁ σὸς ἀδελφός· ἡ δὲ τοῦ παρθενῶνος ἐντὸς γενομένη τῇ ἁγίᾳ συνῆν· συμμέτρου δὲ διαγενομένου ἐν τῷ μεταξὺ διαστήματος καιρὸν εἶναι τοῦ ἀποχωρεῖν τῆς ἐσχατιᾶς πάλιν ἐκρίναμεν· καὶ ἤδη πρὸς τοῦτο ἦν ἡμῖν ἡ ὁρμή. σύμφωνος δὲ παρ' ἑκατέρων ἡ περὶ ἡμᾶς φιλοφροσύνη ἐγίνετο. ἐμοί τε καὶ ὁ σὸς ἀδελφὸς μένειν ἐνεκελεύετο, καὶ μεταλαβεῖν τῆς φιλοσόφου τραπέζης· ἥ τε μακαρία τὴν ἐμὴν γαμετὴν οὐ μεθίει, ἀλλ' ἐν κόλποις ἔχουσα τὸ θυγάτριον· οὐ πρότερον ἔλεγεν ἀποδώσειν, πρὶν τράπεζαν αὐτοῖς παραθεῖναι, καὶ τῷ τῆς φιλοσοφίας δεξιώσασθαι πλούτῳ· φιλοῦσα δὲ οἷα εἰκὸς τὸ παιδίον, καὶ προσάγουσα τὸ στόμα τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἐπεὶ εἶδε τὸ περὶ τὴν κόρην πάθος· ἐάν μοι φησὶ δῶτε τὴν χάριν, καὶ τῆς τραπέζης ἡμῖν κοινωνήσητε, ἀντιδώσω μισθὸν ὑμῖν τῆς τοιαύτης τιμῆς οὐκ ἀνάξιον. τίνα δὲ τοῦτον εἰπούσης τῆς τοῦ παιδίου μητρὸς, ἔστι μοι φάρμακον ἡ μεγάλη φησίν· ὃ δυνατῶς ἔχει τὸ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἰάσασθαι πάθος. ἐπὶ δὲ τούτοις, δηλώματός μοι παρὰ τῆς γυναικωνίτιδος ἥκοντος τὴν ὑπόσχεσιν ἐκείνην καταμηνύοντος, ἄσμενοι παρεμείναμεν· μικρὰ φροντίσαντες τῆς ἐπειγούσης ἡμᾶς πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ἀνάγκης.

Ὡς δὲ τέλος εἶχεν ἡ εὐωχία, καὶ πλήρης ἦν ἡμῖν ἡ εὐχή, τοῦ μὲν μεγάλου Πέτρου ταῖς οἰκείαις χερσὶν εὐωχοῦντος ἡμᾶς, καὶ φαιδρύνοντος, τῆς δὲ ἁγίας Μακρίνης, διὰ πάσης εὐπρεποῦς θυμηδίας τὴν ὁμόζυγον ἡμῖν ἀνιείσης· οὕτω φαιδρύνοντες, καὶ γεγηθότες, τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐπορευόμεθα. διήγημα τῷ ἑτέρῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἑκάτερος ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ ποιούμενοι. κἀγὼ μὲν διεξῄειν τὰ ἐκ τοῦ ἀνδρῶνος, ὅσα τε εἶδον, καὶ ὅσα ἤκουσα· ἐκείνη δὲ τὰ καθ' ἕκαστον ἐκδιηγουμένη, καθάπερ ἐφ' ἱστορίας, οὐδὲν ᾤετο δεῖν, οὐδὲ τῶν μικρῶν παραλιπεῖν· ἀκολούθως δὲ πάντα καθάπερ ἐπὶ συζυγίᾳ τῆς συγγραφῆς διεξιοῦσα· ὡς κατὰ τὸ μέρος ἐγένετο ἐκεῖνο, ἐν ᾧ ἡ ὑπόσχεσις ἦν τῆς τοῦ ὀφθαλμοῦ θεραπείας· ἐκκόψασα τὴν διήγησιν, τί τοῦτο φησὶ πεπόνθαμεν; πῶς τῆς ὑποσχέσεως ἠμελήσαμεν. τὸ ἐπαγγελθὲν ἡμῖν ἐκεῖνο· ἐν κολλυρίῳ φάρμακον· κἀμοῦ συνδυσχεράναντος, ἐπὶ τῇ ἀμελείᾳ, καί τινα διὰ

A fœdũ eſſet miſerandúmq; ſpectaculum. Diuinam igitur illã domum ingreſſi, ita ſeparati ſumus in eo ſapiẽtię vacantium loco; vt ego quidem diuerterem, vbi habitabant viri, quibus præerat Petrus frater tuus, illa autem intus vbi erant virgines, cũ ſancta Macrina verſaretur. Hic cum aliquantulum eſſemus cõmorati, tempus eſſe duximus, vt diſcederemus. Iámque diſceſſum adornabamus, cum vtrinque nobis humana quędã vis illata eſt. Nam & frater tuus mihi iubebat, vt manerem & ſtudioſorũ mẽſæ particeps fierem: & beata illa non dimittebat vxorem meam, ſed filiolã in ſinu gerens non
B prius illã ſe redditurã aiebat, quã menſã apparaſſet, & nos philoſophiæ diuitiis accepiſſet, puellulã autẽ oſculans & admouens os oculis eius, vbi pupillam affectam vidit: Si hoc mihi, inquit, conceſſeritis vt apud nos eſſe velitis, gratiã vobis tali honore non indignã referam. Ecquam, inquit puellulæ mater? Eſt mihi, reſpondit. Magna, medicamentum ad curandum hunc oculum appoſitum. Quæ quidẽ promiſſio cum mihi à quodam ex virginũ conclaui nunciata eſſet, libenter manſimus, poſthabita, quæ nos vrgebat proficiſcendi neceſſitate.

C Cum igitur conuiuium, quod Petrus humanitate & gratia ſua cõdiuerat, haberet finẽ, vxorq; nobis à ſancta Macrina omni conuenienti iucunditate recreata remiſſa eſſet, lætitia & gaudio pleni nos in viam dedimus: & quæ vtriq; noſtrum contigerãt inter eundum narrabamus, ego quidẽ quęcumque in virorum conclaui vel videram vel audiueram, recenſebam. Et illa viciſſim tanquam ex hiſtoria ſingula repetens, nihil omninò quantumuis paruũ omittendum exiſtimabat. Itaque cum non aliter, quam ex ſcripto tanquam in altera lance appen-
D dens, ordine cuncta percurreret, iámq; ad eam perueniſſet partem, quæ curationis oculi promiſſionem continebat, narrationem intermittens: Quidnam, inquit, egimus? quomodo neglеximus promiſſum ipſius? collyrium, inquam, illud quod nobis promiſerat? cúmque ego item negligentiam incuſarem, iuberemque vt celeriter aliquis ad illud

expoſcendũ excurreret, infans interim quæ in manibus nutricis erat, matrẽ reſpicit: etiam mater ad eius oculos aciem intendens; Negligentiæ, inquit, noſtræ deſinas ſuccenſere. Ecce tibi bona fide ſolutum quod illa promiſerat: Veram enim morborũ medicinã quæ precibus fit, nobis exhibuit, cuius ea vis fuit, vt ne veſtigium quidem morbo in oculo relictum ſit, adeò diuino illo medicamento ille curatus eſt. Atque ita loquens filiolam ſuſcipiens, mihi in manus tradidit; Tunc ego miracula quæ in Euangelio narrãtur incredibilia cogitatione complectens; Quid mirum inquam è manu Dei, cæcos videndi poteſtatem accepiſſe, quando nunc eius ancilla per fidem in ipſum præſtat illas curationes? opus enim cernimus, haud multo miraculis illis inferius. Hæc ille mihi dum narrat, ſingultus vocem eius intercepit, & ſubſequuta eſt copia lacrymarum. Atque hæc quidem à Milite.

Oculũ malè affectum ſanauit S. Macrina.

Quæ autem ab illis qui ſimul cum ea vixerunt, quique omnem illius vitam planè perſpectam, & cognitam habebant acceperim, huic narrationi attexenda non cenſeo: plerique enim pro eo quantum ipſi poſſunt efficere, credunt ea quæ dicũtur, quæ verò audientis ſuperant vires, tanquam à veritate remota mendacii ſuſpicionibus inſectantur. Proinde mirandã illam in penuria & fame agriculturã prætermitto. Quomodo in pauperũ vſus proiectũ frumentum, nec dum diſtribueretur, nec poſt, imminutum ſit, ſed eadem menſura numeróque permãſerit: aliáque his longè magis admirãda, morborum curationes, expulſiones dæmonũ & veras futurorũ prædictiones: quæ quidẽ omnia iis qui diligenter explorarũt, vera eſſe conſtat, licet fidẽ ſuperare videãtur, nec fieri potuiſſe iudicẽtur ab iis, qui carni magis addicti ſunt, qui neſciũt proportione fidei munerum fieri diſtributionem: & parua quidẽ dari habentib. paruã fidẽ, magna autẽ illis qui ingenti fide præditi ſunt. Quamobrem ne offendãtur qui ad credendũ diuinis muneribus ſunt imbecilliores, ſublimiora illius miracula ſilẽtio præterimus, ſatis eſſe exiſtimãtes, iis quę dicta ſunt eius hiſtoriam concluſiſſe.

Multa eius miracula propter incredulos noluit ſcribere Gregorius.

A τάχους ἐκδραμεῖν ἐπὶ τὸ φάρμακον ἐγκελευσαμένου, βλέπει κατὰ τὸ συμβὰν πρὸς τὴν μητέρα ἐν ταῖς χερσὶν ὂν τῆς τιθηνουμένης τὸ νήπιον, καὶ ἡ μήτηρ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ νηπίου ἐνατενίσασα· παῦσαι φησὶ δυσχεραίνων ἐπὶ τῇ ἀμελείᾳ. μεγάλῃ τοῦτο φωνῇ ὑπὸ χαρᾶς ἅμα καὶ ἐκπλήξεως λέγουσα. ἰδοὺ γὰρ οὐδὲν ἐλλέλειπται ἡμῖν τῶν ἐπηγγελμένων· ἀλλὰ τὸ ἀληθινὸν ἐκείνης φάρμακον, τὸ τῶν παθημάτων ἰατρικὸν, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐκ τῶν εὐχῶν θεραπεία, καὶ ἔδωκε, καὶ ἐνεργὸν ἤδη γέγονε, καὶ ὑπολέλειπται τι κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἀρρωστίας οὐδὲ ποσοῦν, τῷ θείῳ ἐκείνῳ φαρμάκῳ κεκαθαρμένον. B καὶ ἅμα ταῦτα διεξιοῦσα, αὐτή τε τὸ παιδίον ἐνηγκαλίζετο, καὶ ταῖς ἐμαῖς ἐνετίθει χερσί. κἀγὼ τότε τὰ ἀπιστούμενα κατὰ τὸ εὐαγγέλιον θαύματα, τῇ διανοίᾳ λαβὼν, τί μέγα εἶπον διὰ χειρὸς Θεοῦ τυφλοῖς τὰς ὄψεις ἀποκαθίστασθαι· ὁπότε νῦν ἡ δούλη αὐτοῦ τὰς ἰάσεις ἐκείνας κατορθοῦσα τῇ εἰς αὐτὸν πίστει κατείργασται πρᾶγμα, οὐ πολὺ τῶν θαυμάτων ἐκείνων ἀπολειπόμενον. ταῦτα λέγων μεταξὺ λυγμῷ τὴν φωνὴν ἐνεκόπτετο τῶν δακρύων ἐπιρρυέντων τῷ διηγήματι.

C Τὰ μὲν οὖν παρὰ τοῦ στρατιώτου, ταῦτα. ὅσα δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα παρὰ τῶν συνεζηκότων αὐτῇ, καὶ δι᾽ ἀκριβείας τὰ κατ᾽ αὐτὴν ἐπισταμένων ἠκούσαμεν· οὐκ ἀσφαλὲς οἶμαι προσθεῖναι τῷ διηγήματι. οἱ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὰ ἑαυτῶν μέτρα τὸ πιστὸν ἐν τοῖς λεγομένοις κρίνουσι· τὸ δὲ ὑπερβαῖνον τὴν τοῦ ἀκούοντος δύναμιν, ὡς ἔξω τῆς ἀληθείας, τῇ τοῦ ψεύδους ὑπονοίᾳ ὑβρίζουσι. διὸ παρίημι τὴν ἄπιστον ἐκείνην ἐν τῷ λιμῷ γεωργίαν. πῶς ἐκβαλλόμενος ὁ πρὸς τὴν χρείαν σῖτος, οὐδεμίαν αἴσθησιν ἐποίει τῆς ὑφαιD ρέσεως, ἐν τῷ ὁμοίῳ διαμένων ὄγκῳ· καὶ πρὶν διαδοθῆναι τῇ τῶν αἰτούντων χρείᾳ, καὶ μετὰ τοῦτο, καὶ ἄλλα τούτων παραδοξότερα, παθῶν ἰάσεις, καὶ δαιμονώντων καθάρσεις, καὶ ἀψευδεῖς προρρήσεις τῶν ἐκβησομένων· ἅπαντα τοῖς μὲν δι᾽ ἀκριβείας ἐγνωκόσιν, ἀληθῆ εἶναι πιστεύεται, κἂν ὑπὲρ πίστιν ᾖ· ἐπεὶ δὲ τῶν σαρκωδεστέρων, ἔξω τοῦ ἐνδεχομένου νομίζεται, οἱ οὐκ ἴσασιν, ὅτι κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, καὶ ἡ τῶν χαρισμάτων διανομὴ παραγίνεται· μικρὰ μὲν ὀλιγοπίστοις· μεγάλη δὲ τοῖς πολλὴν ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς τὴν εὐρυχωρίαν τῆς πίστεως. ὡς ἂν οὖν μὴ βλαβεῖεν οἱ ἀπιστότεροι ταῖς τοῦ Θεοῦ δωρεαῖς ἀπιστοῦντες, τούτου ἕνεκεν καθεξῆς ἱστορεῖν περὶ τῶν ὑψηλοτέρων θαυμάτων παρῃτησάμην, ἀρκεῖν ἡγούμενος τοῖς εἰρημένοις περιγράψαι τὴν περὶ αὐτῆς ἱστορίαν.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΥΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΕΓ-κωμιαστικὸς ῥηθεὶς ἐν τῷ μαρτυρείῳ.

Οἱ μὲν ὁπλῖται Ῥωμαίων κατὰ νόμον πάτριον, καὶ συνήθειαν παλαιὰν, ἣν παῖδες παρὰ προγόνων διαδεξάμενοι, καὶ (B) μέχρι τοῦ παρόντος φυλάττουσιν, ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς τὴν πανοπλίαν ἐνσκευαζόμενοι, καὶ χωρήσαντες ἐπί τι πεδίον ἡπλωμένον ἱκανῶς, καὶ ὕπτιον, ἔνθα καὶ ἔξεστι, καὶ δρόμον ἵππων ἐκτεῖναι, καὶ μελετῆσαι τὰ τακτικὰ, καὶ πᾶσαν γυμνάσασθαι τὴν ἐνόπλιον ἄσκησιν, ἀνάμνησίν τε τοῦ ἔτους ποιοῦνται, καὶ τὴν ἡμέραν ἐπίσημον ἄγουσιν. ἐγὼ δὲ μνήμην μαρτύρων τελῶν, (C) καὶ ταύτην τῇ προτεραίᾳ κηρύξας ὑμῖν, τοὺς τοῦ Χριστοῦ στρατιώτας τοὺς μʹ, τοὺς πᾶσαν προθυμίαν ὑπερβαλομένους ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὁπλίσας, διὰ τῆς μνήμης σήμερον θαυμαστοὺς τοῖς δυναμένοις βλέπειν παρίστημι· κόσμον τῆς ἐκκλησίας, καὶ λαῶν εὐφροσύνην, καὶ θεοῦ δόξαν τοῦ ἐνισχύσαντος. ἄριστον δὲ πάντως, καὶ ἄγαν λυσιτελὲς τοῖς τῆς ἀρετῆς διηγήμασι, τούς τε νέους ἐντρέφεσθαι, καὶ συνακμάζειν τοὺς ἄνδρας. ἡ ἀκοὴ, μέρος χρησιμώτατόν ἐστι τῶν αἰσθήσεων, καὶ τῆς ὄψεως οὐχ ἧττον διδακτικόν. διὰ γὰρ τῶν ὤτων, (D) ἐναργῶς ἐπεισάγει τὴν μάθησιν ταῖς ψυχαῖς. καὶ κίνδυνος οὐ μικρὸς καλὰ τυγχάνειν, ἢ φαῦλα τὰ διηγήματα. οἷα γὰρ ἐκεῖνα λέγεται, τοιαύτην ἐπάναγκες τοῖς λογισμοῖς φαντασίαν ἐγγίνεσθαι· ἔννοια δὲ, καὶ θεωρία τοῦ νοῦ συνεχὴς, εἰς ἐπιθυμίαν ἄγει τὸν ἄνθρωπον, τοῦ ποιεῖν ἃ λογίζεται. διό μοι τὴν ἀκρόασιν γαληνιῶσαν καὶ ἀμετεώριστοι εὐτρεπίσατε· ἵνα καὶ οἱ μακάριοι μάρτυρες τιμηθῶσι τὰ πρέποντα, καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς μνήμης παιδευθῆτε τὸ εὐσεβὲς, καὶ φιλόθεον.

EIVSDEM IN QVADRAGINTA MARTYRES, Oratio laudatoria, dicta in eorum Martyrio *.

Iacobo Gretſero Societ. Ieſu Theologo interprete.

* *Martyrio, hoc eſt, Oratorium, Eccleſia, Baſilica.*

Eſt hiſtoricus ſermo in 40. Martyres, habitus nundinis.

ROMANORVM milites more patrio, & antiqua conſuetudine, quã à maioribus acceperunt, & vſque ad hoc tempus conſeruant, initio inſtantis menſis, armis induti ad campum ſatis planum & æquabilem ſe cõferunt, vbi & equorum curſum extendere, & res militares inſtruere, & omnia pugnæ genera obire illis licet: ſimul etiam anni commemorationẽ faciunt, totumque illum diem ſplendidè agunt. Ego verò memoriam Martyrum celebrans, quam pridie etiam vobis indixi, quadraginta Chriſti milites, omni animi alacritate ſuperiores, ad certamẽ armare, & quàm admirabiles ſint, per memoriam iis, qui cernere queunt, repræſentare conſtitui, qui verè ſunt ornamentũ Eccleſiæ, lætitia populorum, & gloria Dei, qui illis robur ſuppeditauit. Optimum autem eſt & fructuoſiſſimũ narrationibus virtutis & rerum præclarè geſtarum iuuenes innutriri, & ad virilem ætatem educari. Nam auditus opportuniſſima pars eſt inter ſenſus, nec minus ad diſcẽdum, quàm viſus confert: auditus enim doctrinam in animos per aures perſpicuè introducit, nec parum intereſt, quales ſint narrationes, bonæ an malæ, probæ an improbæ: nam quales illæ ſunt, tales in phantaſia quoque imagines produci neceſſarium eſt, cogitatio autem & continua nobis cõtemplatio, hominem deſiderio incendunt ad agendum ea, quæ cogitatione apprehendit. Quocirca cupio vt quietè & abſque ſtrepitu me dicentẽ audiatis, vt & beati Martyres, prout decet, honorẽtur, voſque per Martyrum recordationem ad pietatem deique cultum informemini.

A Me verò duplex lucta & motus manet, ne dicendi tenuitate argumentum deterã: ſiue enim quis rei, quæ præ manibus verſatur, magnitudinem, & maieſtatem perpendat, ea tanta eſt, vt omnium ſermonibus prædicetur; ſiue quis virum illum intueatur, qui ante nos beatos ipſos laudibus extulit, & quaſi coronauit: vir is commune vniuerſitatis miraculum eſt, eruditionis Chriſtianæ, & quæ ab externis tradita eſt, accurata norma, philoſophiæ imago, Epiſcoporum forma & libra, rector conſonus operum ſimul & verborum, cui apud omnes mortales gloria indelebilis conſtat, exceptis tamen illis, qui B neque Chriſtum blaſphemiis inceſſere horrent. Quemadmodum enim nullus reperitur, qui ſolem illuminare & calefacere abnuat: ſic nemo inficiabitur magnum Baſilium omnium virtutum pulchritudine decoratum eſſe: ſublimis igitur ille ſublimium laudator, ſanctúſque Sanctorum cultor, pro facultate qua pollebat, inclytis victoribus debitum munus dependit. Cæterum me non ideo tacere oportet, quia ille prius magnificè Martyrum admiranda facta deprædicauit, nõ enim in præſenti cum illo certare inſtituimus, ſed in id incumbimus, vt vobis auditoribus aliquid vtiC litatis adferamus, capit autem quilibet omnino prout poteſt, ex rebus melioribus vtilitatem, quando ab opulentioribus ſubminiſtratur.

Loquitur de S. Baſilio, cuius extat oratio in 40. Martyres.

Igitur quadraginta iſti officio vitæq; inſtituto milites erãt, Romano Imperatori auctorati, fide Chriſtiani, & religione pii. Poſtquã verò is, qui illis temporibus imperiũ tenebat, vnus ex eorum numero, qui plures deos colebant, dæmonibus acerbũ ei conſiliũ & decretũ ſuggerentibus, noua lege & nouo edicto Chriſtianos exagitabat, mandãs, vt oẽs ſubditi aut dæmonibus thura adolerẽt, D aut hoc facere detrectantes, neci dederẽtur, & ante mortẽ toto corpore omni cruciatus genere excarnificarẽtur: tunc tyrannicam truculentiam deoque inuiſam legem pro fortitudinis oſtendendæ anſa beati iſti arripientes, & ſeorſim ab aliis militibus eximiam, & Chriſto deditam cohortem conſtituentes, quæ virtute ſpiritus militaret, apertè ſeſe deteſtandis literis oppoſuerunt, & concorditer omnes, velut ex vno ore, fidem noſtram profeſſi ſunt, dicen-

A Ἐμοὶ δὲ πρόκειται διπλοῦς ἀγών, καὶ δέος μὴ καθυβρισθείη μὲν τὴν ὑπόθεσιν, τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἐξηγήσεως. εἴτε γὰρ ἐννοήσειέ τις αὐτοῦ τοῦ ἐν χερσὶ πράγματος τὴν μεγαλοπρέπειαν, κατὰ πάντας λόγου φέρει τὰ νικητήρια· εἴτε τὸν πρὸ ἡμῶν διὰ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας στεφανώσαντα τοὺς ἁγίους· ἀνὴρ οὗ τὸ θαῦμα τῆς οἰκουμένης κοινόν· παιδείας τῆς τε παρὰ Χριστιανοῖς, καὶ τῆς ἔξωθεν, κανὼν ἀκριβής, φιλοσοφίας ἄγαλμα, ἐπισκόπων τύπος, καὶ κίνδυνος, διδάσκαλος ἔργων καὶ λόγων σύμφωνος· παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνανταγώνιστον ἔχων τὴν εὐδοκίμησιν πλὴν B εἰ μὴ παρ' οἷς οὐδὲ Χριστός ἐστιν ἀβλασφήμητος. ὡς γὰρ οὐδεὶς ἀντιλέγει φωτίζειν, καὶ θερμαίνειν τὸν ἥλιον, οὕτως οὐδὲ τὸν μέγαν Βασίλειον ἀντερεῖ τις, μὴ πάντῃ τῷ κάλλει τῆς ἀρετῆς κεκοσμῆσθαι. ὑψηλὸς μὲν οὖν τῶν ὑψηλῶν ἐπαινέτης, ἅγιος τῶν ἁγίων θεραπευτής· κατὰ τὴν προσοῦσαν δύναμιν ἀποπληρώσας τοῖς ἀριστεῦσι τὸ γέρας. ἐμοὶ δὲ οὐ διὰ τοῦτο σιωπητέον· ἐπειδὴ περὶ τὰ θαυμαστὰ μεγάλως ὁ προλαβὼν διεκήρυξεν. οὐ γάρ ἐστι νῦν ὁ σκοπὸς ἅμιλλα πρὸς τὸν εἰρηκότα. ἀλλ' ὑμῶν τῆς τῶν ἀκουόντων ὠφελείας ἐπιμέλεια· ὠφελεῖ δὲ ἕ-C καστος πάντως ὡς δύναται, τῆς ἀπολαύσεως τῶν μειζόνων παρὰ τῶν πλουσιωτέρων χορηγουμένης.

Στρατιῶται μὲν οὖν οἱ τεσσαράκοντα τοῦ βίου τὴν τάξιν βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ὁπλιτεύειν λαχόντες· Χριστιανοὶ δὲ τὴν πίστιν, καὶ εὐσεβεῖς τὴν θρησκείαν. ἐπεὶ δὲ ὁ τηνικαῦτα κρατῶν· εἷς ὢν τῶν πολυθέων δαιμόνων αὐτῷ τὸ πικρὸν ὑποθεμένων ἐκεῖνο βούλευμα, καινῷ νόμῳ, καὶ γράμματι, Χριστιανοὺς ἤλαυνε, κελεύσας πάντας τοὺς ὑπηκόους, ἢ τὸν λιβανωτὸν ἐναγίζειν τοῖς δαίμοσιν, ἢ τοῦτο μὴ ποιοῦντας θανάτῳ κα-D ταδικάζεσθαι, καὶ πρό γε τῆς τελευτῆς, παντὶ τῷ σώματι πολλὰς ὑπομένειν τὰς λώβας, τότε δὴ τότε, τὴν τυραννικὴν ὠμότητα, καὶ τὸν μισόθεον νόμον, ἀνδραγαθίας ἑαυτῶν οἱ μακάριοι ποιησάμενοι· καὶ τῶν ἄλλων μὲν ἀπορραγέντες στρατιωτῶν φάλαγγα ἐξαίρετον, καὶ φιλόχριστον συγκροτήσαντες τῇ δυνάμει στρατηγουμένην τοῦ πνεύματος, φανερῶς ἑαυτοὺς τοῖς μιαροῖς ἀντικατέστησαν γράμμασι· καὶ σύμφωνον πάντες, ὡς ἐκ μιᾶς γλώττης τὴν πίστιν ἡμῶν ἐξεβόη-

σθαι, μικρὸν φροντίζειν λέγοντες τῆς προσκαίρου ταύτης ζωῆς, καὶ προέχειν ἔκδοτα τὰ σώματα ποικίλαις κολάσεων ἰδέαις. ὁ τοίνυν τοῦ βιαίου νόμου τυραννικώτερος ὑπηρέτης, καταμαθὼν τὴν τῶν ἁγίων ἔνστασιν, ἰσόρροπον ἔσπευσε μηχανήσασθαι τῇ προθυμίᾳ τὴν τιμωρίαν, καὶ ψυχαῖς ἀνενδότοις, καινὴν, καὶ παράδοξον ἐπινοήσας δειλίαν. ἂν τὸ ξίφος αὐτοῖς ἀπειλήσω φησὶ, μικρὸς εἰς κατάπληξιν ὁ φόβος, καὶ οὐδαμῶς ὑποκύψουσιν· ἄνδρες γάρ εἰσιν ἐν ὅπλοις ἐκ παίδων ζήσαντες, καὶ σίδηρον φέρειν εἰθισμένοι· ἐὰν ἄλλας αὐτοῖς προσαγάγω κολάσεις, γενναίως ἐγκαρτερήσουσιν, οὐκ ἀπείρως ἔχοντες πληγῶν, καὶ τραυμάτων· οὐδὲ τὸ πῦρ ἐπὶ φοβερὸν τοῖς ἐνστατικῶς, ὡς οὗτοι διακειμένοις. διὸ προσῆκεν ἐξευρεθῆναι τιμωρίαν, ἣ καὶ τὴν ἐνέργειαν ἕξει τῆς ἀλγηδόνος ὀδυνηρὰν, καὶ τὸν χρόνον μακρὸν, καὶ παρέλκοντα. τί οὖν ἐπιμελῶς ἐβουλεύσατο κατὰ τῶν ἁγίων ὁ τῶν κακῶν σοφιστής; καὶ μεριμνήσας, εὗρεν ἐναέριον κίνδυνον, ὃν παρέχειν αὐτῷ παρεῖχεν ὁ καιρὸς, καὶ ἡ χώρα. ὁ μὲν γὰρ καιρὸς, ἦν χειμών· ὁ δὲ τόπος, Ἀρμενία· ἡ πρόσοικος χώρα, ὡς ἴστε, δυσχείμερος· οὐδὲ τὴν τοῦ θέρους ὥραν ἀζήμιον τοῖς ἐνοικοῦσι παρέχουσα· ἀλλὰ τοσοῦτον ἀγαπητῶς θαλπομένη, ὅσον ἐκθρέψαι τὸν ἄσταχυν· ἀμπέλου δὲ τὸ φυτὸν παρ' αὐτοῖς καὶ ἠγνόηται· καὶ ὁ μὴ μακρὰν ἐκδημήσας, βότρυν οὐκ οἶδεν· ἐρωτᾷ δὲ περὶ σταφυλῆς ὁποῖα, ὡς ἡμεῖς, περὶ τῶν παρ' Ἰνδοῖς γινομένων. ἐκεῖ χιόνος οὔσης ἀνατέμνει τὴν γῆν ὁ σπείρων, καὶ τὸν ἄμητον καταλαμβάνει νιφάς· καὶ τὸν θεριστὴν ἀποδύουσιν ἄνεμοι· ἂν μὴ σφόδρα καταδήσας ἑαυτὸν τοῖς ἱματίοις, πρὸς τὴν βίαν τῶν πνευμάτων διαγωνίσηται· μετόπωρον δὲ καὶ ἔαρ σχεδὸν οὐκ εἰσὶν, ὡς παρὰ κακοῦ γείτονος τοῦ χειμῶνος πρὸς τὴν ἐκείνου δυναστείαν παρασυρόμενα.

Ἐπ' ἐκείνης τοίνυν τῆς χώρας, καὶ τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς ἀποδύσας τοὺς ἁγίους ὑπαιθρίους ἔστησεν ἐν ὁλογύμνοις τοῖς σώμασιν ἐξ ἐναντίας τοῦ βασιλέως τῶν Ἀσυρίων, καὶ τῆς Βαβυλωνίας καμίνου, τοὺς τῆς εὐσεβείας μαθητὰς ἀμυνόμενος. οὐδὲν γὰρ παραπλήσιον εἰς ἀλγηδόνα, πῦρ φλέγον, καὶ κρυμὸς συμπηγνὺς, καὶ μαραίνων. τὸ μὲν γὰρ τῷ σιδήρῳ προσέοικεν, ὀξέως ἄγον ἐπὶ τὸν θάνατον. τὸ δὲ τῶν ὀδυνῶν ἔχον ἰσόρροπον, παρατείνει τὴν

A tes, mortalem hanc & caducam vitam parum ſibi curæ eſſe, ſeque libenter corpora ſua variis tormentorum generibus expoſituros. Quapropter crudelis legis crudelior executor & adminiſter, intellecta Sanctorum mente, illud contendit, vt alacritati & promptitudini paria ſupplicia adhiberet, & animos intrepidos & imperterritos nouo & inuſitato formidinis incutiendæ modo terrefaceret. Si gladium, inquit, illis comminer, parum çommouebuntur, neque manus dabunt, ſunt enim viri ab ineunte ætate in armis educati & arma ferre B aſſueti. Si alia tormentorum genera illis inferam, generosè tolerabunt, vtpotè, qui plagarum & vulnerum diuturnam experientiā habeant. Neque ignis formidini eſt illis, qui ita, vt iſti, obdurato ſunt pectore. Eam ob cauſſam excogitandum eſt ſupplicium, quod & moleſtiſſimum cruciatum patiat, & tempore ſatis longo duret. Quid igitur conſilii contra Sanctos cœpit malorum iſte repertor & artifex? Sollicitè circūſpiciens inuenit quaſi aërium ſuppliciū, quod ei ſuppeditabat tempus & regio. Tempus, C hyems erat, locus, Armenia, finitima nobis prouincia, quæ neque æſtatem incolis ſine frigoris afflictione præbet: ſed eo calore fouetur, qui ad frumentū progenerandum ſufficit, at vitis apud illos incognita eſt, & qui non longius peregrinatus eſt, botrum ſeu vuā nunquam vidit: de vua autem talis non aliter quærit, ac nos de illis, quæ naſcuntur apud Indos. Ibi niue nondum liquefacta terram proſcindit agricola. Et meſſem bruma excipit, ventorumque violentia meſſorem veſtibus exuit, niſi contra ventorum vehementiam fortiter veſti- D menta colligando ſeſe muniat. Autumnus & ver propemodum ibi nulla ſunt, vtpotè à malo vicino, hyemis ſcilicet inclementia, profligata.

In hac igitur regione, inſtante menſe, Sanctos omnibus indumentis ſpolians, ſub dio, nudos toto corpore conſtituit, contrario ſupplicio, quàm Rex Aſſyriorum cū ſua Babylonica fornace diſcipulos pietatis afficiēs. Nihil verò ſimile ad cruciatum inferendum habet, ignis ardens, frigúſque compingens & tabefaciens: nam ignis ferro cōpetit, celerémq; mortē parit, frigus verò cū dolori procreando parem vim habet, mortē tamen

protelat. nam dutabiliores ſunt gene- A ratim omnes illæ affectiones, quæ à frigore efficiuntur, vt ſunt febres quartanæ, cancer, carbunculi, & id genus alia, quæ à frigida materia in corporibus, naſci medicorum filii tradunt. Quo fit, vt qui frigidiore & obeſiore cõſtitutione ſunt, ſint quoque tardiores & pigriores, corpore ad vſum nõ vſque adeò habili. Quod etiam in animalibus rationis expertibus cernere licet: nam calidiora, celeriora, & ad vrgentem neceſſitatem expeditiora ſunt: quæ verò contraria complexione cõſtant, tarda ſunt, & torpore quaſi vincta. Ita equus celer eſt ſolo flagelli ſonitu ad curſum incitati B ſolitus: tardus autẽ eſt aſinus, & vix fuſtibus adigi poteſt, vt cœptum iter teneat. Pernix eſt pardalis, ſicco & calido corpore ſaltus peruolitans: Vrſus è contrario denſioribus membris conſtans, tardus eſt. Hæc non ex naturæ adytis petita non abs re vobis propoſui, ſed vt intelligatis, quódnã ſupplicii genus generoſi iſti pugiles ſubierint. Hyems facit, vt flumina nauigabilia pedibus pertranſeantur, vtque aqua alioqui fluere ſolita in lapidum duriciem concreſcat: quin & petras diſſoluit, quando ad profundum vſque penetrauerit: Et contrariis corporibus ſimiliter officit; nam C tenera in lapides vertit, dura autem diſſoluit. Sic vinum, quando congelaſcit, formam dolii in quo continetur, induit, oleúmq; liquidum firmiter conſiſtit ad figuram vaſis conformatum. Vitium portò & teſta humore confringũtur. Animalia, quæ in mõtibus & ſub dio degunt, partim quidem intereunt, partim magnitudine mali, feritatis naturalis obliuiſcuntur. cerui enim & capreæ in mandris ſeu ouilibus ſtabulantur, neque canes tunc metuunt; neque D accedentium formidine aufugiunt: ſemper enim grauius malum, minorum malorum timorem expellit: aues autem cum hominibus habitant, & ſub eodem tecto manent. At homines mare fodiunt, & inſtrumentis quibus alioqui lapides cedunt, aquam percutiunt: & vicinis quoque ſedibus diſſiti, ſe mutuò adire nequeunt. Eiuſmodi tempus tyranno arma aduerſus Martyres ſuppeditauit. Oportebat enim, vt apparet, beatam iſtam cohortem cum nouo ſupplicii genere depugnare, vt præ multis aliis Martyribus ſingularem,

τελευτήν. δυσχερέστερα γὰρ καθόλου τὰ ὑπὸ ψυχροῦ γινόμενα πάθη, οἷον τεταρταῖοι, καὶ καρκῖνοι, καὶ ἄνθρακες, καὶ ὅσα φιλοσοφοῦντες ἰατροὶ τὴν ψυχρὰν ὕλην ἀποφαίνονται τοῖς σώμασιν ἐμποιεῖν. οὕτως οἱ ψυχρότεροι, καὶ πιμελώδεις νωθρότεροι, καὶ δύσχρηστον ἔχοντες τὸ σωμάτιον, καὶ τὰ ἄλογα δὲ τῶν ζώων ὁμοίως. τὰ μὲν θερμότερα, ταχέα, καὶ πρὸς τὴν ἐπείγουσαν χρείαν εὐκίνητα. τὰ δὲ ἐναντίως ἔχοντα, βραδέα, καὶ νάρκῃ πεπεδημένα· οὕτως ἵππος ταχὺς, συριγμῷ πρὸς τῆς μάστιγος διεγειρόμενος πρὸς τὸν δρόμον. βραδὺς ὁ ὄνος, καὶ μόλις διὰ τῶν B ῥοπάλων τὴν ὁδοιπορίαν ἀνύων· ὀξεῖα ἡ πάρδαλις, ξηρῷ καὶ θερμῷ τῷ σώματι διϊπταμένη τὰς νάπας· ἡ ἄρκτος, τὸ ἀνάπαλιν παχυτέροις τοῖς μέλεσιν ἐμβραδύνουσα. ταῦτα δὲ ὑμῖν, οὐκ ἀπὸ καιροῦ ἐφυσιολόγησα. ἀλλ' ἵνα τὴν καρτερίαν τῶν ἀνδρῶν καταμάθητε· τὸν τρόπον τῆς τιμωρίας ἐπισκεψάμενοι· χειμὼν ποιεῖ ποταμοὺς ναυσιπόρους πεζεύεσθαι, καὶ ὕδωρ τὸ ῥέον εἰς τὴν τῶν λίθων μεταβάλλει σκληρότητα, καὶ πέτρας διαλύει, ὅταν τοῦ βάθους καθίκηται, καὶ τοῖς ἐναντίοις σώμασιν, ἐξίσης λυμαίνεται· τὰ μὲν ἁπαλὰ λιθοποιῶν· τὰ δὲ σκληρὰ διαλύων. οὕτως ὁ οἶνος ὅταν παγῇ, μορφοῦται, πρὸς τὸν C περιέχοντα πίθον, καὶ τὸ ἁπαλὸν ἔλαιον, ἵσταται στερεὸν πρὸς τὸν τύπον τοῦ ἀγγείου σχηματισθέν· ἡ ὕελος δὲ, καὶ ὄστρακον περιρραγέντα τοῖς ὑγροῖς, διαθρύπτεται. ζῶα δὲ τὰ τὴν ὄρειον ζωὴν λαχόντα, καὶ ὕπαιθρα, τὰ μὲν διόλλυται, τὰ δὲ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ κακοῦ ἐπιλανθάνεται καὶ τῆς ἀγριότητος. ἔλαφοι γὰρ, καὶ δορκάδες, ἐν μάνδραις αὐλίζονται· οὔτε κύνας τότε δειλιῶσαι, οὔτε τοὺς ἐγγίζοντας ἀποφεύγουσαι. τὸ γὰρ μεῖζον ἀεὶ δεινὸν τῶν ὑποδεεστέρων φόβων τὴν δειλίαν D ἐκβάλλει. ὄρνιθες δὲ παρ' ἀνθρώποις εἰσοικίζονται, καὶ μένουσιν ὑπωρόφιοι· ἄνθρωποι δὲ Πόντον ὀρύττουσι, καὶ λιθουργοῖς ὀργάνοις, τὸ ὕδωρ κόπτουσι· καὶ οἱ πλησίον ἀλλήλοις οὐκ ἐπιμίγνυνται. ὁ τοιοῦτος καιρὸς, ὅπλον τῷ τυράννῳ κατὰ τῶν μαρτύρων ἐγένετο. ἔδει γὰρ ὡς ἔοικε, τὴν μεγάλην, καὶ σύμφωνον τῶν μακαρίων φάλαγγα καινῷ τρόπῳ τιμωρίας ἐναγωνίσασθαι. ἵνα πρὸς τοὺς πολλοὺς τῶν μαρτύρων,

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΚΑΤΑ τῶν τοκιζόντων.

ΤΩΝ φιλαρέτων ἀνθρώπων τὴν κατὰ λόγον προαιρουμένων B νόμοις ἀγαθοῖς ὁ βίος καὶ προστάγμασι κεκανόνισται· ἐν οἷς καθορᾶται τοῦ νομοθέτου ἡ γνώμη πρὸς δύο γενικῶς ἀποτεινομένη σκοπούς· ἕνα μὲν τὸν ἀπειρημένων τὴν ἀπαγόρευσιν ἔχοντα· ἕτερον δὲ τὸν πρὸς τὴν ἐνέργειαν τῶν καλῶν κατεπείγοντα. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως εὐπολίτευτον βίον κατορθωθῆναι καὶ σώφρονα, εἰ μή τις φεύγων ὡς ἔχει δυνάμεως τὴν κακίαν, διώξειεν ὡς οἷος μάλιστα τὴν ἀρετήν. C συναχθέντες τοίνυν ἐπὶ σήμερον ἵνα Θεοῦ προσταγμάτων ἀκούσωμεν, ἠκροώμεθα τοῦ προφήτου φονεύοντος τὰ μοχθηρὰ τῶν δανεισμάτων τέκνα τοὺς τόκους, ἐξαιροῦντος δὲ τοῦ βίου τὴν ἐπ' ἐργασίᾳ χρῆσιν τῶν νομισμάτων. δεξώμεθα δὲ εὐπειθῶς τὸ παράγγελμα· ἵνα μὴ πέτρα ἐκείνη γενώμεθα, ἐφ' ἣν καταπεσὼν ὁ σπόρος, ξηρὸς καὶ ἄγονος ἔμεινεν, μηδὲ λεχθῇ πρὸς ἡμᾶς ἅ ποτε πρὸς τὸν δυσάγωγον Ἰσραήλ· ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. D

Παραιτοῦμαι δὲ τοὺς ἀκουσομένους μηδαμῶς θρασύτητός μου ἢ ἀνοίας καταψηφίσασθαι, εἰ ἀνδρὸς λογάδος καὶ ὀνομαστοῦ κατὰ φιλοσοφίαν, πάντων δὲ λόγων ἀσκηθέντος παιδείαν ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως αὐτῆς εὐδοκιμήσαντος, καὶ καταλιπόντος κατὰ τοκιστῶν λόγον κτῆμα τῷ βίῳ, κἀγὼ πρὸς τὴν αὐτὴν ἅμιλλαν καθῆκα· ὄνων ἢ βοῶν ἅρμα πρὸς τοὺς στεφανίτας ἵππους ζευξάμενος. παραφαίνεται γὰρ ἀεὶ τὰ μικρὰ τοῖς μεγάλοις· καὶ λαμπομένη

S. GREGORII EPISCOPI NYSSENI, ORATIO contra Vſurarios.

Iac. Gretſero Soc. Ieſu interprete.

HOMINVM virtutis ſtudioſorũ, & qui mores ex rationis prȩſcripto formãt, vita cõtinetur bonis legibus & præceptis, in quibus videre eſt legiſlatorem duo generatim ſpectare: Alterum vt mala vetet: Alterum, vt ad honeſtas actiones ſingulos inciter. Non enim fieri poteſt, vt quis in ſocietate ciuili vitam ad recti & temperantię normam componat, niſi totis viribus improbitatem fugiat, virtutémque maximo ſtudio perſequatur. Coacti igitur hodie quoq; in vnum, vt diuinis mandatis audiendis operam demus, audiuimus quomodo Propheta, peſtifera fœnoris germina, vſuras inquam, ſuccidat, & ex hominum conſortio funditus euellat, pecunię ad vſuram elocationem. Noſtrarum partium erit, morem gerere Prophetæ monitis, ne efficiamur illa petra, ſupra quam cum ſemen cecidiſſet, exaruit, nullúmque fructum protulit, ne fortè audiamus, quod olim ad præfractos & intractabiles Iſraëlitas dictum eſt: *Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, nec tamen videbitis.*

Luc. 8.

Eſa. 6.

Rogo autem omnes quicumque audituri ſunt, vt me audaciæ & inſipientiæ non condemnent, quod cum vir diſertus, & in rebus ad diuinam philoſophiam ſpectantibus, magni nominis, * & in omni dicendi genere admodum exercitatus, & in hac ipſa materia præclarè verſatus, orationem contra fœneratores inſtruendæ vitæ reliquerit, ego in eandem arenam deſcẽderim, iunctis boum aut aſinorum paribus, quibus contendam cum equis victoriæ corona redimitis: ſemper enim cum grandioribus viſuntur nonnulla humiliora, nam

Loquitur de S. Baſilio magno, fratre ſuo, qui contra vſurarios orationem habuit & edidit.

Sole ſplendente ſplendet nonnihil & Luna: & onerariam nauem, quæ millenis mercibus referta, à ventis hinc indè impellitur, ſequitur exigua quædam cymbula, idem ſecans æquor: viriſq; athletico more & ritu depugnantibus, eadem lege digladiantur & pueri. Hæc igitur noſtra ſit petitio.

Tu vero, quem alloquor, quiſquis es, odio habeto mores cauponum, cum homo ſis. Ama homines, nō pecuniam, obſiſte tantiſper peccato. Inſona aliquando gratiſſimis tibi vſuris vocem illam Ioannis Baptiſtæ: *Genimina viperarum*, abite à me. Matth. 3. Pernicies eſtis iis, qui vos retinent & accipiunt. Paululum oblectationis adfertis, ſed temporis progreſſione virus à vobis ſparſum, conuertitur animæ in acerbum maleficium. Viam vitæ obſepitis: Regni cœleſtis fores clauditis; Modicum quidem oculos aſpectu, tinnitúque veſtro aures recreatim æterni doloris cauſa & origo eſtis. Hæc vbi dicta, valedic ſuperfluæ rerum copiæ & vſuris, pauperumque amorem in te excita, & illum, qui mutuum petit, ne auerſeris, ob inopiam tibi ſit ſupplex, foribúſque tuis aſſidet, cum egens ſit, confugit ad tuas copias, vt ab eo egeſtatem depellas. At tu contrarium facis, opitulator verteris in hoſtem: non enim opem fers, vt ex illa, qua premitur inopia, euadat & ab vſuris pendendis liberetur: ſed feris afflicto mala, nudum exuens, vulneratúmque denuò vulnerans, curas curis accumulans, doloreſq; doloribus addens. Nam qui pecuniam cum fœnore reddendam accipit: pignus & arrham paupertatis accipit: ſpecie beneficii exitium domum reportans, quemadmodum enim is, qui precibus victus febricitanti, & quem vehemētiſſimus calor, ſitiſq; nimia exagitat, meri poculum porrigit, exhilarat quidem ægrum perbreui tempore, dum poculum exhaurit, ſed non longè pòſt acerbiſſimam & decuplo grauiorem febrim miſero parit: ſic & qui egeno pecuniam ſub fœnore commodat, neceſſitatem illius non ſubleuat, ſed calamitatem potius auget.

Ne vixeris igitur ſpecie humanitatis vitam inhumanam & efferatam, neque

A σελήνη ἡλίου φαίνοντος· πλεούσης δὲ μυριοφόρου νηὸς, καὶ τῇ σφοδρότητι τῶν ἀνέμων ἐλαυνομένης, ἐπακολουθεῖ ἡ μικρὰ πορθμὶς τὸν αὐτὸν περαιουμένη βυθόν· ἀνδρῶν δὲ πάλιν ἀγωνιζομένων νόμοις ἀθλητικοῖς, ἐναγωνίζονται τῶν αὐτῶν καὶ παῖδες. ὧδε μὲν οὖν ἐχέτω τῆς γνώμης ἡ αἴτησις.

Σὺ δὲ πρὸς ὃν ὁ λόγος ὅστις ποτ' ἂν ᾖς, μίσησον τρόπον καπηλικὸν ἄνθρωπος ὤν· ἀγάπησον ἀνθρώπους, καὶ μὴ ἀργύρια. στῆσον μέχρι τούτου τὴν ἁμαρτίαν. εἰπὲ τοῖς ποτέ σοι φιλ-
B τάτοις τόκοις τὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ φωνήν· γεννήματα ἐχιδνῶν πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ· ὀλέθριοι τῶν ἐχόντων ὑμεῖς καὶ λαμβανόντων ἐστέ· τέρπετε πρὸς ὀλίγον, ἀλλὰ χρόνοις ὕστερον ὁ ἀφ' ὑμῶν ἰὸς πικρὸν γίνεται δηλητήριον τῇ ψυχῇ. ἀποφράττετε ζωῆς ὁδόν· κλείετε τῆς βασιλείας τὰς θύρας· μικρὸν τέρψαντες τὴν ὄψιν, καὶ τὴν ἀκοὴν περιηχήσαντες, αἰωνίου λύπης γίνεσθε πρόξενοι. ταῦτα εἰπὼν ἀπόταξαι πλεονάσμασι καὶ τόκοις. σύνταξαι δὲ φιλοπτωχίᾳ· καὶ τὸν θέλοντα δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς· διὰ
C πενίας ἱκετεύει καὶ ταῖς θύραις προσκάθηται· ἀπορῶν καταφεύγει πρὸς τὸν σὸν πλοῦτον, ἵνα γένῃ αὐτῷ τῆς χρείας ἐπίκουρος. σὺ δὲ τοὐναντίον ποιεῖς, ὁ σύμμαχος γίνῃ πολέμιος· οὐ γὰρ αὐτῷ συμπράττεις, ὅπως καὶ τῆς ἀνάγκης ἐλευθερωθείη τῆς ἐπικειμένης· καὶ μὴ ἀποπληρώσῃ τὸ δάνεισμα· ἀλλὰ προστίθης τῷ στενουμένῳ κακὰ, τὸν γυμνὸν ἐκδύων, τὸν τετρωμένον ἐπιτραυματίζων· φροντίδας ἐπισυνάπτων ταῖς φροντίσι· καὶ λύπας τῇ λύπῃ. ὁ γὰρ ἔντοκον χρυσίον ὑποδεχόμενος· ἀρραβῶνα πενίας λαμ-
D βάνει ἐν προσχήματι εὐεργεσίας· ὄλεθρον ἐπεισάγων τῇ οἰκίᾳ. ὥσπερ γὰρ ὁ πυρεταίνοντι καιομένῳ παρὰ τῆς θέρμης, δίψῃ δὲ σφοδροτάτῃ συνεχομένῳ, καὶ ἀναγκασμένως αἰτοῦντι τὸ πόμα· διδοὺς οἶνον δῆθεν ὑπὸ φιλανθρωπίας· εὐφραίνει μὲν πρὸς ὀλίγον τὴν κύλικα ἐφελκόμενον, ὀλίγου δὲ χρόνου παρελθόντος, σφοδρὸν καὶ δεκαπλασίονα τῷ κάμνοντι τὸν πυρετὸν ἀπεργάζεται· οὕτως ὁ παρέχων πένητι γινώντα * χρυσὸν, οὐ παύει τὴν ἀνάγκην, ἀλλ' ἐπιτείνει τὴν συμφοράν.

Μὴ τοίνυν ζήσῃς μισάνθρωπον βίον ἐν φιλανθρωπίας προσχήματι, μηδὲ γένῃ ἰατρὸς

ἀνδροφόνος, τὸ πρόσχημα μὲν τοῦ σώζειν ἔχων διὰ τὸν πλοῦτον, ὡς ἐκεῖνος διὰ τὴν τέχνην· τῇ προαιρέσει δὲ κεχρημένος εἰς ἀπώλειαν τοῦ ἑαυτὸν συγκαταπιστεύσαντος. ἀργὸς δὲ ὁ πλεονεκτικὸς βίος ὁ τοῦ τοκίζοντος· οὐκ οἶδεν πόνον γεωργίας, οὐκ ἐπίνοιαν ἐμπορίας· ἐφ' ἑνὸς δὲ τόπου κάθηται τρέφων ἐπὶ τῆς ἑστίας θηρία· ἄσπαρτα αὐτῷ βούλεται τὰ πάντα καὶ ἀνήροτα φύεσθαι· ἄροτρον ἔχει τὸν κάλαμον· χώραν, τὴν χάρτην· σπέρμα, τὸ μέλαν· ὑετὸν χρόνον· αὐξάνοντα αὐτῷ λανθανόντως τὴν τῶν χρημάτων ἐπικαρπίαν· δρέπανόν ἐστιν αὐτῷ ἡ ἀπαίτησις. ἅλων, ἡ οἰκία· ἐφ' ἧς λικμᾶται τὰς τῶν θλιβομένων οὐσίας. τὰ πάντων ἴδια βλέπει. εὔχεται τοῖς ἀνθρώποις ἀνάγκας καὶ συμφοράς, ἵνα πρὸς αὐτὸν ἠναγκασμένως ἀπέλθωσι· μισεῖ τοὺς ἑαυτοῖς ἀρκουμένους, καὶ τοὺς μηδὲν δανειζομένους, ἐχθροὺς ἡγεῖται. προσεδρεύει τοῖς δικαστηρίοις, ἵνα εὕρῃ τὸν στενούμενον τοῖς ἀπαιτηταῖς, καὶ τοῖς πράκτορσιν ἀκολουθεῖ, ὡς ταῖς παρατάξεσι καὶ τοῖς πολέμοις οἱ γῦπες· περιφέρει τὸ βαλάντιον, καὶ δείκνυσι τοῖς πνιγομένοις τῆς θήρας δέλεαρ· ἵν' ἐκεῖνοι διὰ τὴν χρείαν περιχάνοντες, συγκαταπίωσι τοῦ τόκου τὸ ἄγκιστρον· καθ' ἡμέραν ἀριθμεῖ τὸ κέρδος· καὶ τῆς ἐπιθυμίας οὐκ ἐμπίπλαται· ἄχθεται πρὸς τὸν χρυσὸν τὸν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἀποκείμενον, διότι κεῖται ἀργὸς καὶ ἄπρακτος. μιμεῖται τοὺς γεωργοὺς τοὺς ἀπὸ τῶν σωρῶν ἀεὶ σπέρματα αἰτοῦντας· οὐκ ἀνίησι τὸν ἄθλιον χρυσόν, ἀλλ' ἐκ χειρῶν εἰς χεῖρας μετάγει. βλέπεις γοῦν τὸν πλούσιον καὶ πολύχρυσον πολλάκις μηδὲ ἓν νόμισμα ἔχοντα ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἀλλ' ἐν χάρταις τὰς ἐλπίδας. ἐν ὁμολογίαις τὴν ὑπόστασιν, μηδὲν ἔχοντα καὶ πάντα κατέχοντα. πρὸς τοὐναντίον τοῦ ἀποστολικοῦ γράμματος κεχρημένον τῷ βίῳ· πάντα διδόντα τοῖς αἰτήσασιν· οὐ διὰ φιλάνθρωπον γνώμην, ἀλλὰ διὰ φιλάργυρον τρόπον. αἱρεῖται γὰρ τὴν πρόσκαιρον πενίαν, ἵνα ὡς δοῦλος ἐπίμοχθος ὁ χρυσὸς ἐργασάμενος, μετὰ τῶν μισθῶν ἐπανέλθῃ. ὁρᾷς, ὅπως ἡ τοῦ μέλλοντος ἐλπὶς κενοῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ποιεῖ τὸν πολὺν χρυσὸν ἀκτήμονα πρόσκαιρον; τούτου δὲ τίς ἡ αἰτία; ἡ ἐν τῷ χάρτῃ γραφή, ἡ ὁμολογία τοῦ στενωθέντος. δώσω μετὰ τῆς ἐργασίας· ἀποτελέσω μετὰ τοῦ γινομένου.

A eſto medicus, qui perimat, nomen quidem & formam præ te ferens quaſi ſerues ob diuitias: ſicut & ille propter artem: voluntate autem tua & animo ad alterius, qui ſe tibi cõmittit, perniciem abutens. Segnis & inſatiabilis eſt vita vſurarii. Neſcit laborem agrorum colendorum, mercaturam non exercet, ſed vno in loco conſidens immanes domi ſuæ feras nutrit. Vult omnia ſibi ſine ſatu & inarata progigni, cui quidem aratrum eſt calamus: ager, charta: ſemen, atramentum: pluuia, tempus: quod illi pecuniæ fructus occultis in-
B crementis adauget & educat. Falx illi eſt repetitio: area, domus, in qua miſerorum fortunas ventilat, & quæ omnium ſunt, propria ſui ipſius videt. Imprecatur hominibus calamitates, vt coacti ad ipſum confugiant: odit, quibus res ſuæ ſufficiunt, & quos mutuum ſub vſura petere non conſpicit, in hoſtium numero habet. Aſſidet curiæ & foro, vt inueniat, quem ſors aduerſa affligit. Exactores & procuratores ſuos ſemper ſequitur, vt vultures caſtra & acies. Circumfert autem loculos, vt miſeris
C eſcam oſtendat: vt ei ob neceſſitatem inhiantes, deuorent ſimul vſuræ hamum. Quotidie numerat lucrum, ſuamque cupiditatem minimè explet. Dolet ob argentum domi repoſitum, quod otioſum eſt & infructuoſum. Imitatur colonos, qui ex aceruo frumenti ſemper ſemen petunt. Non relinquit miſerandum aurum intactum, ſed ex manu in manum tranfert. Aſpicis igitur opibus diuitiiſque abundantem, ſæpe domi ſuæ ne vnum quidem nummum habere, ſed omnes ſpes eius in charta ſitas, omnéſque fortunas in
D pactis & conuentis; qui nihil habet, & omnia poſſidet: contrario modo Apoſtolicis monitis vitam inſtituens, qui omnia largitur petentibus, non humanitatis ſed cupiditatis gratia. Eligit enim pauperiem ad nonnullum tempus, vt pecunia inſtar laborioſi ſerui operans, cum mercede ad ipſum reuertatur. Vides vt ſpes futuri lucri exinaniat domum, efficiátque vt inops ſit, cui alioquin multum auri ſuppetit. Huius verò quænam cauſa? Scriptura in papyro conſignata, & pactio ſeu promiſſio afflicti. Reddam cum fœnore. Reſtituam cum lucro ſortem.

Deinde inſto & admoneo, vt ne fidem fallat. Et debitor quidem licet inops fidem facit ob ſyngrapham. Deus autem, qui diues eſt, licet multa polliceatur clara & ſonora voce, non tamen auditur: Da, & ego reddam, clamat in Euangeliis, in publico totique terrarum orbi noto chirographo, quod quatuor, loco & vice vnius ſcripſerunt, cuius teſtes omnes Chriſtiani à tẽporibus partæ ſalutis exſtiterunt. Habes paradiſum pignus, pignus vtique dignum, quo fidenter nitaris. Quod ſi & hic aliquid quæris, totus mundus probi debitoris poſſeſſio eſt. Curioſè circumſpice copiam, qua abundat is, qui beneficium abs te petit, & inuenies ipſius diuitias. Nam omnes auri argentique fodinæ debitoris poſſeſſio ſunt. Omne metallum argenti & æris, & id genus aliorum, domino & imperio ipſius ſubiicitur. Reſpice in totum cœlũ, quà patet. Mente concipe maris infinitatem. Cogita terrę latitudinem; Numera, quas nutrit feras. Omnia ſubiecta ſunt illius potentiæ, cuius tu paupertatem contemnis. Moderatus & æquus eſto. Ne iniuria affeceris Deum. Neque æſtimes Deum inferiore & inhonoratiore loco eſſe, quàm trapezitas, quibus ſi ſpondeanr, abſque dubio credis. Da ſponſori immorrali. Crede Chirographo inaſpectabili quidem, ſed eiuſmodi tamẽ, quod perdi nequeat. Ne exigas lucrum, ſed impende beneficium ſine ſpe quæſtus, videbiſq; Deum non ſine additamẽto repẽdere gratiam.

Quod ſi hæc oratio tibi peregrina & præter opinionem accidit, in promptu habeo teſtimoniũ, quo perſpicuum fit, Deũ piè ſumptus & impenſas facientibus multis variiſq; modis reponere vicem. Petro enim interrogãte & dicẽte: *Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Amen dico vobis*, inquit, *Omnis qui reliquerit domos, aut fratres aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Vides liberalitatem? vides bonitatem? Et validè quidem impudens fœnerator laborat, vt ſortem duplicet: at Deus ſponte ſua, ei qui fratrem ſuum non opprimit, centuplum reddit. Obtemperato igitur Deo conſulenti, vſuraſque peccato non obnoxias referes. Cur te haud ſine ſcelere curis conficis, dies numerans, menſes computans, ſortem animo reuoluens,

A Εἶτα παρακαλῶ· ὁ μὲν χρεώστης καὶ ἄπορος ὢν διὰ τὴν συγγραφὴν, πιστεύεται. ὁ δὲ Θεὸς, πλούσιος ὢν καὶ ἐπαγγελλόμενος οὐκ ἀκούεται. δὸς καὶ ἐγὼ ἀποδώσω βοᾷ κράξας ἐν εὐαγγελίοις, ἐν χειρογράφῳ δημοσίῳ τῆς οἰκουμένης, ὃ τέσσαρες ἔγραψαν εὐαγγελισταὶ· ἀνθ' ἑνὸς συμβολαιογράφου, οὗ μάρτυρες πάντες οἱ ἐκ τῶν χρόνων τῆς σωτηρίας Χριστιανοί. ἔχεις ὑποθήκην τὸν παράδεισον, ἐνέχυρον ἀξιόπιστον. εἰ δὲ καὶ ἐν τούτῳ ζητεῖς· ὅλος ὁ κόσμος τοῦ εὐγνώμονος χρεώστου κτῆμα. περιέργασαι σαφῶς τὴν εὐ-
B πορίαν, τοῦ ζητοῦντος τὴν εὐεργεσίαν καὶ εὑρήσεις τὸν πλοῦτον. πᾶσα γὰρ χρυσῖτις τοῦ χρεώστου τούτου κτῆμα· πᾶν μέταλλον ἀργυρείου καὶ χαλκοῦ καὶ τῆς ἑξῆς ὕλης τῆς ἐκείνου δεσποτείας μέρος, ἀπόβλεψον εἰς τὸν μέγαν οὐρανόν. καταμάθε τὴν ἄπειρον θάλασσαν, ἱστόρησον τὸ πλάτος τῆς γῆς, ἀρίθμησον τὰ ἐπ' αὐτῆς τρεφόμενα ζῶα. πάντα δοῦλα καὶ κτήματα, οὗ σὺ ἀπόρου καταφρονεῖς. σωφρόνησον ἄνθρωπε μὴ καθυβρίσῃς τὸν Θεὸν, μηδὲ ἡγήσῃ τῶν τραπεζιτῶν ἀτιμότερον· οἷς ἐγγυωμένοις ἀναμφιβόλως πι-
C στεύεις· δὸς ἐγγυητῇ μὴ ἀποθνήσκοντι· πίστευσον χειρογράφῳ μὴ βλεπομένῳ, μηδὲ σπαρασσομένῳ, μὴ ἐπερωτήσῃς τὴν ἐργασίαν, ἀλλὰ δὸς ἀκαπήλευτον τὴν εὐεργεσίαν· καὶ ὄψει σὺ τὸν Θεὸν μετὰ προσθήκης ἀποδιδόντα τὴν χάριν.

Ἂν δὲ ξενίζῃ σε τὴν ἀκοὴν ὁ παράδοξος ὁ λόγος, πρόχειρον ἔχω τὴν μαρτυρίαν· ὅτι τοῖς εὐσεβῶς δαπανῶσι καὶ εὐεργετοῦσι πολυπλασιάζων ὁ Θεὸς τὴν ἀμοιβὴν ἀποδίδωσιν. Πέτρου γὰρ ἐρωτῶντος καὶ λέγοντος, ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι,
D τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, φησί· πᾶς ὅστις ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. ὁρᾷς τὴν φιλοτιμίαν; βλέπεις τὴν ἀγαθότητα; ὁ σφόδρα ἀναίσχυντος δανειστὴς, κάμνει, ἵνα διπλασιάσῃ τὸ κεφάλαιον· ὁ Θεὸς δὲ αὐθαιρέτως τῷ μὴ θλίβοντι τὸν ἀδελφὸν, τὸ ἑκατονταπλάσιον δίδωσιν. πείθου οὖν τῷ Θεῷ συμβουλεύοντι, καὶ λήψῃ τόκους ἀναμαρτήτους. ἵνα τί μετὰ ἁμαρτίας μερίμναις σαυτὸν ἐκτήκεις; τὰς ἡμέρας ἀριθμῶν, τοὺς μῆνας ψηφίζων· τὸ κεφάλαιον ἐννοῶν,

τὰς

τὰς προσθήκας ὀνειροπολῶν, φοβούμενος τὴν προθεσμίαν, μὴ ἄκαρπος παραγένηται ὡς θέρος χαλαζωθὲν, περιεργάζεται ὁ δανειστὴς τοῦ χρεώστου τὰς πράξεις. τὰς ἐκδημίας, τὰ κινήματα· τὰς μεταβάσεις, τὰς ἐμπορείας· κἂν φήμη τις περιαγγέλληται σκυθρωπὴ, ὅτι λῃσταῖς ὁ δεῖνα περιέπεσεν, ἢ ἔκ τινος περιστάσεως εἰς πενίαν αὐτῷ μετεκλήθη ἡ εὐπορία· κάθηται τὼ χεῖρε συνδήσας, στένει συνεχῶς, ὑποδακρύει πολλά· ἀνελίττει τὸ χειρόγραφον, θρηνεῖ ἐν τοῖς γράμμασι τὸν χρυσὸν, προσκομίζων τὸ συμβόλαιον, ὡς ἱμάτιον υἱοῦ τελευτήσαντος· ἀπ' ἐκείνου θερμότερον ἐγείρει τὸ πάθος· ἂν δὲ καὶ ναυτικὸν ᾖ τὸ δανείσμα τοῖς αἰγιαλοῖς προσκάθηται, τὰς κινήσεις μεριμνᾷ τῶν ἀνέμων, συνεχῶς διερωτᾷ τοὺς καταίροντας, μήπου ναυάγιον ἠκούσθη, μήπου πλέοντες ἐκινδύνευσαν· παχύνεται τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν λειψάνων τῆς μεθημερινῆς φροντίδος. πρὸς δὴ τὸν τοιοῦτον λεκτέον· παῦσαι ἄνθρωπε μερίμνης ἐπικινδύνου, ἀνάπαυσαι ἀπὸ ἐλπίδος τηκούσης, μὴ τόκους ζητῶν σεαυτῷ τὸ κεφάλαιον διαφθείρῃς· παρὰ πένητος ζητεῖς προσόδους καὶ προσθήκας πλούτου, παραπλήσιον ποιῶν ὡς εἴ τις ἀπὸ χώρας αὐχμῷ θερμοτάτῳ ξηρανθείσης, λαβεῖν θελήσειεν, σίτου θημωνιάς· ἢ πλῆθος βοτρύων ἐξ ἀμπέλου μετὰ νέφος χαλαζηφόρον· ἢ τέκνων τόκον ἀπὸ στείρας γαστρός· ἢ γάλακτος ἐκροὴν ἐξ ἀτόκων γυναικῶν. οὐδεὶς ἐγχειρεῖ τοῖς παρὰ φύσιν καὶ ἀδυνάτοις· ἐπεὶ πρὸς τῷ μηδὲν κατορθοῦν, προσοφλισκάνει γέλωτα· μόνος ὁ Θεὸς παντοδύναμος· ὃς ἐκ τῶν ἀπόρων εὑρίσκει τοὺς πορισμοὺς, καὶ τὰ παρ' ἐλπίδα καὶ προσδοκίαν δημιουργεῖ· νῦν μὲν κελεύων πέτρας πηγὴν ἀπορρεῖν. αὖθις δὲ βρέχων ἐξ οὐρανοῦ ἄρτον ἀσυνήθη καὶ ξένον. καὶ πάλιν γλυκαίνων τὴν πικρὰν Μέῤῥαν ἐπαφῇ ξύλου. καὶ τῆς στείρας Ελισαβὲτ εὔτοκον ποιῶν τὴν γαστέρα· καὶ διδοὺς τῇ Αννᾳ τὸν Σαμουὴλ, καὶ τῇ Μαρίᾳ τὸν ἐν παρθενίᾳ πρωτότοκον. ταῦτα μόνης τῆς παντοδυνάμου χειρὸς ἔργα.

Σὺ δὲ χαλκοῦ καὶ χρυσοῦ τῶν ἀγόνων ὑλῶν μὴ

A incrementum ſomnians, metuénſque diem præſtitutam, ne infructuoſa veniat, inſtar illius æſtatis, qua grando fruges contudit. Curioſè & anxiè inquirit fœnerator in omnes debitoris actiones, in peregrinationes, in egreſſum, mercaturam, & ſi fama oriatur infauſtior, quod ſcilicet quidam in latrones inciderit, vel euentu aliquo inops ex opulento euaſerit, ſedet iunctis manibus, aſſiduè gemit, ſæpius plorat, voluit chirographum, lamentatur in litteris illis aurum, efferens contractus tabulas, non ſecus atque B veſtem filii mortui, acerbiorémque adhuc illarum aſpectu reſuſcitat dolorem: Si autem mutuum fuerit nauticum, littoribus aſſidet, deflet ventorum procellas & tempeſtates, perpetuo examinat euntes & redeuntes, numquid alicubi de naufragio ſit inauditum, num qui alicubi periculum adierint, conſtringit & angit quotidiana ſollicitudine animum. Huic igitur dicendum eſt: deſiſte, ô homo, à periculoſa cura. Abiice ſpem excruciantem, ne fœnus quærens amittas C & ſortem. A paupere exigis reditus & augmenta tuarum diuitiarum: ſimiliter facis ac ſi quis ex agro calore ingenti exſiccato vellet frumenti aceruum, aut vuarum multitudinem ex vinea poſt immiſſam grandinem, vel liberorum prouentum ab infœcundo ventre, vel lactis nutrimentum, à fœminis quæ non pepererunt. Nullus conatur ea, quæ ſunt præter naturam & impoſſibilia: nam prætetquam quod nihil efficeret, aliis etiam riſui & ludibrio eſſet. Solus Deus adeò eſt omnipotens, vt ex rebus deſperatis & de-D poſitis elicere poſſit non parum emolumenti, quippe qui facit ea, quæ præter omnium ſpem & expectationem eſſe ſolent; modo quidem imperans, vt ex rupibus aqua profluat, rurſus ex cœlo, quaſi pluuiam, dimittens panem inſolitum & nouum: iterumque dulcem efficiens amaram illam * myrrham contactu ligni, præterea Elizabethæ infœcũdum vterum fœcundans, Annæque Samuelem, & Mariæ Virgini primogenitum donans. Hæc ſolius Omnipotentis dexteræ ſunt opera. *Maram.*

Tu vero æris & auri rerũ parere non

ſolitatum, ne quęre fœtum, neque coge paupertatem ea, quæ diuitum ſunt præſtare, neq; vſuras pendere illũ, qui ſortem petit, aut neſcies quàm mutui expoſcendi neceſſitas digna ſit miſericordia. quapropter diuina quoq; ſcriptura, quæ nos ad omnem pietatem informat, vbique vſuras prohibet, ſi fratri tuo mutuam dederis pecuniã, non vrgebis illũ. Accedit quod ipſa gratia, quæ omnis omnino bonitatis abundãtiſſimus fons eſt, remiſſionẽ debitorũ lege ſancit quã liberaliſſimè his verbis: Nõ dabitis mutuũ, his à quib. ſperatis recipere vicem, & alibi ſub ſpecie parabolæ, durũ & immitẽ ſeruum grauiter puniit, quod conſerui procidẽtis nõ fuerit miſertus, neq; remiſerit centũ denarios, exiguũ videlicet debitũ, qui decies mille talentorum condonationẽ fuerat cõſecutus. Saluator porrò noſter omniſq; honeſtatis magiſter, cum diſcipulis ſuis modũ orandi nihil ſuperuacanei continẽtem præſcriberet, hunc etiã adiecit precãdi formulæ articulũ, quaſi qui maximè valeat ad exorandũ Deũ: & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hoc quomodo à Deo poſtulabis, ô fœnerator? Qua conſcientia voti tui à Deo particeps fieri cupis, qui omnia accipis, & nihil dare noſti? An neſcis preces tuas nihil eſſe aliud quam inhumanitatis tuæ repetitionem? Quid remiſiſti, quod remiſſionem petis? cuius miſertus es, quod miſericordiam imploras? Et ſi des eleemoſynam, inhumanitatis tuę exactiones, an nõ plena eſt alienarum calamitatũ, lacrymarũ & gemituũ? Quod ſi inops ſciret, vndenam largiaris eleemoſynam, vtiq; non acceptaret, refugiens videlicet guſtare fraternas carnes, & ſanguinẽ ſuorũ familiarium, tèq; ſermone moderata quadam libertate pleno cohortaretur; Ne me ô homo alas fraternis lacrymis. Ne dederis panem pauperi confectũ ex gemitu egenorum meorum ſodalium. Redde fratri tuo à quo iniuſtè ſurripuiſti, & grates agam. quid vtilitatis affers, dum multos efficis inopes, & vnum conſolaris? Si non eſſet tanta multitudo vſurariorum, non eſſet tanta copia pauperum. Diſſolue tribum & ſodalitium tuum, omnibúſque ſuppetent res neceſſariæ. Omnes accuſant fœneratores, nec malo huic mederi queunt: Lex, Prophetæ, Euangeliſtæ. Qualia diuinus Amos intonat?

A ζήτει τόκον, μηδὲ βιάζου πενίαν τὰ τῶν πλουτούντων ποιεῖν, μηδὲ διδόναι πλεονασμοὺς τὸν τὸ κεφάλαιον προσαιτοῦντα. εἰ γὰρ οὐκ οἶδας ὡς δανείου χρεία ὑπερσωπός ἐστιν ἐλέου αἰτήσεως· διὰ καὶ ὁ νόμος τὸ εἰσαγωγικὸν τῆς εὐσεβείας γράμμα, πανταχοῦ ἀπαγορεύει τὸν τόκον, ἐὰν δανείσῃς ἀργύριον τῷ ἀδελφῷ σου, οὐκ ἔσῃ αὐτὸν κατεπείγων· καὶ ἡ χάρις τῇ πηγῇ τῆς ἀγαθότητος πλεονάζουσα τῶν ὀφλημάτων νομοθετεῖ τὴν συγχώρησιν· ὅπου μὲν χρηστευομένη καὶ λέγουσα, καὶ οὐ δανείζετε, παρ᾽ ὧν B ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν. καὶ ἀλλαχοῦ ἐν παραβολῇ τὸν σκληρὸν οἰκέτην πικρῶς κολάζουσα· ὃς τῷ ὁμοδούλῳ προσκυνοῦντι οὐκ ἐπεκλάσθη· οὐδὲ ἀφῆκεν ἑκατὸν δηναρίων εὐτελὲς χρέος, αὐτὸς τῶν μυρίων ταλάντων λαβὼν τὴν συγχώρησιν. ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν καὶ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλος εὐχῆς κανόνα καὶ τύπον ἀπερίεργον τοῖς μαθηταῖς εἰσηγούμενος, ἓν καὶ τοῦτο τῆς ἱκεσίας λόγοις ἐνέθηκεν, ὡς μάλιστα δεῖν καὶ προσφόρον ἀρχαίων δυσωπῆσαι Θεόν· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· καθὼς καὶ ἡμεῖς ἀφήκαμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. πῶς οὖν προσ- C εύξῃ ὁ τοκογλύφος. μετὰ ποίου συνειδότος αἴτημα ἀγαθὸν ζητήσεις παρὰ Θεοῦ, ὁ πάντα λαμβάνων, καὶ μὴ μαθὼν τὸ διδόναι; ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι ἡ προσευχή σου ὑπόμνησις μισανθρωπίας ἐστίν; τί συνεχώρησας, καὶ συγγνώμην αἰτεῖς; τίνα ἠλέησας, καὶ καλεῖς τὸν ἐλεήμονα· ἂν δὲ καὶ δῷς ἐλεημοσύνην, μισανθρώπου φορολογίας, οὐκ ἀπὸ συμφορῶν ἀλλοτρίων δακρύων γέμοντα καὶ στεναγμῶν; εἰ ἐγνώριζεν ὁ πένης πόθεν ὀρέγεις τὴν ἐλεημοσύνην, οὐκ ἂν ἐδέξατο ὡς ἀδελφικῶν σαρκῶν γεύεσθαι μέλλων· καὶ αἵ- D ματος τῶν οἰκείων. εἶπε δ᾽ ἂν πρὸς σὲ λόγον γέμοντα σώφρονος παρρησίας. μὴ με θρέψῃς ἄνθρωπε ἀπὸ δακρύων ἀδελφικῶν. μὴ δῷς ἄρτον πένητι γινόμενον ἀπὸ στεναγμῶν τῶν συμπτωχῶν. ἀπόδος τῷ ὁμοφύλῳ ὃ κακῶς ἀπῄτησας, κἀγὼ ὁμολογήσω τὴν χάριν. τί ὠφελεῖς πολλοὺς πτωχοὺς ποιῶν, καὶ ἕνα παραμυθούμενος; εἰ μὴ πλῆθος ἦν τοκιστῶν, οὐκ ἂν ἦν τὸ πλῆθος τῶν πενομένων. λῦσον σου τὴν φατρίαν, καὶ πάντες ἕξομεν τὴν αὐτάρκειαν. πάντες τῶν τοκιστῶν κατηγοροῦσι καὶ οὐκ ἔστι τοῦ κακοῦ θεραπεία· νόμος, προφῆται, εὐαγγελισταί. οἷα γοῦν ὁ θεσπέσιος Ἀμὼς λέγει.

οἱ ἐκτρίβοντες εἰς τὸ πρωῒ πένητα, καὶ καταδυναστεύοντες πτωχοὺς ἐπὶ τῆς γῆς· οἱ λέγοντες, πότε διελεύσεται ὁ μὴν, καὶ ἐμπολήσομεν. οὐδὲ γὰρ πατέρες οὕτως χαίρουσιν ἐπὶ τῇ γεννήσει τῶν παίδων ὡς οἱ τοκίζοντες εὐφραίνονται τῶν μηνῶν πληρουμένων.

Καλοῦσι δὲ τὴν ἁμαρτίαν σεμνοῖς ὀνόμασι· φιλάνθρωπον τὸ λῆμμα προσαγορεύοντες, κατὰ μίμησιν Ἑλλήνων· οἱ δαίμονάς τινας μισανθρώπους καὶ φονώσας, ἀντὶ τῆς ἀληθοῦς κλήσεως ΕΥμενίδας προσαγορεύουσιν. φιλάνθρωπός γε; οὐ γὰρ ἡ τοῦ τόκου εἰσφορὰ οἴκους ἐκτρίβουσα; τοὺς εὖ γεγονότας χείρονα ζῆν τῶν δούλων παρασκευάζουσα· πρὸς ὀλίγον τέρπουσα ἐν ἀρχαῖς, καὶ πικρὸν τὸν εἰς ὕστερον βίον παρασκευάζουσα. ὡς γὰρ τὰ πετεινὰ τὰ παρὰ τῶν ὀρνιθευτῶν ἐπιβουλευόμενα ἥδεται διαρραινομένων τῶν σπερμάτων αὐτοῖς. καὶ φίλην ποιεῖται τὴν συνήθη διαγωγὴν τὴν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις ἐν οἷς δαψιλὴς αὐτοῖς ἡ τροφὴ γίνεται· μικρὸν δὲ ὕστερον ἐνσχεθέντα τοῖς θηράτροις διόλλυται· οὕτως οἱ τὰ ἔντοκα τῶν δανεισμάτων λαμβάνοντες, ὀλίγον εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον αὐτῆς τῆς πατρικῆς ἑστίας ἐκπίπτουσιν. ἔλεος δὲ ἐξοικεῖται τῶν μιαρῶν καὶ φιλαργύρων ψυχῶν, καὶ βλέποντες αὐτὴν τὴν οἰκίαν τοῦ ὀφείλοντος ὤνιον προκειμένην, οὐκ ἐπικλῶνται. ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τὴν πρᾶσιν κατεπείγουσιν. ἵνα θᾶττον τὸ χρυσίον ὑποδεξάμενοι ἄλλον ἄθλιον δανείσματι καταδήσωσιν. κατὰ τοὺς σπουδαίους καὶ ἀπλήστους τῶν θηρευτῶν, οἱ μίαν κοιλάδα τοῖς δικτύοις κυκλώσαντες, καὶ πάντα ἐν αὐτῇ σαγηνεύσαντες θηρία, πάλιν ἐπὶ τὴν γείτονα φάραγγα μεθιστᾶσι τὰς στάλικας· καὶ ἀπ᾽ ἐκείνης ἐπὶ τὴν ἄλλην, καὶ μέχρι τούτου, μέχρις ἂν τὰ ὄρη τῶν θηρευμάτων κενώσωσιν. ποίοις οὖν ὀφθαλμοῖς ὁ τοιοῦτος ἀναβλέπεις εἰς οὐρανόν; πῶς δὲ αἰτεῖς ἄφεσιν ἁμαρτήματος. ἢ τάχα ὑπ᾽ ἀναισθησίας καὶ τοῦτο λέγεις εὐχόμενος, ὅπερ ἐδίδαξεν ὁ Σωτὴρ, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφήκαμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. ὁπόσοι διὰ τόκον ἀγχόνης ἥψαντο, καὶ ῥεύμασι ποταμῶν ἑαυτοὺς ἐξέδωκαν, καὶ κουφότερον ἔκριναν τοῦ δανειστοῦ τὸν θάνατον. ἀφῆκαν δὲ παῖδας ὀρφανοὺς κακὴν μητρυιὰν ἔχοντας τὴν πενίαν. οἱ δὲ χρηστοὶ τοκογλύφοι, οὐδὲ τότε τῆς ἐρήμου φείδονται οἰκίας.

A Audite qui conteritis manè pauperem & opprimitis egenos terræ, dicẽtes, quãdo tranſibit menſis, & venundabimus merces? Neque enim patres tantopere lætantur generatione filiorum, quantum fœneratores fine menſium.

Quin & ſcelus ſuum pulchris obuelant nominibus; Humanum cenſum ſeu quæſtum appellitantes Ethnicorum inſtar, qui Deas quaſdam odio in cunctos inflammatas, hominumque interfectrices, non vero ſed miti nomine vocant Eumenides. Itáne verò B humanus cenſus? An non exactio vſuræ eſt, quæ domos euertit, diuitias diſſipat, efficitque vt qui honeſto & nobili loco nati ſunt, deteriorem vitam viuant, quàm ſerui, quæ quidem initio nonnihil delectat, poſteriores verò vitæ partes acerbo dolore complet. Quemadmodum enim aues, quibus aucupes inſidias tendunt, delectãtur principio quidem ſparſa illis eſca, illáq; loca frequentant, in quibus vberem & copioſum cibum reperiunt, pauló poſt autem retibus captæ intereunt: ſic & qui fœnebrem pecuniam accipiunt, perbreui C temporis ſpatio abundant, poſtea verò paternis ſedibus excidunt. Cæterum omnis miſericordia exulat ab vſurariorum perditis & ſceleratis animis, cumq́; ipſam debitoris domum venalem proſtare aſpiciunt, non mouentur vlla commiſeratione, quin potius venditionem importunius adhuc vrgent, vt citius argento accepto alium quendã miſerum fœnoris nexibus aſtringant, more indefeſſorum & inſatiabilium venatorum, qui vna valle retibus circumdata, omnibus quæ in eo latent feris captis, ad vicinas valles retia transferunt, & ab his D ad alias, & ita deinceps, quo ad omnia loca venatione ſua peragrarint. Qualibus ergo oculis tu qui talis es, in cœlum reſpicis? Quomodo petis remiſſionem peccatorum? Num fortè ob ſtuporem illud quoque oras, quod nos Saluator docuit? Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quam multi ob vſuras laqueo ſeſe interemerunt, vel præcipites in fluuios deiecerunt, tolerabiliorem rati mortẽ, quam fœneratorem, relictis filiis orphanis, quibus paupertas nouerca haud benigna & facilis eſſe cœpit. At verò præclari ſcilicet iſti vſurarii, ne orbæ quidem domus miſerentur,

A ſed trahunt, rapiuntque hæredes, quibus fortè præter laqueum hæreditaris nihil obtigit, aurumq; poſcunt eos, qui victum ſibi ex aliorum liberalitate comparanr. Cum autẽ debitoris mors illis, vt par eſt, exprobratur, cumq; nonnulli vt erubeſcant laquei mentionem faciunt, nullo penitus pudore ob hoc facinus afficiũtur, neque animo expaueſcunt, ſed potius ex pectore exulcerato verba fundunt plena impudentiæ : & num moribus noſtris, aiunt, adſcribetur, ſi miſer ille & inops mẽtis, infelici ſidere natus, neceſſitate fati cõpulſus, violẽtas manus ſibi intulerit? Philoſophantur enim vſurarii quoq; & Mathematicorũ ægyptio- B rum diſcipuli fiunt, cum opus eſt vt apologiã inſtituant, pro piaculis & execrandis facinoribus & homicidiis ſuis.

Talis igitur hoc ſermone compellandus eſt. Tu ille infauſtus ortus es, & illa infelix ſiderum neceſſitas: ſi enim curam leuaſſes, & partem quidem partis dimiſiſſes, partémq; accepiſſes cum remiſſione, non vtique odiſſet lucem tanquam odioſam, neq; ſui ipſius carnifex extitiſſet. Et quibúſnam oculis tẽpore Reſurrectionis intueberis interfectum? venietis enim ambo ad Chriſti tribunal, vbi non vſuræ computabuntur, ſed vitæ ratio acta iudicabitur. Ecquid reſpõdebis accuſatus incorrupto iudici, quando C tibi dixerit: Habuiſti legem, Prophetas, Euangelicas præceptiones, omnes audiuiſti ſimul ingeminãtes vna voce charitatem & humanitatẽ, his quidem monentibus: fratri tuo non fœneraberis; *Deut. 23.* Aliis verò: pecuniam ſuam nõ dedit ad vſuram; Aliis: ſi mutuum dederis fratri tuo, non vrgebis illum. At Matthæus in parabolis clamans, Dominique mandatum annuncians, ait: *Serue nequam, omne debitũ tibi remiſi, quia rogaſti me, nõne oportebat & te miſereri cõſerui tui, vt & ego tui miſertus ſum? Et iratus Dominus tradidit illũ tortoribus, quouſque perſoluerit omne debitũ.* *Matth. 18.* Tunc ſera D & infructuoſa pœnitẽtia ducêris, luctuſque grauiſſimus te inceſſet, & pœna ineuitabili punieris. Nec tibi adiumento erit aurum, nec opem feret argentum. Amarior felle erit fœnoris acceptio. Hæc non ſunt nuda verborum terriculamenta, ſed ipſa rei veritas, quæ iudicium futurum prius teſtatur, quàm experientia cognoſcatur, quod proinde vir prudens, & cui cura futuri, ſedulò cauere ſtudebit.

A ἀλλ' ἕλκουσι τοὺς κληρονόμους τάχα τὴν χοίνον μόνην τοῦ βρόχου κληρονομήσαντας, καὶ χρυσίον ἀπαιτοῦσι τοὺς τὸν ἄρτον ἐξ ἐράνου πορίζομένους. ὀνειδιζόμενοι δὲ, ὡς εἰκὸς, ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ χρεώστου, καί τινων πρὸς δυσωπίαν μεμνημένων τοῦ βρόχου, οὐδὲ ἐγκαλύπτονται πρὸς τὸ δρᾶμα· οὐδὲ πλήττονται τὴν ψυχήν· ἀπὸ πικρᾶς δὲ γνώμης, λόγους λέγουσιν ἀναιδεῖς· καὶ ἠθῶν ἀδίκημα τοῦτο ἡμετέρων· εἰ ὁ κακοδαίμων καὶ ἀγνώμων ἐκεῖνος μοχθηρᾶς γενέσεως λαχὼν τῇ ἀνάγκῃ τῆς εἱμαρμένης πρὸς τὸν βίαιον ἦλθε θάνατον; καὶ γὰρ καὶ φιλοσοφοῦσιν οἱ τοκογλύφοι καὶ τῶν μαθηματικῶν Αἰγυπτίων γίνονται B μαθηταί· ὅταν δέῃ ὑπὲρ τῶν ἐναγῶν αὐτῶν πράξεων καὶ τῶν φόνων ἀπολογήσασθαι.

Λεκτέον οὖν πρὸς ἕνα τῶν τοιούτων· σὺ ἡ μοχθηρὰ γένεσις, σὺ ἡ κακὴ τῶν ἀστέρων ἀνάγκη. Εἰ γὰρ ἐπεκούφισας τὴν φροντίδα, καὶ μέρος μὲν ἀφῆκας τοῦ μέρους· μέρος δὲ ἐκομίσω μετὰ ἀνέσεως, οὐκ ἂν τὴν ἐπίμοχθον ζωὴν ἐμίσησεν· οὐδὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ ἐγένετο δήμιος. ἄρα ποίοις ὀφθαλμοῖς κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως ὄψει φονευθέντα; ἥξετε γὰρ ἀμφότεροι πρὸς τὸ τοῦ Χριστοῦ βῆμα· ἔνθα οὐ τόκοι ψηφίζονται, ἀλλὰ βίοι κρίνονται. τί δὲ λέξεις ἐγκαλούμε- C νος τῷ ἀδεκάστῳ κριτῇ, ὅταν σοι λέγηται· εἶχες νόμον, προφήτας, εὐαγγελικὰ παραγγέλματα· πάντων ἤκουες ὁμοῦ βοώντων μιᾷ φωνῇ τὴν ἀγάπην, τὴν φιλανθρωπίαν· ἐκ τῶν μὲν λεγόντων οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου, οὐκ ἔσῃ αὐτὸν κατεπείγων. Ματθαῖος δὲ ἐν παραβολαῖς ἐκέκραξε λέγων δεσποτικὸν λόγον ἀπαγγέλλων· δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με· οὐκ ἔδει καί σε ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα; καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς· ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν D τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ. τότε σε καταλήψεται ἡ ἀνόνητος μεταμέλεια· στεναγμοὶ δὲ καταλήψονται βαρεῖς, καὶ κόλασις ἀπαραίτητος. οὐδαμοῦ δὲ χρυσὸς βοηθῶν, οὐκ ἄργυρος ἐπαμύνων· πικροτέρα δὲ χολῆς ἡ τῶν τόκων ἀνάδοσις. ταῦτα οὐ ῥήματα φοβοῦντα· ἀλλὰ πράγματα ἀληθῆ, περὶ τῆς πείρας τὸ κριτήριον διαμαρτυρόμενα· ἃ φυλάξασθαι τῷ σωφρονοῦντι καλὸν, καὶ ᾧ τοῦ μέλλοντος πρόνοια.

A Ἵνα δὲ μεταξὺ τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως καὶ τί τῶν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις συμβάντων ἐν οἰκίᾳ τοκογλύφου διηγησάμενος ὠφελήσω τι τοὺς ἀκούοντας, ἀκούσατε τοῦ λόγου· καὶ τάχα οἱ πολλοὶ τὴν ὑπόθεσιν ὡς γνώριμον ἐπιγνώσεσθε. ἀνήρ τις ἦν ἐπὶ τῆσδε τῆς πόλεως· οὐκ ἐρῶ δὲ ποιοῦμαι· κωμῳδεῖν ὀνομαστὶ τὸν τελευτήσαντα φυλαττόμενος, τέχνην ἔχων τὰ δανείσματα· καὶ τὴν ἐκ τῶν μιαρῶν τόκων ἐπικαρπίαν. τῷ πάθει δὲ συνεχόμενος τῆς φιλαργυρίας φειδωλὸς ἦν καὶ περὶ τὴν ἰδίαν δαπάνην. B τοιοῦτοι γὰρ οἱ φιλάργυροι, οὐ τράπεζαν αὐτάρκη παρατιθέμενος, οὐχ ἱματίων συνεχῶς, ἢ κατὰ χρείαν ἀμείβων· οὐ τέκνοις παρέχων τὴν ἀναγκαίαν τοῦ βίου διαγωγήν, οὐ λουτρῶν ταχέως μεταλαμβάνων φόβῳ τοῦ μισθοῦ τῶν τριῶν ὀβολῶν. πάντα δὲ τρόπον ἐπινοῶν, ὅθεν ἂν πλείονα τὸν ἀριθμὸν παραγάγοι τῶν χρημάτων· οὔτε μὴν ἀξιόπιστόν τινα φύλακα τοῦ βαλαντίου ἐνόμιζεν, οὐ τέκνον, οὐ δοῦλον, οὐ τραπεζίτην, οὐ κλεῖν, οὐ σφραγῖδα, ταῖς δὲ τῶν τοίχων ὀπαῖς, τὸ χρυσίον ἐμβάλλων καὶ τὸν πηλὸν ἔξωθεν ἐπαλείφων· C ἄγνωστον πᾶσιν εἶχεν τὸν θησαυρόν, τόπους ἐκ τόπων ἀμείβων, καὶ τοίχους ἐκ τοίχων, καὶ τὸ λανθάνειν πάντας σοφιζόμενος εὐμηχάνως· ἀθρόον ἀπῆλθε τοῦ βίου· οὐδενὶ τῶν οἰκείων ἐξαγορεύσας, ἔνθα ὁ χρυσὸς κατώρυκτο. κατωρύχθη μὲν οὖν κἀκεῖνος τὸ κρύψαι κερδάνας· οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ πάντων ἔσεσθαι τῶν ἐν τῇ πόλει λαμπρότεροι διὰ πλοῦτον ἐλπίσαντες· ἠρεύνων πανταχοῦ, παρ' ἀλλήλων διεπυνθάνοντο· τοὺς οἰκέτας ἀνέκρινον· τὰ ἐδάφη τῶν οἴκων ἀνώρυττον, τοὺς τοίχους ὑπεκένουν· τὰς τῶν γειτόνων καὶ γνωρίμων οἰκίας ἐπολυπραγμόνουν. D πάντα δὲ λίθον, τὸ τοῦ λόγου, κινήσαντες εὗρον οὐδ' ὀβολόν. διάγουσι δὲ τὸν βίον ἄοικοι, ἀνέστιοι, πένητες, ἐπαρώμενοι πολλὰ καθ' ἑκάστην τῇ τοῦ πατρὸς ματαιότητι. ὁ μὲν δὴ φίλος ὑμῶν καὶ ἑταῖρος· ὦ τοκισταί, τοιοῦτος· ἀξίως τοῦ τρόπου καταστρέψας τὸν βίον, ἀνεμιαῖος χρηματιστής, ὀδύνῃ καὶ λιμῷ μοχθήσας. συναγαγὼν δὲ κληρονομίαν ἑαυτῷ μὲν τὴν αἰώνιον κόλασιν· τοῖς δὲ ἐξ αὐτοῦ τὴν πενίαν. οὐκ ἴστε δὲ ὑμεῖς τίνι ἀθροίζετε ἢ μοχθεῖτε. αἱ περιστάσεις πολλαί, οἱ συκοφάνται μυρίοι, ἐνεδρευταὶ καὶ λῃσταὶ γῆν διενοχλοῦσιν

A Vt verò vtilitatis aliquid audientibus afferã, narrãdo quiddã quod æuo noſtro in ædibus cuiuſdam fœneratoris ante illud Dei iudicium contigit, attendite: etſi fortaſſis multi veſtrũ id, quod commemoraturus ſum, iam exploratum habeatis: Erat vir quidam in ciuitate N. nomen reticebo, ne videar mortuum nominatim traducere velle; Huic fœnerare, lucrique aliquid ex deteſtandis vſuris capere, vnica ars erat. Correptus autem hoc auaritię morbo, tenax & ſordidus in ſeipſum ſuóſque euaſit, vt ſo-B lent auari, quippe qui in menſa neque ſatis cibi apponeret, neque veſtes vnquã niſi ſumma neceſſitate coactus mutaret, neque liberis ſuis neceſſaria ad victũ ſuppeditaret, nec balneis vteretur metu mercedis triobolaris, perpetuò in id vnum intẽtus, quomodo ſemper magis atq; magis pecunię numerũ augeret. Neque quendã ſatis fidũ crumenæ ſuæ cuſtodem arbitrabatur, non filiũ, nõ ſeruum, non trapezitam, non clauẽ, non ſigillũ, in parietum angulis & receſſibus, luto ſuperillito, inuiſas diuitias, & ignotum aſſeruabat theſaurũ, déque loco ad C locũ & de pariete ad parietẽ, ſine intermiſſione trãsferebat, vt hac ratione omnes lateret. Porrò derepentè ex hac vita decedens, familiarium nemini indicauit, vbinam aurum defoſſum eſſet. Defoſſus igitur eſt & ipſe, hoc vnum ſcilicet lucratus, vt & ipſe defoſſus occultaretur. At liberi ipſius cum ſperarent, ſe omnium ciuium fore ditiſſimos, omnia perſcrutabantur, ex aliis ſciſcitabantur, famulos examinabant, pauimẽta ędium fodiendo aperiebant, parietes euacuabant, vicinorum & familiarium domos frequentes obibant, omnémq; lapidem D vt dicitur, mouebant, neq; tamen vel obolum inueniebant. Viuunt autem in præſenti vitam extorrem, domuſque & foci expertẽ, quotidie patris ſtultitiam deteſtantes. Talis igitur, vſurarii, veſter amicus & ſocius fuit, qui digno moribus fine vitam concluſit, fœnerator ventoſus & leuis, qui cum innumeris moleſtiis ipſaque fame conflictatus, ſibi quidem æternas pœnas, quaſi hæreditario iure comparauit, liberis autem ſuis inopiam reliquit. Neſcitis miſeri cui opes corradatis & congregetis. Euentus rerum varii ſunt, impoſtores infiniti, inſidiatores & prædones terram turbant

& mare, videte ne amiſſo auro potiſſimum veſtrum lucrum ſit peccatum. Sed oratio hæc, aiũt, nobis odioſa eſt & grauis: Noui & ego veſtrum murmur dentiumque fremitum, etſi vos ex hoc loco ſuperiore ſæpius in recta ſentẽtia firmare coner. Inuidet, inquiunt, iis, qui beneficiis afficiuntur & egentibus. Ergo à mutuo dãdo ſuperſedebimus. Et quam vitam agẽt inopes & afflicti? Digna profecto moribus iſtorum oratio, conueniensque obiectio iis, qui diuitiarum tenebris obnubilati ſunt. Neq; enim mentis iudicium ſatis firmatum habent, vt quæ dicuntur intelligere poſſint. Hinc monita rectè ſuadentium in contrariam partem accipiũt: vt enim me perorante minantur ſe pauperibus non daturos mutuum, ſic non ſine murmure minantur egenis venientibus ſeſe occluſuros ianuam. Ego quidem primum dandum & donandum eſſe prædico & annuntio. Deinde ad mutuum quoque exhortor. Altera enim donationis ſpecies eſt mutuum. Sed addo hoc dandum eſſe ſine fœnore & exactione vſuraria, eoq; modo quo id diuina oracula præcipiunt. Æquè enim obnoxius eſt pœnæ, qui non dat mutuum, & qui dat ſub conditione vſuræ. Illius namque inhumanitas, huius verò cauponarius quæſtus meritò condemnatus eſt. At iſti vltrò ad alterum extremum ſeſe conferunt, omnique modo à dando abſtinere volunt, quod ſanè impudens eſt propoſitum, & contra ius fáſque furioſa contentio, liſque & bellum contra Deum. Vel enim non dabo, inquit, vel mutuum dans contractum faciam fœneratitium.

Contra vſurarios igitur ſatis hactenus dictum eſto, & accuſationis capita perſpicuè tanquam in foro & coram iudice demonſtrata ſunt. Deus largiatur eis pœnitentiam malefactorum. Ad illos autem, qui promptè dant mutuum, vſurarúmque hamis ſeſe affixerunt, nullum verbum faciam, ſufficere ratus conſilium, quod diuinus dedit Baſilius in propria de hoc argumento concione, pluribus cum illis agens, qui inconſultè dant mutuum, quàm qui auaritiæ cauſa id faciunt.

A καὶ θάλασσαν· ὁρᾶτε μὴ καὶ τὰς ἐμπορίας κερδάνητε καὶ τὸν χρυσὸν μὴ καταδῆτε. ἀλλ' ἐπαχθὴς ἡμῖν ὁ λόγος ἐστὶ φασίν· οἶδα γὰρ ὑμῶν τοὺς κατ' ὀδόντων γογγυσμοὺς, καὶ συνεχῶς ὑμᾶς στηρίζων ἐπὶ τοῦ βήματος· ἐπιβουλεύει τοῖς εὐεργετουμένοις καὶ χρήζουσιν. ἰδοὺ γὰρ οὐκέτι παρεξόμεθα δάνεισμα. καὶ πῶς διαζήσουσιν οἱ στενούμενοι· ἄξιοι τῶν πραγμάτων οἱ λόγοι, πρέπουσα ἡ ἀντίρρησις τοῖς τῷ ζόφῳ τῶν χρημάτων ἐσκοτωμένοις. οὔτε γὰρ τὸ τῆς διανοίας κριτήριον ἔχουσιν ἐρρωμένον, ὡς συνιέναι τῶν λεγομένων. πρὸς τοὐναντίον δὲ τῆς συμβουλῆς
B τὴν νουθετούντων ἀκούουσιν· ὡς γὰρ ἐμοῦ λέγοντος ἀπειλοῦσι τοῖς δεομένοις μὴ χρῆναι δανείζειν· οὕτως ἀπογογγύζοντες ἀπειλοῦσι τοῖς δεομένοις, ἀποκλείσειν τὰς θύρας. ἐγὼ πρῶτον μὲν τὸ δωρεῖσθαι κηρύσσω καὶ παραγγέλλω. ἔπειτα καὶ τὸ δανείζειν παρακαλῶ. δεύτερον γὰρ εἶδος δωρεᾶς δάνεισμα. ποιεῖν δὲ τοῦτο μὴ μετὰ τόκων μηδὲ πλεονασμοῦ. ἀλλὰ καθὼς ἡμῖν ὁ θεῖος διετάξατο λόγος· ὁμοίως γὰρ ἔνοχος τιμωρίᾳ, καὶ ὁ μὴ διδοὺς δάνεισμα· καὶ ὁ μετὰ τόκων διδούς· ἐπειδὴ τοῦ μὲν τὸ μισάνθρωπον, τοῦ δὲ τὸ καπηλικὸν κατακέκριται· οἱ δὲ πρὸς τὴν
C ἐναντίαν αὐτομολοῦσιν ἀκρότητα, εἰς τὸ παντελὲς ἐφέξειν τὴν δόσιν ἐπαγγελλόμενοι. ἔστι δὲ τοῦτο ἀναιδὴς ἔνστασις, πρὸς τὸ δίκαιον φιλονεικία μανιώδης, πρὸς Θεὸν ἔρις καὶ πόλεμος. ἢ γὰρ οὐ δώσω, φησίν, ἢ δανείζων ἔντοκον θήσομαι τὸ συνάλλαγμα.

Πρὸς μὲν οὖν τοὺς τοκογλύφους ἱκανῶς ὁ λόγος διηγωνίσατο, καὶ αὐτάρκως μοι τὰ τῆς κατηγορίας, ὡς ἐν δικαστηρίῳ δέδεικται. καὶ δοίη ὁ Θεὸς αὐτοῖς τοῦ κακοῦ μεταμέλειαν· πρὸς δὲ τοὺς προχείρως δανειζομένους καὶ τοῖς ἀγκίστροις τῶν τόκων ἐπικινδύνως ἑαυτοὺς περιπείροντας,
D οὐδένα ποιήσομαι λόγον, ἀρκεῖν αὐτοῖς κρίνας τὴν συμβουλὴν, ἣν ὁ θειότατος πατὴρ ἡμῶν Βασίλειος ἐν τῷ ἰδίῳ συγγράμματι σαφῶς ἐξεπόνησεν, πλείονα πρὸς τοὺς ἀβούλως δανειζομένους ἢ τοὺς πλεονεκτικῶς δανείζοντας ποιησάμενος λόγον.

A

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ, ΠΕΡΙ φιλοπτωχίας καὶ εὐποιΐας.

ΛΟΓΟΣ Α'.

ΤΗΣ Ἐκκλησίας ταύτης πρόεδρος, καὶ οἱ τῆς B ἀπλανοῦς εὐσεβείας καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας διδάσκαλοι, πολλὴν ἔχουσι πρὸς τοὺς γραμματιστὰς καὶ τοὺς παιδοτρίβας τῶν πρώτων στοιχείων τὴν ὁμοιότητα. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς νηπίους καὶ ψελλιζομένους ἔτι παῖδας παρὰ τῶν πατέρων δεξάμενοι, οὐκ εὐθὺς ἐπὶ τὰ τελειότερα τῶν μαθημάτων ἄγουσιν, ἀλλὰ πρότερον ἐν τῷ κηρῷ τὸ ἄλφα χαράξαντες, καὶ τὰ ἑξῆς τῶν στοιχείων τά τε ὀνόματα αὐτῶν εἰδέναι διδάσκουσι. καὶ τοῖς τύποις τοῖς γραφεῖσιν ἐνασκοῦσι τὴν χεῖρα· μετὰ δὲ τοῦτο ταῖς συλλαβαῖς προσβιβάζουσι, καὶ τῶν ὀνομάτων ἑξῆς παιδεύουσι τὴν ἐκφώνησιν· οὕτως καὶ τῆς ἐκκλησίας καθηγεμόνες τοῖς στοιχώδεσι πρῶτον τῶν μαθημάτων προσαγαγόντες τὸν ἀκροατὴν παρέχουσι, τῶν τελειοτέρων τὴν γνῶσιν.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἐν δύο ταῖς παρελθούσαις ἡμέραις, τῆς φάρυγγος καὶ τῆς γαστρὸς τὴν φιληδονίαν ἐσωφρονίσαμεν, μή με οἰηθῆτε καὶ σήμερον τὰ συνήθη λέξειν, ὡς καλὸν καταφρονῆσαι κρεῶν, καὶ ἀποσχέσθαι τοῦ φιλογέλωτος οἴνου καὶ βακχευτοῦ· ἐπισχεῖν δὲ τοὺς μαγείρους· καὶ παῦσαι τοῦ οἰνοχόου τὴν χεῖρα κάμνουσαν. ταῦτα γὰρ ἐμοί τε ἱκανῶς εἴρηται, καὶ ὑμεῖς διὰ τῶν πραγμάτων ἐνεργὸν τὴν συμβουλὴν ἐπεδείξασθε. τὸ δὲ πρῶτον μάθημα *ἀσκηθεῖσιν ὑμῖν, καλὸν ἐκ προσαγωγῆς μεταδοῦναι τῶν μειζόνων, καὶ ἀνδρικωτέρων λοιπὸν διδαγμάτων.

Sanctı Patris noſtri

GREGORII NYSSENI EPISCOPI DE PAVPERIBVS amandis, & benignitate complectendis.

Petro Franciſco Zino interprete.

ORATIO I.

QVI huic Eccleſiæ præſidet, atque adeò omnes, qui ſe veræ pietatis & eius viuendi rationis, quæ ex virtute eſt, magiſtros profitentur, hominibus illis ſunt admodum ſimiles, qui grammaticam docent, & prima tradunt elementa litterarum. Etenim quemadmodum hi pueros è parentum manibus ſuſceptos adhuc infantes & balbutiẽtes non protinus abditis diſciplinarum præceptionibus onerant, ſed primo litera- C rum formas inſculpunt in ceris, earumque nomina declarant, & ipſorũ manus per impreſſos illos literarum ductus agunt & exercẽt, mox eos ob ſyllabarum cognitionem prouehũt, atque ita deinceps ad verborum expreſſionem perducunt: Sic Eccleſiæ duces initio documenta quæ ſint inſtar elementorum auditoribus proponunt, deinde gradatim ea, quæ perfectiora magiſque recondita ſunt, patefaciunt.

Græcè nuper edita eſt mſſ. Cæſarea Viennenſ. bibliotheca, & ex apographo ex Vaticana exſcripto, cura P. Iac. Sirmõdi correcta.

Quoniã igitur duobus ſuperioribus diebus cupiditatẽ illã, quæ gulæ ventriſque voluptatem ſectatur, caſtigauimus, hodierna itẽ die iiſdẽ de rebus me verba facturum ne exiſtimetis, quod videlicet D conueniat & carne non veſci, & à vino, cuius ferè riſus, & inſania comites ſunt, abſtinere: & cohibere coquorum ſtudium: & pincernarum manus miſcendis porrigendiſq; poculis fatigatas comprimere. De his enim & nos ſatis multa diximus, & vos conſilium admonitionémque noſtram reipſa & factis comprobauiſtis. Quarè dum primum hoc documentum excolitis, operæpretium eſt, vt ad ea vobis tradenda, quæ maiora grauioraque ſunt, progrediamur.

* ἀσκουμένων.

Eſt igitur ieiunii & abſtinentiæ genus, quod à corpore & materia ſeiunctum eſt; cumq́; animam duntaxat reſpiciat, ea re perficitur, vt à vitiis temperemus: atque huius quidem ieiunii gratia, illud indictum eſt, vt à cibis abſtineamus. Quod cum ita ſit, à malitia ieiunate, cohibete rerum alienarum cupiditatem, à turpi & iniuſto quęſtu vobis temperate. Auaritiam Mammonę fame interficite. Nihil domi reconditum habete, quod ſit per vim & rapinas cõparatum. Quid enim proderit ore carnem non attingere, ſi maledicentia fratrẽ laceras? Quænam erit vtilitas, ſi, dum tua non comedis, quæ pauperis ſunt, per iniuriam ſurripueris? Quæ porrò pietas iſta, ſi aquam bibens ſtruas fraudem, conſuas dolos, & ex improbitate ſanguinem ſitias? Quid? Nonne Iudas etiam cum vndecim ieiunabat? attamen quia mores auaritiæ deditos non refrenauit, nihil ad ſalutẽ illi ieiunium profuit. Quid? quod diabolus cum ſpiritus ſit corporis expers, nihil vnquam edit omninò, & tamen propter improbitatem è ſublimi illo cecidit dignitatis gradu? eadémque ratione nullus dæmonum eſt, qui, quod aut ſe obſoniis ingurgitet, aut immodicè bibat, ebrioſuſve ſit, accuſari poſſit. Natura enim à bibendi edendique neceſſitate liberi ſunt. Neque tamen idcirco vel die, vel nocte per aëra oberrare vnquam ceſſant, flagitiorum auctores & miniſtri. Nobis autem omni ſtudio moliuntur inſidias. Quippe liuore liqueſiunt, & rabeſcunt inuidia, quod ad eam nos homines neceſſitudinis coniunctionẽ cum ipſo Deo, & felicitatis poſſeſſionem, è qua ipſi deiecti ſunt, ſimus peruenturi.

Honeſtis igitur ac bonis moribus inſtruatur Chriſtianorum vita. Eorum animi declinent & fugiant malitiæ detrimentum. Nam ſi vino & carne temperantes, obſtrictos vitiis animos habuerimus, nihil quidquam nobis, cum aliter animo quàm extrinſecus affecti ſimus, aut aqam, aut olera, aut menſas ſine ſanguine ſtructas profutura prædico atque teſtificor. Propter munditiam animæ ſunt indicta ieiunia. Quæ ſi tum voluntate, tum factis coinquinantur, quid fruſtra, quam bibimus, aquam inſumimus? Cur ingens hoc cœnum, quod elui expurgarique non poteſt, excolitur? Quid confert ieiunium corporis, niſi mens pura mundáque ſit?

A Ἔστι τοίνυν καὶ ἀσώματος νηστεία, καὶ ἄϋλος ἐγκράτεια ἡ περὶ ψυχὴν στρεφομένη, ἀποχὴ τῶν κακῶν· καὶ δι' ἐκείνην, ἡμῖν καὶ αὕτη ἐνομοθετήθη ἡ ἀποχὴ τῶν βρωμάτων. νηστεύσατε τοίνυν ἀπὸ κακίας· ἐγκρατεύσασθε ἀπὸ τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας· ἀπόσχεσθε κέρδους ἀδίκου. λιμοκτονήσατε τὸν Μαμωνᾶ τὴν φιλαργυρίαν. μηδὲν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔστω κειμήλιον, ἐκ βίας καὶ ἁρπαγῆς. τί γὰρ ὄφελος, ἂν κρέας μὴ προσενέγκῃς τῷ στόματι, καὶ δάκνῃς τῇ κακίᾳ τὸν ἀδελφόν; ἢ τίς ὄνησις ἂν τὰ σὰ μὴ φάγῃς, B καὶ λάβῃς τὰ τοῦ πένητος ἀδίκως; τίς δὲ αὕτη εὐσέβεια, ἂν ὕδωρ πίνων, ῥάψῃς δόλον, καὶ αἵματος διψήσῃς ἐκ πονηρίας; ἐνήστευσε πάντως μετὰ τῶν ἕνδεκα καὶ Ἰούδας, ἀλλὰ τὸν φιλάργυρον μὴ δαμάσας τρόπον, οὐδὲν εἰς σωτηρίαν ὠφελήθη διὰ τῆς ἀσιτίας. καὶ ὁ διάβολος οὐκ ἐσθίει· πνεῦμα γάρ ἐστιν ἀσώματον, ἀλλὰ διὰ κακίαν, τοῦ ὕψους ἀπέπεσεν. ὁμοίως καὶ τῶν δαιμόνων ἕκαστος, οὔτε ὄψα προσφέρεται, οὔτε πολυποσίας, ἢ μέθης δέχεται κατηγόρημα. φύσις γὰρ αὐτοὺς, τῆς τῶν βρωμάτων μετουσίας ἐχώρισεν. C ἀλλ' ὅμως καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ἐμπλανώμενοι τῷ ἀέρι, κακίας εἰσὶ ποιηταὶ καὶ ὑπηρέται, καὶ τὰς καθ' ἡμῶν ἐπιβουλὰς ἐνεργοῦσι σπουδαίως. φθόνῳ δὲ καὶ βασκανίᾳ τήκονται, ἃ καὶ φθέγγειν καλόν, εἰ μέλλοιμεν ἄνθρωποι πρὸς Θεὸν συγγενῶς ἔχειν, ἐκείνων ἐκπεσόντων τῆς πρὸς τὸ ἀγαθὸν οἰκειότητος.

Παιδαγωγείτω τοίνυν τὸν βίον τῶν Χρι- D στιανῶν, τρόπος φιλόσοφος· καὶ ἡ ψυχὴ φευγέτω τῆς κακίας τὴν βλάβην. ἂν γὰρ οἴνου καὶ κρεῶν ἀπεχόμενοι, τοῖς κατὰ προαίρεσιν ἁμαρτήμασιν ὦμεν ὑπεύθυνοι, προλέγω, καὶ προμαρτύρομαι, ὡς οὐδὲν ἡμᾶς ὀνήσει ὕδωρ καὶ λάχανα καὶ ἀναίμακτος τράπεζα, ἀνόμοιον τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας τὴν ἔνδοθεν διάθεσιν ἔχοντας. διὰ καθαρότητα ψυχῆς ἐνομοθετήθη νηστεία. εἰ δὲ ἐκείνη, τῇ προαιρέσει καὶ ταῖς ἄλλαις ἐνεργείαις μολύνεται, τί μάτην προσδαπανώμενον τὸ πινόμενον ὕδωρ, τί ἀνέκπλυτον καὶ πολὺν γεωργοῦσι τὸν βόρβορον. τίς ὄνησις τῆς σωματικῆς νηστείας, ἂν μὴ καθαρθῇ ὁ νοῦς; οὐ-

A In vitio inuidiæ, id erūpit in eos ſolum, quibus inuidetur. In Sycophantiis & calumniis, ſi eis fides habeatur, is ſolus vocatur in periculum, qui eis appetitur. In iis quoque ſimiliter, qui cædem fecerunt, eius eſt, in quem facta eſt, infortunium. Si quis nefariorū factorum perſequatur actiones, inueniet eorum quidem, qui faciunt iniuriam, partem lucrari: eorum autem, quibus fit iniuria, damnum accipere. Fornicatio autem non ſuſcipit eiuſmodi diuiſionem: nec eius, qui paſſus eſt, actionem ſeparat ab eo, qui egit, ſed vtrumque ſimul euertit, & colligat communi vinculo pollutionis. Poſſunt auari, cum alium damno affecerint, ipſi nullo damno affici. B Fornicatores autem nō poſſunt corpus probro & dedecore afficere, quin etiam ſimul cum eo, qui probro eſt affectus, ipſi quoque probro afficiantur. [Ij qui occidunt, cædem facientes, fieri poteſt, vt non ſimul occidantur cum iis qui ſunt interfecti.] Fornicatoribus autem, ſi carnem inquinauerint, non licet eſſe mundis ab inquinamento.

Conſidera autem mihi hac in re Pauli ſubtilitatem. Fugite, inquit, fornicationem. Cur? Quoniam omne peccatum, *1. Cor. 6.* C quod fecerit homo eſt, extra corpus (nēpe corporis non corrumpēs naturam, & non conſiſtens ad membrorum ignominiam, & non cōpletum inquinamento corporis: ſed effectum extra damnū corporis, quod id egit) qui autē fornicatur, in proprium corpus peccat, nō ſicut homicida in alienum, inuulneratum ſuum corpus conſeruans: non ſicut auarus in alterum, ſuę carnis cauens offenſionem: ſed ipſe ſui corruptor fornicatur, configitur ipſe telo ſuæ infamiæ. Fur vt alat corpus, audet aggredi facinus. Fornicator autē ſuæ carni parat inſidias, vt eam deprędetur. Auarum ad rapinam incitat lucri appetens cogitatio: fornicatio au- D tem damnum honeſtatis corporis. Inuidia ſtruit facinus, & gloriā alteri adfert: fornicator autem ſibi ſuā operatur ignominiam. Quid eſt enim fornicatione, quæ tanquā lixa fert impedimenta, turpior & ignominioſius? omnis enim ſeruitus peccati turpis eſt & ignominioſa: afficit enim ignominia animæ nobilitatem: Fornicator autē peccati ſeruus turpior & ignominioſior, cœnum haurit, ab ipſo ordinatum ſordiū cōgerit cumulū, immundo munere fungitur. An non eſt res grauis, & tetra, volutari in cœno, turpitudine atteri, habere corpus non differens à panno?

Quænam enim eſt panni & fornicatoris differentia? Eò quod à pietatis ſit abſciſſus corpore, quotidiana corrũpitur putredine. proiectus iacet tanquã pannus inutilis, & ab omnibus conculcatur dæmonibus. In eo diabolus ſuam ſubigit & imprimit putrefactionem.

A ποία γὰρ ῥάκους καὶ πόρνου διαφορά; τοῦ τῆς ἐκκλησίας ἀπεσχίζεται σώματος· φθείρεται καθημερινῇ σηπεδόνι ταῖς τῆς ἁμαρτίας ἡδοναῖς, ὡς ἄχρηστον ἐναπορρίπτεται ῥάκος κεῖται πᾶσι καταπάτημα τοῖς δαίμοσιν· εἰς αὐτὸν ὁ διάβολος τὴν ἰδίαν ἀπομάσσεται σῆψιν.

Eâ autem, quæ cadit ſub intelligentiam fornicatoris miſeriâ & infelicitate, non eſt maior ea, quæ eſt aperta & manifeſta. Eſt enim in ædibus fugiendus, in congreſſibus abominãdus, contumelia appropinquantibus, inimicis opprobrium, cognatis probrũ ac dedecus iis, qui ſimul habitãt, execrãdum, dolor parentibus, famulis publicum ludibrium, vicinis ridicula narratio. Si velit vxorem ducere, reiiciendus. In matrimonio ſuſpectus ſponſus. Pater filiis odioſus, deſpicabilis conſiliarius, largiens ingratus, petẽs ingratior, mortuus magis laborans infamia. Tantæ malorum multitudinis matrem videns Paulus fornicationem, victricem nobis modò pręcipiẽs fugam, clamabat: Fugite fornicationem.

Τῆς δὲ νοητῆς τοῦ πόρνου κακοπραγίας ἡ πρόδηλος οὐκ ἐλάττων. ἔστι γὰρ φευκτέος οἰκίαις, ἀπευκτὸς συντυχίαις, τοῖς πλησιάζουσιν ὕβρις, τοῖς ἐχθραίνουσιν ὄνειδος, συγ- B γενέσιν αἰσχύνη, συνοίκοις ἐπάρατος, ἀθυμία γονεῦσιν, οἰκέταις καταγελασμὸς, γέλως καὶ διήγημα γείτοσιν, γῆμαι σπουδάζων ἀπόβλητος, ὕποπτος μετὰ γάμον νυμφίος. τοσούτου πλήθους τὴν πορνείαν μητέρα ὁ Παῦλος θεώμενος τὴν νικητήριον φυγὴν ἐγκελεύεται. φεύγετε τὴν πορνείαν.

Vox Pauli nunc nobis reuocauit in memoriam pudicũ adoleſcentem, qui ſe fortiter geſſit aduerſus Ægyptiacam fornicationem. Atqui multa erant, quæ adoleſcentem facilè mouere poterant, vt perſuaderetur, ætas libidini obnoxia, iugum ſeruitutis, dominæ amatoriæ blanditiæ, de impudico amore perpetuus ſermo, ad concubitum clam facta adhortatio. Fuit enim, inquit, quidam dies, & ingreſſus eſt Ioſeph in domum, vt faceret opera ſua, & nemo erat ex iis, qui domi erant, intus, & veſtes eius attraxit domina, dicens: Dormi mecum. Temperantiæ ſerui magna eſt auctoritas. Dominam fecit ſeruam. [*Nam illi quidem ſupplicabatur, hæc verò ſupplicabat, Dormi mecum] ignitum eſt telum fornicationis, ſed quæ cremaretur, non inuenit materiam, imò verò in veſte fractum fuit & diſſolutum. * Quæ fornicationis circumdata impudentiâ, clamabat, dormi mecum. Fornicatorii deſiderii mugiit famem: ſed pudici magis obſtruebat aures.] Nam illa quidem dicebat, dormi mecum. Adoleſcenti autem contra proclamabat temperantia, vigila mecum: & reipſa oſtendit vigilantiam. Non enim blanditiis cedens, dormitauit robur conſtantiæ. Non fuit mens ſopita incantationibus; non fuit ſomno oppreſſa temperantiæ ſobrietas; non iis, quæ implicatum tenebant incommodis fuit diſſoluta, non elegantis formæ capta eſt illecebris; non amatoriorum verborum fracta fuit blanditiis:

Gen. 9.

Hæc non ſunt in Græco Cod. Vatican.

Αὕτη ἡ φωνὴ νεανίσκου με νῦν ἀνέμνησε σώφρονος, κατ᾽ Αἰγυπτιακῆς πορνείας διὰ C φυγῆς ἀριστεύσαντος. καί τοι πολλὰ τῷ νεανίσκῳ τὴν πειθὼ κατεσκεύαζον, ἡλικία φιλήδονος, δουλείας ζυγὸς, δεσποίνης ἐρωτικὴ κολακεία. Ἐγένετο γὰρ τοιαύτη τις ἡμέρα, φησὶ, καὶ εἰσῆλθεν Ἰωσὴφ εἰς τὴν οἰκίαν ποιεῖν τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ οὐδεὶς ἦν τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἔσω, καὶ ἐπεσπάσατο ἡ κυρία τῶν ἱματίων αὐτοῦ, λέγουσα· κοιμήθητι μετ᾽ ἐμοῦ. μέγα τὸ τῆς σωφροσύνης ἀξίωμα τοῦ δούλου. τὴν δέσποιναν κατεσκεύασε δούλην. * πεπυρωμένον τῆς πορνείας τὸ βέλος, ἀλλ᾽ ὕλην ψυχῆς D καιομένης οὐχ εὗρε, εἰς ἐσθῆτα δὲ τὴν διάλυσιν ἔσχεν *. ἡ μὲν ἔλεγε, κοιμήθητι μετ᾽ ἐμοῦ· ἀντεκήρυττε δὲ ἡ σωφροσύνη τῷ νέῳ, γρηγόρησον μετ᾽ ἐμοῦ· καὶ τοῖς ἔργοις ἐκεῖνος ἐδήλου τὸ ἄγρυπνον. οὐ γὰρ ἐνύσταξε ταῖς κολακείαις ὁ τόνος, οὐχ ὕπνωσεν ἡ γνώμη ταῖς ἐπῳδαῖς·

ἀλλὰ ἦν αὐτῷ πικροτέρα λοιδορίας ἡ τῆς δεσποίνης ἡ φωνὴ κελευούσης, κοιμήθητι μετ᾽ ἐμοῦ.

Ἕτοιμος εἱστήκει τῆς μοιχείας νυμφαγωγὸς ὁ διάβολος, καὶ συνέσφιγγε τὴν ἐσθῆτα τῇ πόρνῃ, καὶ τῶν παρ᾽ ἐκείνης συνεκοινώνει λαβῶν, οὐκ ᾔδει δὲ τεχνίτῃ παλαίων ἀθλητῇ σωφροσύνης, καὶ καλῶς τὰς ἐκείνης ἀπεκδυομένῳ λαβάς. καταλιπὼν γάρ, φησι, τὰ ἱμάτια αὐτοῦ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς, ἔφυγε, καὶ ἐξῆλθεν ἔξω. ὢ γυμνότης δικαιοτέρα ἐνδύσεως. τί γοῦν τῆς Αἰγυπτιακῆς ἀκολασίας ἡ λύσσα; τὰ ἑαυτῆς κακὰ τῷ Ἰωσὴφ περιάπτει. καὶ δραμοῦσα πρὸς τὸν ἄνδρα φησί· εἰσήγαγες ἡμῖν παῖδα Ἑβραῖον ἐμπαίζειν ἡμῖν, εἶπέ μοι γάρ, κοιμηθήσομαι μετὰ σοῦ. ὡς δὲ ὕψωσα τὴν φωνὴν καὶ ἐβόησα, ἀφῆκε τὰ ἱμάτια παρ᾽ ἐμοί, καὶ ἔφυγε.

Πάλιν Ἰωσὴφ δι᾽ ἐσθῆτος συκοφαντεῖται. ἀδελφοὶ πρότερον αὐτοῦ τὸν χιτῶνα λαβόντες ὡς θηριόβρωτον αὐτὸν δι᾽ ἐκείνου ἐσυκοφάντουν κακούργως· νῦν αὐτὸν τὸν χιτῶνα λαβοῦσα διαβάλλει πορνείας· πρέπουσα τῷ Ἰωσὴφ ἡ τοῦ δεσπότου φωνή, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτῆς. ἀλλ᾽ ὢ τῆς δικαίας ἐπὶ τῷ Ἰωσὴφ παρὰ Θεοῦ προστασίας! πρὸ γὰρ τῶν πειρασμῶν τὸν Ἰωσὴφ οὐκ ἐτίμησεν, ἀλλ᾽ ἔδειξε δι᾽ ὀνειράτων τὸ μέλλον διδάσκων ὅτι πόρρωθεν δικαίοις τὴν δόξαν ηὐτρέπισε, συνεχώρησε δὲ τῷ πειρασμῷ δοκιμάσαι τὸν νέον, τὰς τῶν φιλολοιδόρων ἀποκλείων φωνάς. δοκιμὴν γὰρ μὴ δεδωκότος τοῦ Ἰωσὴφ οἱ φιλόψογοι ἂν ἔλεγον συντυχίας εἶναι τυφλῆς τὰ πράγματα Αἰγυπτίων. Ἰωσὴφ βασιλεύει, καὶ βαρβάρων δεσπόζει παιδάριον. ποίαν ἀρετὴν ἐνδειξάμενον; ὑπὸ ποίας τούτου ἔτυχεν ἀρετῆς; ἵνα οὖν ταῦτα περὶ τοῦ δικαίου μὴ λέγηται, προλαμβάνων ὁ Θεὸς τοὺς ἐπ᾽ αὐτὸν πειρασμοὺς συγχωρεῖ, ὥστε τὴν ἐπ᾽ ἐκείνῳ τῷ δικαίῳ μαρτυρίαν [illegible], καὶ ῥάψαι τῶν φιλοψόγων τὰ στόματα. ἀποστρεψώμεθα τοίνυν τὰς ἐκ μορφῆς πορνικῆς ἐπερχομένας βολάς. κλείωμεν ἀσελγήμασι τὸ βλέμμα, φρουραρχείτω τὴν σάρκα σωφροσύνη, καθαρότης ἐνοικείτω τοῖς μέλεσιν, ἵνα οὕτως εἴη τὸ σῶμα τοῦ πνεύματος οἰκητήριον,

A ſed omni calumnia ipſi erat acerbior vox dominæ blandientis & dicentis; Dormi mecum.

Paratus ſtabat diabolus adulterii pronubus, & ſimul cum fornicatrice ſtringebat veſtem, & ſocius erat anſarum, quas ipſa apprehendebat; ſed neſciebat ſe luctari cum veterano athleta pudicitiæ, & qui ab illius anſis ſe facilè exuebat. Relictis enim, inquit, ſuis veſtibus in manibus eius, fugit, & foras exiuit. O nuditas ſanctior indumētis. Quid igitur Ægyptiacæ impudicitiæ rabies? B ſua ipſius mala in Ioſephum confert. Et ad maritum accurrēs, inquit: Adduxiſti nobis puerum Hebræum, vt nobis illuderet, & dixit vxori tuæ, quæ hucuſque pudicè conſeruauit tuum cubile, Dormiam tecum. Poſtquam autem ſuſtuli vocem, & exclamaui, dimiſit apud me veſtes ſuas, fugitq; & egreſſus eſt foras.

Rurſus Ioſeph per veſtem appetitur calūnia. Fratres prius accepta eius veſte, per illam improbè calumniabātur fuiſſe eum à fera deuoratum: nunc autem ipſa tunica eius accepta accuſat tanquā fornicatorem. Ioſepho conuenit vox Do- C mini, Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſupra veſtem meam miſerūt mendacium. Ioan 19. Pudicorum exercitui dulce eſt id, quod dicitur à pudicitia: ſed id imbecillitati carnis durum eſt & laborioſum. O iuſtam, quam Deus Ioſephi curam geſſit: Ante tentationes Ioſephum nō honorauit: ſed per ſomnia oſtendit futurum, docens quod longo ante tempore iuſtis parauit gloriam: permiſit autem tentationibus probare adoleſcentem, aures occludens iis, qui delectantur probris ac maledictis. Si enim non dediſſet Ioſepho probationem, dixiſſent male- D dici, à cæca hæc fieri fortuna. Inter Ægyptios regnat Ioſeph, barbaris dominatur adoleſcentulus: quamnam oſtendit virtutem? Pro quânam eſt virtute hoc aſſecutus? Ne ergô hæc de Ioſeph dicerentur, in eum permittit tentationes, vt ex iuſto viro ferrent teſtimoniū, & obſtruerent ora maledicorum. Auerſemur ergô, quæ à formâ meretriciâ in nos iaciūtur iacula: Claudamus oculos laſciuiæ, à nobis rideātur voluptates inordinatæ, carnem cuſtodiat temperantia, in membris inhabitet puritas. Verſemur in honeſtis cogitationibus, bonorum operum ſplendeamus fulgoribus: expurgata vitâ eniteamus; conſeruemus mundum corpus habitationi ſancti Spiritus:

ei adſcribamus hoc præceptum formidabile iis, qui ſunt impudici. Si quis templum Dei perdit, perdet eum Deus. [Verum à nobis ne tantillum quidem ſeiungi vult. Quid enim patri eſt iucundius, quam verſari cum charis

1. Cor. 3.

A ἐπιγράψωμεν αὐτὸ ἐπίγραμμα τὴν φοβερὰν τοῖς ἀκολάστοις παραγγελίας βοὴν, εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός.

filiis? Sed quoniam nos vocat Verbum ad certamina pietatis, oportet nos currere ad ſepta Eccleſiæ, adſcitis precum auxiliis. Cæterum illud veſtram adhortor charitatem, Eccleſiaſticum ordinem conſeruate, & ſi aliqui irruant tumultus, eos patientiâ vincite, & lenitate. Futurum enim eſt vt propediem corrigantur iſtæ turbæ. Nolite perturbari rumoribus, nugis ne moueamini, ſed nobiſcum, qui ſumus in viâ comites, preces ad Deum emittite, vt veſtris confirmati precibus, dicamus omni tempore, diuinis adiuti viribus: Omnia poſſum in Chriſto, qui me corroborat. Cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Philip. 4.

LOCORVM QVORVNDAM IN LIBRIS CONTRA EVNOMIVM RESTITVTIO EX CODICE BOICO.

PAG. 83. edit. Pariſienſis Græcolatinæ anni CIↃ IↃC XV. verſu 18. poſt illud, περιηλλαγμένον ἢ ἀλλοιούμενον, annotat Editor vel interpres, *Hic puto multa deeſſe.* Verùm nihil deeſſe teſtantur Codices Bauaricus & Liuineianus; qui non ſecus habent ac ipſa editio, & ſenſus per ſe planus & integer eſt.

Pag. 89. v. 6. poſt illa, τὴν τῆς φύσεως κοινωνίαν, notat editor: *Deſunt hic nonnulla.* Verè, quæ Bauaricus codex ita ſupplet: nam Liuineianus ipſe etiam mancus eſt. κατ' ἀμφότερα τὴν τῆς φύσεως κοινωνίαν ἐνδείκνυται. ὡς γὰρ υἱὸς ἀνθρώπου λέγεται διὰ τὴν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πρὸς τὴν ἐξ ἧς ἐγεννήθη συγγένειαν, οὕτω καὶ τοῦ Θεοῦ πάντως υἱὸς νοεῖται.

Pag. 97. v. 16. notat Editor, *Hic locus in exemplari Græco corruptus.* Ita eſt, ſed facilis reſtitutio: legendum enim ex Cod. Bauarico. ταῦτα ἐπὶ περιγραφῇ τῆς κατὰ φύσιν οἰκειότητος. Liuineianus codex hic mendoſus eſt, æquè vt editio.

Pag. 113. v. 7. notat Scholiaſtes in margine, *Corruptum exemplar Græcum, hoc in loco ſuſpicor.* Sed Codices Bauaricus & Liuineianus, cum editione conſentiunt, niſi quod Boicus cod. pro αἰτιπηδῖσα exhibet ἀποπηδῖσα, vitioſè, vt opinor: & paulo poſt vterque codex ἢ ὡς εἰκὸς ἦν, pro ἦν ὡς εἰκός.

Pag. 117. v. 28. poſt illa verba, τούτων γὰρ οὐθ' ἕτερον ἐνεργεῖται, interponit Editor per parentheſin iſta. (δίχα πόνου καὶ ὕλης) & fatetur in Græco ſuo exemplari non fuiſſe. Nec comparent in Boico & Liuineiano Codd. quare alio amandari poſſunt. Lectio vera & ſincera eſt, quam habet Cod. Boicus. τούτων γὰρ οὐδέτερον ἐν ἡμῖν ἀπαθῶς ἐνεργεῖται. Ibid. v. 37. pro ῥύσεως cod. B. ῥεύσεως, vt & Liuineianus.

Pag. 129. v. 17. monet Editor quædam deeſſe. Liuineij codex cum editione concinit, niſi quod caret illo, ὀκνήσας, quod interpres rectè vidit addendum eſſe. Bauaricus codex, rem totam expedit; ἐν κοινῷ συνέζευκται τῷ μὲν γεννήματι ὁ γεννήσας, ὁ δὲ κτίσας τῷ κτίσματι.

Eod. pag. v. 38. notat interpres, in Græco aliquid interciſum eſſe. Reſtituunt hoc codd. Bauar. & Liuin. Τίσιν οὖν λογισμοῖς καὶ ποίοις. Quod & interpres vidit, quando ita vertit: *Quibus igitur rationibus.*

Pag. 135. v. 21. rectè annotauit interpres Græcum exemplar videri corruptum. Cod. Liuin. διὰ τοῦτό φημι χρῆναι πρὸς τὸν νοῦν βλέπειν διὰ τῆς λέξεως ἐμπείρως, καὶ οὐχὶ τὴν ἀναλογίαν ἐπὶ. Cod. Bauaricus. διὰ τοῦτό φημι χρῆναι πρὸς τὸν νοῦν βλέπειν τῶν προσβαλλομένων ἔνδον τὰ τῆς πίστεως ῥήματα, μὴ πρὸς τὰς φωνὰς

διελεάζεσθαι. Εἰ οὖν υἱὸν λέγων οὐ πρὸς κτίσμα βλέπει διὰ τῆς λέξεως, ἡμέτερος, καὶ οὐχὶ τῶν ἐναντίων ἐστίν. Ex quibus liquet interpretem meritiſſimò hunc locum de corruptela ſuſpectum habuiſſe. Deprauatus enim eſt omiſſione quorundam, quæ ex Cod. Bauarico reſtituimus. Latinè ſic vertes. *Eam ob cauſſam dico, reſpiciendum eſſe ad mentem eorum, qui vocabula fidei proferunt, & non ſolis vocibus ineſcari. Si igitur qui Filium nominat, hoc vocabulo ad creaturam non reſpicit, noſter eſt, & non aduerſariorum*; hoc eſt, Catholicus eſt, non hæreticus, non Eunomianus, qui nominando filium, creaturam concipiebat. Itaque quod editio addit poſt ἐστὶ, voculam λόγος; non eſt neceſſarium, quia abeſt à Codd. Bauar. & Liuin. & ſenſus alius eſt, quàm quem interpres reddidit, vt vidimus.

Pag. 168. v. 9. notat Editor vel interpres: *Textum Græcum eſſe corruptum.* Ita eſt. Sed ægro loco medicinam fac ex Cod. Boico. οὐ κοινοποιῶν πρὸς τὴν λοιπὴν φύσιν διὰ τῆς φωνῆς τὸν διελούμενον, ἀλλ' ὥστε περὶ ἑκάτερον τὸ εὐσεβὲς φυλαχθῆναι τοῦ τε ἀνθρωπίνου διὰ τῆς ἀναλήψεως δοξαζομένου, καὶ τοῦ θείου διὰ τῆς συγκαταβάσεως μὴ μολυνομένου. Ibid. v. 15. lege ex Cod. Boico & ex Liuin. καὶ οὕτως οὔτε ἡ τοῦ θανάτου πεῖρα ἐπὶ τὸν κεκοινωνηκότα. Quæ negatio pro ἄτε, longè alium ſenſum efficit, quam quem interpres reddidit.

Pag. 170. v. penult. hæc annotat interpres, *Aliquid videtur deeſſe, vt Græca ſyntaxis ſalua maneat.* Rectiſſimum iudicium: & vt videas quid deſit, en tibi verba Bauarici Codicis: nam Liuineianus hic æquè mancus eſt, ac ille, quo interpres vſus eſt. οὔτε ἀλλοίωσις αὐτῆς ἄλλη τις παρὰ τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίας λέγεσθαι δύναται. ἦν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ δεξιὰ αὐτὸς ὁ ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς θεὸς δι' αὐτῆς τῆς σαρκὸς τοῖς διορατικοῖς καθορώμενος. *neque alia huius dextera diuerſitas præter eam, quam ex carne aſſumpta habet, adferri poteſt: erat enim verè dextera ipſe Deus in carne manifeſtatus, & per carnem ab illis, quibus perſpicacior intelligendi facultas erat, cognitus.*

Pag. 177. v. 16. Annotat interpres, *Quædam ſunt interciſa ex Græco.* Rectè. Reſtituantur ex Cod. Boico. ἀλλὰ διαπτύουσα τὸν ἰδιωτισμὸν τοῦ ἡμετέρου κηρύγματος.

Pag. 185. v. 29. notat interpres, *Quædam ſunt in textu Græco interciſa.* Reſtitue ex Cod. B. τὸ θεῖον ἀποκρύπτεται βούλημα.

Pag. 196. v. 32. ad iſta verba: ὀνομάζει, monet interpres aliquid deeſſe in Græco. Rectè. Implemus ergo lacunam ex C. B. ἀλλὰ τολμηρῶς ἴσμεν ὀνομάζει, Πέτρου καὶ Παύλου τὴν, τε τῆς φύσεως ἑνότητα.

Pag. 234. v. 11. notat Editor. *Quædam deſunt.* Succurret Cod. B. qui iſta. ἀρχὴ καὶ τέλος τῶν διαστηματικῶν πραγμάτων ἐστὶν ὀνόματα. Vitioſè ibid. C. B. πῶς δέ τις τὸ ἀόριστον τέλειον καὶ ἀρχῇ, pro, τέλει καὶ ἀρχῇ διαλήψεται.

Pag. 255. v. 18. notat interpres: *Videtur quidpiam deeſſe in Græco.* Nihil deeſt. Sed legendum εἰμὶ γάρ, φησιν, οὐχὶ ὀνομάζομαι, vt habet Cod. Liuineij, non vt editio & Cod. Boicus εἰμί. *Sum enim Dominus, non dixit: nominor Dominus.*

Pag. 377. v. 30. pòſt, μεταβαίνων ἀπὸ τούτων, ſuſpicatur interpres aliquid deeſſe. Sed nihil deeſt. Fidem faciunt Codd. B. & Liu. & ſenſus conſtat.

Pag. 381. v. tertio verſu à fine, notat Editor. *Videtur aliquid deeſſe.* codex Liuineij nihil opis adfert: conuenit enim cum editione. Boicus rem omnem

nobis expeditam dabit. ὅτι τοίνυν ἄλλο τι τῆς ἀγεννησίας ἐστὶ τὸ νόημα, καὶ ἄλλος τῆς θείας· οὐσίας ὁ λόγος ἐξ αὐτῶν τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων ἐστὶν ὁ ἔλεγχος. κατ' αὐτὴν φησι τὴν οὐσίαν ἄφθαρτός ἐστι καὶ ἀγέννητος, ἀμιγῆ καὶ καθαρὰς οὔσας πάσης ἑτερότητος καὶ διαφορᾶς, περὶ Θεοῦ ταῦτα λέγει, οὐ τὴν οὐσίαν.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΕΥΝΟΜΙΟΥ ΑΝΤΙΡ-ΡΗΤΙΚΩΝ ΛΟΓΩΝ ΙΒ'. ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ τοῦ Νύσσης.

Ων αἱ ἀρχαὶ αἵδε.

α'. τοῦ πρώτου. Οὐκ ἦν ὡς ἔοικε τῷ πάντα σε θέλειν εὐεργετεῖν.
β'. τοῦ δευτέρου. Η τῶν Χριστιανῶν πίστις εἰς πάντα ἔθνη.
γ'. τοῦ τρίτου. ΕΙ τῶν νομικῶς ἀθλούντων.
δ'. τοῦ τετάρτου. Καιρὸς δ' ἂν εἴη καὶ τὴν περὶ τοῦ γεννήματος φιλολογίαν.
ε'. τοῦ πέμπτου. Περὶ δὲ τῆς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φωνῆς.
ϛ'. τοῦ ἕκτου. Αλλ' αἰσθάνομαι πέρα τοῦ δέοντος.
ζ'. τοῦ ἑβδόμου. Επεὶ δέ φησι τὴν κυρίως λέξιν.
η'. τοῦ ὀγδόου. Τὰ μὲν ἰσχυρὰ τῶν ἀνομοίων τοιαῦτα.
θ'. τοῦ ἐννάτου. Αλλ' ἐπὶ τοὺς ὑψηλοτέρους μετέρχεται λόγους.
ι'. τοῦ δεκάτου. Αλλὰ τῶν προκειμένων ἐχόμεθα.
ια'. τοῦ ἑνδεκάτου. Αλλὰ καὶ πρὸς τοῖς ἐφεξῆς.
ιβ'. τοῦ δωδεκάτου. Αλλ' ἴδωμεν καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἀκολούθου.

Ex apographo Vaticano à P. And. Schotto Lutetiā miſſo.

Ex hoc elencho librorum aduerſus Eunomium conſtat duodecim numero eſſe libros à beato Gregorio Nyſſeno aduerſus Eunomium conſcriptos. Quod autem Ioannes Cypariſſiotus tredecim numerat, inde fortaſſe occaſionem habet, quod in quibuſdam codicibus manuſcriptis, cuiuſmodi fuit ille V. C. Franciſci Pithœi, ex quo editio Pariſienſis Græcum textum expreſſit, vndecim tantum reperirentur: qui vt duodenarium numerum explerent, vndecimus in duas partes diuiſus eſt: ac deinde præfixus liber primus, aliis duodecim eſt aggregatus, atque ita tredecim libri ſunt reperti. Cæterum ſuffragatur huic elencho Vaticani codicis Synodus VI. Oecumenica actione 10. pag. 116. edit. Romanæ initium libri I. contra Eunomium ſic efferens: ἐκ τῶν κατ' Εὐνομίου κεφαλαι. Οὐκ ἦν ὡς ἔοικεν. Item actione 4. pag. 39. citatur ex libro 2. contra Eunomium Πῶς ὁ κύριος τὸν κόσμον ἑαυτῷ κατήλλαξε. quæ offendes pag. 56. b. editionis Græcolatinæ tomo 2. Gregorij, libro primo: vnde liquet non primum, ſed ſecundum à primo, quem appendix iſta exhibet, eſſe librum illum numerandum. Synodus vero Lateranenſis ſub Martino 1. pag. 1108. edit. Colonienſis nuperæ citat ex ſermone 4. contra Eunomium, *Sicut enim non eſt proprietates*: qui locus eſt in editione Græcolat. Nyſſeni pag. 165. d. ὡς οὐκ ἔστι τὰ τῆς

σαρκὸς ἰδιώματα τῷ ἐν ἀρχῇ ὄντι ἐπιθεωρηθῆναι λόγῳ. ac proinde liber ille qui incipit, Ἀλλ᾽ αἰσθάνομαι, non quintus, ſed quartus eſſet: verum emendandus potius Latinæ ſynodi numerus videtur, cum in eadem Sexta Oecumenica actione 10. pag. 126. editionis Romanæ proferatur locus alter ἐκ τοῦ κατὰ ΕΥνομίου πέμπτου, οὗ ἡ ἀρχὴ Περὶ δὲ τῆς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φωνῆς. ὁ λόγος πρὸ τῶν αἰώνων ὤν, ἡ σὰρξ δὲ ἐπ᾽ ἐσχάτων, quem habes pag. 161. apud Nyſſenum libro quarto, qui numerandus eſt potius quintus, vt in Elencho Vaticano. Poſtremo in eadem Synodo ſexta actione 10. citatur locus ἐκ τῶν κατὰ ΕΥνομίου τόμου ιβ΄. οὗ ἡ ἀρχή. Ἀλλ᾽ ἴδωμεν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἀκολούθου ἔχουσα οὕτως. Τέως δὲ μαθεῖν ἄξιον. & idem initium dat libro contra Eunomium duodecimo elenchus hic Vaticanus: quem Græcolatina editio vndecimum indigitat pag. 280. vbi & idem ille locus exhibetur cap. 10. πέως δὲ μαθεῖν ἄξιον.

ADDENDA NOTIS FRONTONIS
DVCÆI SOCIETATIS IESV THEOLOGI
IN ORATIONEM I. DE RESVRRECTIONE.

•TOMO I.

PAG. 817.b.13. ἐν ἀρχῇ ἐστὶν αὕτη.] Subiiciebatur aſteriſcus, cum hæc ederemus, vt indicaretur hic deeſſe quædam, quæ nunc integriorem librum ex Regis Chriſtianiſſimi nacti bibliotheca & alterum Theodori Canteri ſupplebimus. ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἄλλη παρὰ τὰς ἐν ἀρχῇ τῆς κτίσεως γεγενημένας ἡμέρας, αἷς διαμετρεῖται ὁ χρόνος. ἄλλης κτίσεως ἐστὶν αὕτη ἀρχὴ αὕτη. ἐν ταύτῃ γὰρ ποιεῖ ὁ Θεός. Interpres legiſſe videtur αἷς διαμετροῦμεν, non αἷς. *quibus temporis curſum dimetimur.*

Ibid. b.8. emendandum ἐπ' αὐτῷ ἐρχόμενος ἰσχύι.

Ibid. c.10. *An non mundus.*] Canteri mſ. codex ἆρά σοι οὐ κόσμου γίνεται; *An non mundi tibi ſit hoc principium?* at regius, ὁρᾷς οἵου κόσμου. *Vides qualis mundi tibi ſit.*

P.818.a.9. *cœleſte.*] Ain tu cœleſte, quod eſt in viſceribus terræ? mendoſa lectio, verior Henric. & Canter. ἐκείνου τοῦ πονηροῦ ἐνδιαίτημα. *mentis illius male domicilium.* item καθὼς ἡ προφητεία φησί. Locus eſt Eſaiæ 44.25. ἀποστρέφων φρονίμους εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν μωραίνων. *Auertens prudentes retrorſum. & conſilium eorum ſtultum faciens.*

Ibidem b. 3. τὴν θεοφόρον σάρκα. *Deiferam carnem*, aptius vertiſſet interpres, quam, *diuinam carnem*, vt legimus apud Baſilium huius fratrem in Pſalmum 45. pag. 270. a. τὴν σάρκα λέγει τὴν θεοφόρον ἁγιασθεῖσαν. *Carnem dicit deiferam ſanctificatam.* & homil. de Chriſti generatione, pag. 588. τὴν θεοφόρον ἐκείνην συστήσασθαι σάρκα. *carnem illam Dei geſtatricem conſtituere*, in quem locum vide quæ annotauimus.

Ibid. b.5. reſcribendum ex mſſ. θανάτου κρατοῦντος. & d.2. ἀφελοῦ ἱερὰ ἱδρυῶν.

Pag.819.b.6 μὴ δι' ἄκρας.] Corrige ex H. & C. μὴ διὰ μακρᾶς περιόδου τ. α. κατορθοῦται; & ita exigit interpretatio Zini, vt legatur. & paulo poſt ἀριθμοῦ διαληφθῆναι τὸ πλῆθος. *numero comprehendi*, vt apud Ariſtot. de mundo ἐπιφανείᾳ διαλαβοῦσα τὸν σύμπαντα κόσμον.

Pag.820.a.6. ἄνωθεν.] Cant. ἄνωθεν καταῤῥαχθῇ. & c.9. ἐν κακίᾳ πονηρ. Ibid. d.2. καὶ αἱ περὶ αὐτὸν ἀρχαί τ. legunt duo mſſ. *& qui eum comitantur principatus, & poteſtates*, non enim ἄρχοντες dixit, ſed ἀρχαί. vt Roman. 8.38. & Coloſſ. 1.16. & pro τῶν προκαθημένων. in C. legitur τῷ προκαθημένῳ. in regio vero τῷ καθηγουμένῳ. *vna cum duce ſuo profligarentur.* Ibid. τοῦ ἀγαθοῦ κτίσις. & ita H. ſed Cant. κτῆσις *boni poſſeſſio*, vel *acquiſitio.*

Pag. 821. d. 1. *conſilio ſuo.*] Omiſit τὴν ἔφοδον Zinus, alter interpres cuius verba profert illuſtriſſimus Cardinalis Perronius in libro de Collatione Fontis Eblaudi fol. 164. fidelius hunc locum vertit, *ſua diſpoſitione & adminiſtratione præoccupat impetum violentum, ac ſeſe oblationem ac victimam offert pro nobis ſacerdos ſimul & agnus Dei. Quando hoc accidit? Quando ſuum corpus ad comedendum & ſanguinem ſuum familiaribus ad bibendum præbuit.* Neuter tamen interpres integrum locum expreſſit, prout à regio Henrici II. & Canteri mſ. exhibetur: nam & in excuſo aſteriſcus mutilum fuiſſe locum indicabat. ὅτι βρωτὸν ἑαυτοῦ τὸ σῶμα, καὶ πότιμον τὸ αἷμα τοῖς συνοῦσιν ἐποίησεν. παντὶ γὰρ τοῦτο δῆλόν ἐστιν, ὅτι οὐκ ἂν βρωθείη πρόβατον ὑπὸ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τῆς βρώσεως ἡ σφαγὴ καθηγήσαιτο. ὁ τοίνυν δοὺς τὸ σῶμα τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ εἰς βρῶσιν σαφῶς ἐνδείκνυται τὸ ἤδη τοῦ ἀμνοῦ τὴν θυσίαν ἐντελῆ γεγενῆσθαι. *Cum corpus ſuum diſcipulis ac familiaribus ſuis edendum & ſanguinem bibendum præbuit. Cuius enim hoc perſpicuum eſt. ab hominibus comedi ouem non poſſe, niſi antequam comedatur, mactatio præcedat. Qui ergo corpus diſcipulis ſuis in cibum tradit, agni forma declarat ſacrificium iam eſſe perfectum.*

Pag.822.a.1. *collibuerat.*] κατὰ τὸ θελητὸν eſt editum pro eo quod eſt in H. & C. rectius fortaſſe κατὰ τὸ λεληθός. *occulte.* Paulo poſt emenda τοῦ τὸν ἑαυτοῦ ἀμνὸν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἡμῶν ἁμαρτίας.

Ibid. c. 4. ἔχεις τὰς τρεῖς. Vterque mſ. vberior. ἔχεις τὰς τρεῖς ἡμέρας καὶ τὰς τρεῖς νύκτας. *Hinc ſubſecuta eſt nox, quæ ſabbathum præceſſit. & poſt illam ſabbati dies. Ex quibus tres dies & noctes itidem tres conficiuntur.*

Ibid. c. 6. πότε οὖν τοῦτο.] Mſſ. πότε οὖν τοῦτο ἐγένετο; *Quando ergo id contigit?* & κατὰ τὴν τοῦ εὐαγγελίου σαφήνειαν. *ſecundum Euangelij declarationem.* Non enim Angelus, ſed Euangeliſta dixit ὀψὲ σαββάτων.

Ibid. d.3. τοῦ μνημείου.] H. & C. τὸν λίθον ἀπὸ τοῦ μνήματος, & τὰς διαβολὰς ἀποφαίνεσθαι.

Pag.823.a.4. μετὰ τὴν πέμπτην.] Duo mſſ. μετὰ τὴν πέμπτην ἡμέραν. & μίαν κερματιζούσης.

Ibid. a.9. ὁ τοῖς συντελέσμ.] Mſſ. τοῦ αἰῶνος μὴ τοῖς τεταγμένοις τοῦ χρόνου μέτροις τὰ ἔργα: & rurſus, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν ἔργων χρείαν καταμετρεῖσθαι. *prout opera exigebant, ad operum vſum.*

Ibid. c.4. ἐν τῷ χρόνῳ.] Mſſ. ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τριῶν, &c. καὶ τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Θεοῦ.

Ibid. d.5. Emenda τότε μὲν τοῖς ἀποστόλοις & βουλομένοις ὑμῖν.

Pag.824.a.7. οἱονεὶ τύπῳ.] Mſſ. duo ἐπισκιάσμασιν δι' ἑνὶ τύπῳ σφραγῖδος ἔνδοθεν καταμορφωθέντος τοῦ πλάσματος, τότε ἀμφοτέροις. & ἑαυτὴν ἐπιμίξασα.

Ibid. c.6. καὶ τὸ σῶμα.] Deeſſe quædam indicat aſteriſcus, quæ ſuggeruntur ab H. & C. ὡς τὸ σῶμα ἅπτεται· δι' ἀμφοτέρων φθάνει τὸ πάθος. ἐπῆλθε γὰρ φυ-

ἐστ᾽ ἀπ᾽ αὐτοῦ λείπεται. Ibid. d. 1. δεῖξειναι τὰ θαύματα. d. 6. λύσις μὲν ἐστι μία.

Pag. 825. a. 9. κατ᾽ αὐτόν.] Mſſ. κατὰ ταὐτὸν ἐνεργεῖται. *vtrumque autem eodem tempore perficitur, diuinitate per vtramque, &c.*

Ibid. d. 6. περὶ τοῦ πάσχα.] Mſſ. περὶ τοῦ πάσχα νόμῳ τοῖς Ἰουδαίοις νενομοθετῆσθαι παρὰ τοῦ Μωϋσέως τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ σεληνιακοῦ δρόμου περίοδον. *In lege de Paſchate, celebrando ſic à Moſe quartumdecimum lunæ curſus circuitum præſcriptum eſſe Iudæis.* Illud autem ὄψον τῶν πικρῶν, *herbis amaris*, vertit, quod nomen eſt nimis commune. πικρίδας enim, Græci vocant lactucam agreſtem, vnde & Dioſcorides lib. 2. cap. 166. τὴν ἀγρίαν θρίδακα πικρὰν τῇ γεύσει, *lactucam agreſtem ait eſſe guſtui amaram.* Gaza etiam apud Ariſtotelem hiſtor. animal. lib. 9. cap. 6. πικρίδα interpretatur *lactucam agreſtem*, Plinius lib. 19. cap. 8. picrida vocat. at idem Gaza alibi apud Ariſtotelem & Theophraſtum πικρίδα vertit *amaraginē*: Vaticana editio Exodi 12. ſic effert hæc Græca Latinè, καὶ ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων ἔδονται. *& azyma ſuper picrides comedent.*

Pag. 826. a. 6. μὴ φοβεῖσθαι.] Mſſ. μὴ φοβεῖσθε & μὴ πτοεῖσθε. & paulo poſt δι᾽ ὀλίγων ἐπιλυσόμεθα.
b. 1. κατὰ τὸ προηγούμενον & καθαρθεῖν τῆς ἐμμιχθείσης.
c. 10. τῆς τοῦ ζυμωτοῦ βρώσεως καθαρόν. τὸ δὲ αἴνιγμα τοιοῦτον ἐστι. d. 5. κακίας μίξις ποιήσει.

Pag. 827. b. 5. καὶ μικρὸν ἐν πρός. c. 1. λαμπηδόνας.] H. λαμπηδ. συμμίξαι. C. συμπαραμίξαι. c. 6. τοῦ ἡλίου · καὶ κατὰ διάμετρον τῷ ἰδίῳ φωτὶ καταλάμπει τὸ ὑπ. καί. π. περὶ πάντα τὸν κύκλον. d. 6. συμβουλεύειν ἀξιοῦσθαι.

Pag. 828. a. 1. ὡς τῷ μὲν δοκεῖν. a. 4. ἐστὶ τὸ παραφύλαγμα. b. 5. ἵνα ἔστι τὰ καὶ τὰ πίνεται.
b. 7. προαγορεύων τὸ μέλλον, ἀλλὰ τὸ ἀναγκαίως. *ſed quod neceſſariò arcana quadam ratione debet euenire, verbo docet, dum oportet.* b. 11. ἡμέρα ἐργασθῶμαι. d. 6. καθαρῶς τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν. & τετάρτοι προσβολαῖς.

Pag. 829. a. 10. τὸ ὑπερκόσμιον.] ita ſequenti pag. a. 1. ἡ μὲν γὰρ ὑπερκόσμιος λῆξις. b. 10. ὡς αὐτοματως.] Aliter leguntur iſta in H. & C. ὡς αὐτομ. ἐν τῇ διηγήσει σου τῇ περὶ τῆς θείας δυνάμεως τὸ σχῆμα.

Ibid. c. 2. Mſſ. ἐπὶ τὰ πέρατα τῶν ὄντων ἐγκαρσίως.
d. 3. καὶ σύνδεσμος πάντων γενόμενος, καὶ πάντα. d. 13. τοῦ σταυροῦ. Corrigendum ex mſſ. τοῦ Χριστοῦ τὴν προσκυνοῦσιν.

Pag. 830. a. 10. ὁ παραδέχεται.] Emenda, ex mſſ. οὐ παρέρχεται. & b. 3. ὁ τὴν ἐνδόξαν ἐξάπλωσιν. ex H. nam ea verior lectio, quam Canteriani ἐξαπλωθέντα. *explicant.* & κεραίαν ἐκ τοῦ σχήματος ὀνομάζουσι. H. & C. b. 6. ὅτι ἐκεῖνο. Mſſ. ὅτι ἐκεῖνός ἐστιν, ἐν ᾧ τὰ πάντα & ὃς τὴν ἑαυτοῦ, & c. 2. τοῖς διορατικοῖς Θεὸς σταυρὸς Θεὸς λόγος τὴν παντοδύναμον. ſed recepta lectio verior videtur, hoc ſenſu, *vt apud perſpicaciores Theologi munere crux fungeretur, dum omnipotentem illius vim, qui in ea ſeſe oſtendit, quique in omnibus eſt omnia, figura ſua prædicaret.* Interpres legiſſe videtur θεοφόρος non θεολόγος.

Ibid. c. 7. Ἀριμαθαίας duo mſſ. vt Matt. 27. 57.

Ibid. c. 9. Emenda καθαρὰν περιέθηκεν αὐτῷ, & ὁμοίως πιῶν καὶ βουλεύεσθαι. *idem nos quoque præſtemus, & animo voluamus.*

Pag. 831. a. 7. ὅταν ἀναβῶ.] Mſſ. ὅταν ἀναβήσωμαι, ὅτι ἐπὶ ἔξεστι ἀπελθεῖν μου, τουτέστι μὴ τὴν σωματώδη καὶ δουλικὴν μορφὴν ἐν τῇ σαρκὶ τῇ ἐκ πίστεως ἀναπτύσσειν, ἀλλὰ τὸν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς ὄντα, καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντα, καὶ Θεὸν ὄντα λόγον τοῦτον προσκυνεῖν, μὴ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν. ἀκούσωμεν τί ἡμῖν.

Ibid. c. 7. ὡς ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. c. 9. πᾶσαν τὴν φύσιν, ἤς. *omnem naturam.* d. 3. ἡδύσματα.
d. 6. γένοιτο εἰς τί σοι ἡ πικρία τοῦ βίου μετασκευάζεται.

IN ORATIONEM DE S. THEODORO MARTYRE.

Titulus huic homiliæ præfigebatur in codice mſ. Regis Henrici II. inſignibus ornato ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρον τὸν Τήρωνα. Apud Surium tomo 6. extat Martyrium ſancti & glorioſi martyris Chriſti Theodori Tyronis ex Symeone Metaphraſte: dictus autem eſt tyro, quod militarit in Oriente ſub Præpoſito Brinca ex legione Marmaritarum, & hoc pacto diſtinguatur à Theodoro ductore militum, qui Licinio imperante capite truncatus eſt, & de quo agunt Græci 7. Februarij. Exhibet idem Surij tomus homiliam Nectarij in laudem huius ſancti martyris & alteram Nyſſeni ipſius ex ex interpretatione Petri Franciſci Zini Veronenſis.

Pag. 1010. a. 8. χωριτικοί.] Regius H. codex καὶ χωριτικοὶ συρρέοντες. χωρίτης, idem eſt qui ἀγροίτης ſiue ἄγροικος, *ruſticus*, vnde τὸ χωριτικὸν πλῆθος *ruſticana multitudo* apud Plutarchum in Pericle, & χωριτικῶς, ruſticorum more: quod autem apud Pollucem legitur χωρητικῶς & χωρητικόν cum η. mendosè ſcriptum arbitratur auctor Theſauri Græcæ linguæ, rectius autem apud Suidam ſcriptum χωριτικός, neque enim cauſſa eſt vlla, cur hæc vox η in ſecunda habeat ſyllaba potius quam χωρίτης. Eſt etiam in vſu χωρικός & χωρικῶς apud Syneſium in epiſtolis, atque ita fortaſſe melius hic ſcriberetur καὶ χωρικοί. & ſub finem paginæ abſque dubio ex mſſ. emendandum eſt d. 9. καὶ γνωρίσωμεν τὸν τῆς εὐσεβείας καρπόν. Eſt & varia lectio in regio καὶ ζηλώσατε τὸν οὕτω προτιμώμενον τῇ γνώμῃ. *& imitamini conſilium ac propoſitum eius qui ita præ cæteris honoratur.*

Pag. 1011. Emendandum ὅπως καλλίστη καὶ μεγ. & b. 5. τῆς φύσεως ὤν. Zinus vertit, *quamuis ex eadem natura materia conſtet.* b. 8. ἡ καὶ αἰσχύνη.] Mſſ. H. εἰ καὶ αἰσχύνη περιτυχὼν ἐκ τοῦ παραδόξου. *licet ex opinato, dum aperitur, in illud incurrat: ſed coniectis oculis in deformitatem earum rerum, quæ illic ſunt, magna oppletus moleſtia & humana natura, &c.* in H. erat ἐπιβαλὼν δὲ τῇ ὄψει.

Pag. 1012. a. 6. δῶρον.] Mſ. H. εἰς δῶρον ὁ χεὶς λαμβ. & c. 1. χαριτωθεὶν οὕτως ἐστὶν ἱεράσιμον καὶ ἡδὺ καὶ ἀναμφισβήτητον. & ita legit vterque interpres.

Ibid. c. 4. ἐκ τῶν φαινομένων.] Sifanus ita, *propter ea, quæ apparent*, at mſ. H. ἐκ τῶν ὁρωμένων τοῖς ἀοράτοις. Zinus, *Ex his ergo, quæ videmus, ea credimus, quæ non cernuntur.*

Pag. 1013. c. 11. τοῦ δεσπότου] H. τοῦ βασιλέως. & d. 5. θεοὺς μὲν λέγων οὐκ οἶδα. & d. 10. καὶ ὁ ὑπηρέτης.

Pag. 1014. a. 3. μέλος τὸ σῶμα.] H. μέλος τοῦ σώματος χρεωστῶ τῷ κτίσαντι *per ſingula enim membra corporis patientiam debeo creatori.* b. 4. σὺ δὲ ὦ νεανίδε. & ὁμολογῶν Θεόν.

Pag.1015. a.12. οὐδ' ἐσπούδασε.] H. οὐδ' ἐσπούδασε λαθεῖν, ἀλλ' ἐνέδυσεν ἐκεῖ. c.11. Emendandum ἐπαγγελιῶν καταπαύσει. & d. ἐπαναγινώσκεται.

Pag.1016. a.3. καὶ τὴν πήρην.] H. καὶ τὴν προφύσει τὴν σκεπτικὴν αὐτῆς καὶ πήρην ἐκεῖθεν.

Ibid. a.11. κρεοπῶλαι.] H. κρεοπῶλαί τινες μολυνόμενοι, καὶ τοῖς ἑαυτῶν ἐρυθραινόμενοι αἵμασι· μετὰ ταῦτα. Zinus ſic expreſſit, *& ſanguinis tabo tanquam laniones quidam inquinantur.*

Ibid. c.11. ἤκμαζε.] H. ἤκμαζε μᾶλλον πρός. Zinus agnoſcit hanc lectionem. *in confeſſione religionéque magis ipſe perſtaret.*

Pag.1017.a.1. Emenda, εὐθηνούμενοι. & b.6. ὑψηλοὶ αἴγες ἐνδιαιτῶν. c.10. πολῖται δὲ καὶ ἀδελφοὶ καὶ συγγενεῖς. d. 9. λυσσῶν. H. λυσσώδης καί.

Pag.1018.a.4. μαρτύρων.] Regius H. codex addebat καλέσον τὸν συνώνυμον καὶ ὁμόζηλόν σου Θεόδωρον, μετὰ πάντων. *aduoca eum qui eodem nomine iiſdémque moribus ornatus vixit, Theodorum.* Quibus verbis indicare videtur S. Theodorum ductorem militum, de quo initio notarum in hanc homiliam diximus. b.8. θαυμαστὸν καὶ ὑπέρλαμπρον ἐν τοῖς μάρτυσι θάλλει ἀποδέχεσθαι. Sifanus πολίτευμα perperam vertit *reſpublica Chriſtianorum*, melius Zinus, *Chriſtianorum vita, tanquam in frugifero ſolo praclaram & admirabilem ad finem vſque ſegetem feras.*

IN HOMIL. CONTRA FORNICARIOS VARIÆ LECTIONES

ex apographo Patricij Iunij.

Pag.260. appendicis. b. 4. καὶ δὴ στρατιωτικὴν πρὸς τῇ πόλει παραγγελίαν.

Ibid. c.2. τὸν στρατὸν εὐτυχίας, τοῦ μὲν τὴν πρὸς τὴν μάχην. c.8. αὖ δόλως ἀπειλεῖται. & προεδρία. d.6. πονηρευμάτων φαυλότεροι.

Pag.261. a. 3. μόνων αὖθις τῶν συκοφαντουμένων ὁ κίνδυνος. a.5. καὶ πάσας αὖ τὰς τῶν ἔργων. a.11. περὶ ζημίας ἐπίκειται. συνάπτει δὲ δεσμοῦ μολυσμοῦ. c. 9. φιλοκερδὴς λογισμός. & ζημία καὶ τοῦ σώματος σημειωτικός. c. 12. τῆς ἰδίας ἐστὶν αὐτουργὸς ἀδοξίας. d. 1. ἀτιμοῖ γὰρ τῆς ψυχῆς. d. βόρβορον γὰρ αἰτλεῖν παρ' αὐτοῦ. ſed recepta lectio videtur aptior, modò ita verſio reſtituatur: *ignominioſior, cui datum eſt ab eo negotium, vt cœnum hauriat, & ſordium congerit cumulum, atque immundo.*

Pag.262.a.1. τῷ τῆς εὐσεβείας ἀπεσχίσθη σώματος. & ita legiſſe videtur interpres, *à pietatis ſit abſciſſus corpore*: melius tamen ἐκκλησίας legitur, *Eo quod ab Eccleſiæ corpore.* 1. Corinth. 5. 5. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ. a.8. φαυλότης οἰκίας. ἀπονεύσεις. b. γελώμενον διήγημα γίνεται. *ridicula narratio*: vertit Heruetus, non, *riſus & narratio.* c.9. Mutanda eſt diſtinctio, ἀξίωμα· τὴν δούλου τὴν δέσποιναν κατεσκεύασε δούλην. *Magna eſt dignitas temperantia: dominam reddidis ſeruam ſerui.* & κρεμαμένην οὐχ εὗρε.

Pag.263.a.10. ἁγιωτέραν ἐνδύσεως. Heruetus, *ſanctior*, non *iuſtior indum.* c.1. τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς. vt Ioan.19.24.

Pag. 264. a. 1. ἐπιγράψωμεν αὐτῷ ἐπιγράμματα τὴν φ. τ. α. π. βοῶντα.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

ANOMÆI Filium & Spiritum ſanctum inter res creatas numerabant 66. b
Anomæorum doctrina, fructus zizaniorum ab Ario ſeminatorum 29. d
Antiochenum Concilium 187. d
Antiochus Tyrannus Syriæ 213. c
Apologia qualiter inſtituenda 34. 35
Araxius 197. b. Epiſcopus 200.d
Arbores ex fructibus cognoſcuntur 113.b. c
Archias quærens aquam baptiſmi in tempore, quo aqua deficiebat, vitam finiit 220.b. c
Arius Dei inimicus 29. d
Arij perfidia 124. c
Armeniæ Prouinciæ qualitas 207. c. d. 208. a. & ſeq.
Athanaſius ex Alexandria eiectus 30. c
Athanaſius Galatarum Epiſcopus 28. c

B.

BAptiſmi vtilitas quanta 216. 217. 218. & ſeq.
Baptiſmum differentes oratione correpti 215. a. b. & ſeqq.
S. Baſilius, pietatis os 20. d
S. Baſilius à timiditatis nota defenditur 49. 50. 51.
S. Baſilius fit Cæſareæ Epiſcopus 187. a
S. Baſilij fama ab Eunomio maledicè lacerata 3. c.d. 27.a.b. 41.a. 43.b. 133.b
S. Baſilij mors 3.a. 22.a. 187. b
Bellum animarum quomodo geratur 260.b. c
Benedictio Epiſcopalis 188. b
Beneficentiæ laus & fructus 235. 236. 240. & ſeq.
Beneficentiæ primus auctor & origo Deus 241. b. c
Bithinia ab Imperatore deſolata 48.c. 49.a
Bonum ſupremum naturâ ſuâ infinitum 81. d. eiuſque fruitio etiam infinita ibid.
Boni fons & origo vbi 77. c
Bona omnia quamdiu pura, limite carent 56.b. ingruente contrario deſinunt. c.

C.

CErei accenſi in funere S. Macrinæ 201. b
Cherubim ſub Thronorum nomine à Paulo Apoſtolo comprehenſi 87. d
Choreæ & ſaltationes abſtinentiæ aduerſæ 258.b
Columbæ filij qui 218.c. d
Comanorum ciuitas 220. b
Corniaſpina, regio 43. c
Creatura ex ſua natura non eſt immutabilis 79. b
Creatura omnis qualiter menſuratur 97. a. c. 98. c
Crucis ſigni efficacia 199. d
Cruce ſe ſignandi mos antiquiſſimus 195.b
Cyzicenſis Epiſcopatus 45. b. c

D.

DAuid à Propheta reprehenſus admiſſum ſcelus agnouit 169. b
Deus, quid 163. a
Deus benigniter cum immundis & peccatoribus verſatur 165.d. 166.a
Deus qualiter honorandus ac diligendus 91. d
Dei innaſcibilis notæ propriæ, & conditiones, quæ 127. d
Dilectionis nomine quid indicetur 91.d
Domitianus Præfectus à Gallo trucidatus 30. b

E.

ELeemoſyna commendatur 238.d. 239.a
Eſaü ob ventris cupidinem ingenti damno affectus 250.d. 251.a
Eudoxius Germaniciæ Epiſcopus 47. b
Eumenides quæ inter Ethnicos 231. a
Eunomius Lutheranus 42.b. leproſus 43.b
Eunomius in S. Baſilium inſurrexit 21. a. b. c
Eunomij opus qualiter confectum 23. a. b. & ſeq.
Eunomij conuitia in S. Baſilium 27.a.b.c. 41.a. 43.b. 133.b
Eunomij vita 30.d. 31.
Eunuchus Æthiops à Philippo baptizatus 219.a. b
Euſtathius Armenius 32. b
Euxinus Pontus 25. d
Exceſſus qualiter cognoſci poteſt 56. d

F.

FIlius ſuper omnes creaturas euectus credi debet, & non in creaturis quæri 79. 80. & ſeq. vſque 99.
Filius in quo Patri coniungitur, & in quo ab eo diſtinguitur 78.c. 79.a
Filij gloria Spiritus ſanctus 101. b
Filij hominis appellatione quid in Chriſto ſignificatur 82.d, 83.a
Filium creatum eſſe dicentes in quæ nefaria & abſurda incidunt 131.b

in Fornicarios oratio. 260. 261. & ſeq.
Fornicatio fugienda 260. 261. 262.

G.

GAbaonitæ doloſi, malæ cogitationes 218.b.c
Galatia ab Imperatore vaſtata 48.c. 49.a
Gallus Præfectum Domitianum & Montium trucidauit 30.b
Generantium variæ differentiæ 116.d. 117.a
Generationis modus quis ſecundum Eunomium 114.d. 115.c
Georgius Laodicenſis 28.c
Georgius Tarbaſthenites 30.c.d
Gregorius Nyſſenus multa ab hæreticis paſſus 188.a. eius viſio b. à Valente pulſus in exilium 191.b

H.

HÆretici iis ſimiles, qui Dominum lapidibus obruere conati ſunt 75.c.d. 76.a
Hiericho vetus conſuetudo 218.b
Homo quis propriè dicitur 53.a.b
Homo ex quibus compoſitus 247.a.b
Homini creatura omnis rationis expers à Deo ſubiecta 60.c.d
Honor humanus erga diuinum numen, quid eſt 91.d. & eius modus ibid.

I.

IBora ciuitas 212.a
Ieiunium quare indictum 236.d
Ieiunium, fundamentum virtutis 237.a
Ieiunium quæ beneficia in animam conferat 248. a.b. & ſeqq.
Ieiunij fructus & vtilitas 251.a.b
Imperatoris vocabulo quid ſignificatur 136.d
Imperia humana cur repentinas mutationes ſubeunt 130.d. 131.a
Infiniti notio & ratio quæ 93.b
Ingenitum & interminatum, voces æternitatis non eſſentiæ indices 163.b
Intellectilium differentia 82.c
Ionathas periculo proximus ob mel deguſtatum 252.d
Ioſeph fratribus ſuis mentitus 44.a
Ioſephi pudicitia 262.c. 263.b.c

L.

LAcrymarum effuſio lauacri vim habet 168.b
Lampadia, virgo 197.c.d
Leui decimatus, qualiter 153.a.b
Luciferi caſus 72.b
Luxuria reliquam nequitiæ materiam ſecum trahit 244.b
Lydius concentus 25.a

M.

S. MAcrina cur ſic appellata 178.a. eius mater admodum religioſa b. viſio eius c.d
S. Macrina quibus ſtudiis applicuerit animum adhuc puella. 179.b.c. præſtans forma eius. d. ſponſus eius obit. 180.b. reſpuit planè coniugium. c. eius pietas & obſeruantia in matrem d.
S. Macrina Baſilium magnum ad ſtudium perfectionis incitat. 181.c. eius planè maſcula virtus. 183.d. perſuadet matri, vt petat Monaſterium. 184.c. Petrum fratrem ſanctiſſimè inſtituit 185.d
S. Macrinæ lectus & puluinar. 189.a. fortiſſimus animus. c.d. in moribundo eius corpore mirabilis animi vis. 190.a.b. eius ſub mortem mirabilis narratio. 191.c. in ipſo mortis agone vt ſe geſſerit. 193.b. precatio eius in ſupremò ſpiritu conſtitutæ 194.a.b
S. Macrina abit è corpore ad concupitum diu ſaluatorem. 195.c. eius morte ſummè dolent ſacræ Virgines d.
S. Macrina in ferreo anulo particulam ligni vitæ, id eſt Crucis, apud ſe geſtabat. 198.d. eius ſumma paupertas. a. pudicitia. 199.b. ſplendor corporis exanimati 200.a
S. Macrina oculum malè affectum ſanauit 204.a
Malus vt quis fiat, in ſola electione voluntatis ſitum eſt 40.c
Manes, & eius hæreſis 129.a.d
Manichæiſmus 125.c
Manichæorum dogma. 126.a. 127.a. prodigioſa placita. 126.b. impietas c. 130.b
Martyrium, pro Eccleſia, ſeu Baſilica Martyrum 205.a
Mendacium Ioſephi, Saræ, & aliorum 44.a
Mendacium ſerpentis 44.b
Mendacium Eunomij 44.b.c
Miſericordia virtus Deo gratiſſima 242.c.d
Moderatio in moribus adhibenda 3.b
Montius à Gallo trucidatus 30.b

N.

NAtura diuina nulli neceſſitati ſubiacet 74. a.b
Natura diuina nihil habet quo menſuretur & contineatur 97.d
Naucratius frater S. Macrinæ inſignis iuuenis vitam amplectitur ſolitariam 182.b. ſenes morbidos & inopes ſuſtentat labore ſuo 183.a
Naucratij obitus 183.b
Nomadum Scytharum incurſio 220.b

O.

OLtiferis, vicus, vbi 27.c.d
Omnium nomine quid intelligatur vbi Scriptura dicit, omnia homini ſubiecta eſſe 84.c
Operationes quomodo ſequuntur ex ſubſtantiis, & quidnam ſunt ſecundum ſuam propriam naturam 63.c.d. 64. & ſeqq.
Oratio lenociniis verborum variari non debet, ſed ornatu veritatis ſplendeſcere 24.a.b

P.

PAtris exiſtentia non eſt antiquior exiſtentiâ vt volebat Eunomius 93.a.b. 94.c.d. & ſeq.

Patris gloria Filius 101.b
Pauperes amandi & benignitate complectendi. 235. 236. & ſeqq.
Pauperes regni cœlorum ianitores 239.c.d
Pauperes à diuitum domibus propelluntur 244.b
Peregrinationis ad Chriſti monumentum antiquitas 177.c
Petrus Epiſcopus Sebaſtenus 2.a. 4.a
Petrus S. Macrinæ frater, ab ea ſanctiſſimè inſtituitur à teneris annis 185.d. ingenij vis in eo quanta 186.a. multos alit pauperes c.
Pœnitentia à peccatoribus amplectenda. 168. 169. & ſeqq.
Pœnitentiæ vtilitas quanta 169. 170. & ſeq.
Preces veſpertinæ 192.d
Principij voce quid ſignificatur 118.b.c
Prodigi filij deſcriptio, & eius reuerſio ad patrem 172.d. 173.a
Prunicus quis fuerit 31.a

Q.

Qvadrageſimæ fructus & vtilitas 247.d. 254.a. b. c
in Quadraginta Martyres oratio laudatoria 205. a. b.

R.

Rerum diuiſiones 77.a. b. & earum differentiæ ibid. & ſeq. 82.c.d

S.

Sabellij impietas 67.d. error 124.c
Samſon ab vbere doctus ieiunare 256.d
Sanctimonialium mira ſanctitas 184.d
Seraphim ſub nomine Virtutum ab Apoſtolo comprehenſi 88.a.b
Sermo, interpres eorum quæ mente concipimus 134.a
Simplicitas in Trinitate remiſſionem & intenſionem non recipit 69.a.b
Spiritus ſanctus in quo Patri coniunctus, & in quo ab eo diſtinctus 78.c.d
Spiritus ſanctus non in creaturis quæri, ſed ſuper omnes creaturas euectus credi debet 79. 80. & ſeq. vſque 99.
quòd Spiritus ſanctus filio non ſubiicitur, vt vult Eunomius 61.a.b. & ſeq.
Subſtantia an capax intenſionis & remiſſionis 58.c
Subſtantia ſimplex omníque modo vna in diuina natura 69.d
Subſtantiæ nomen cui propriè ſubiecto competat 58.d. 59.a
Subſtantiam Patris ſolam ſubſiſtere, patrocinium eſt Iudaicæ impietatis 58.a
Subſtantiæ qualiter ſimplices ab Eunomio nominentur 70.c.d
Subſtantiæ qualiter & quàm impiè ab Eunomio diſtingantur 67.a.b.d. 68.a. & ſeq.

T.

Temperantia quanti facienda 248. 249. 251. 255.
Theophilus Blemmys 30.b
Thronus Dei ſuper ventos qualiter debet intelligi 83.c

V.

Valens Imperator 46.d. 191.b
Veritas orationem natiua quadam pulchritudine illuſtrat 24.b
Veſtiana femina nobiliſſima 197.b
Vigiliæ in celebritate Martyrum 200.b. 212.d
Virtutes Dei, miniſtri eius 88.a.b
Viſibilia quæ ab Apoſtolo dicantur 77.a. 84.c
Vſuræ à Scriptura ſacra prohibitæ 230.a.b. & ſeq. 232.c.d
contra Vſurarios oratio 225. 226. & ſeq.

FINIS.